LIBRARY OF CONGRESS
1800

SENTENTIÆ

ibn Abī Ṭālib, caliph

ALĪ EBN ABI TALEBI

ARABICE ET LATINE.

E CODICIBUS MANUSCRIPTIS DESCRIPSIT, LATINE VERTIT,

ET

ANNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT,

CORNELIUS VAN WAENEN.

Gn̄ p. XVI + 428.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

1806.

BP193
.1
A2W34

Exchange
U. S. S. R. Soc. f. Cultural Relations
Aug 17. 1926

LECTORI.

PAUCIS edocendus es, Lector benevole, unde evenerit hanc ALI EBN ALI TALEBI SENTENTIARUM Editionem, Viri Cl. CORNELII VAN WAENEN opera et ſtudio elaboratam, e Prelo Oxonienſi in lucem emiſſam eſſe; quod, ſi rem intelligere velis, ita factum eſt.

Opus multis abhinc annis abſolutum Senex ὁ μακαρίτης apud Batavos ſuos typis mandare conſtituerat, ſiquidem commode illud faciendi occaſio ſibi oblata fuiſſet. Conturbatis interea in patria ſua rebus omnibus, et ingraveſcente indies temporum iniquitate, cum annis quoque ipſe provectior eſſet, quod optabat ſemper, dimittere coactus eſt, Schedas ſuas ad nos ultro tranſtulit, et ut ſumptibus noſtris publici juris fierent impenſe rogavit. Acceſſit inſuper, quæ, ut rem aggrederemur, magno certe incitamento erat, Viri eruditiſſimi HERMANNI MUNTINGHE Sacræ Theologiæ Profeſſoris in Academia Groningenſi auctoritas, et teſtimonium tam de Opere quam de ipſo Editore luculentiſſimum. Fidei noſtræ itaque quæ ita concredita ſunt non illubenter accepimus; et, quod iis qui Literas Arabicas colunt gratum fore arbitramur, Opus Viri doctiſſimi evulgari curavimus, non modo eruditione multiplici refertum, ſed, quod Tironibus apprime utile ſit, Punctis Vocalibus, ut appellantur, quoad Voces Arabicas, accurate inſtructum.

Quo autem fideliter imprimerentur omnia, plagulas corrigendi provinciam Viro egregio JOANNI MOUSLEY, A. M. detulimus, Col-

legii Balliolenſis apud noſtrates Socio, quem et ſingularis diligentiæ eſſe, et veros in Literis Orientalibus profectus feciſſe omnino cognovimus.

Cætera quod attinet, ſi de Editore quæras, quali ingenio fuerit, aut qua uſus fortuna, videſis quæ de Vita ejus Cl. MUNTINGHE, poſt mortem venerandi Senis, nobiſcum benigne communicavit: denique, ſi Operis originem, progreſſum, atque indolem ſcire velis, de rebus hiſce te edocebunt, quæ ex Editoris ipſius Literis ad nos datis ſubjunximus.

DABAMUS EX ÆDIBUS CLARENDONIANIS
JULII 11mo. MDCCCVI.



The Rev.ᵈ Cornelius Van Waenen.

VITA

CORNELII VAN WAENEN,

AUCTORE

HERMANNO MUNTINGHE,

SACRÆ THEOLOGIÆ IN ACADEMIA GRONINGENSI PROFESSORE.

CORNELIUS VAN WAENEN ex honeſtiſſima gente natus *Gorinchemiæ*, haud ignobili Hollandiæ Auſtralis urbe, die XXV. Novembris, anno æræ vulgaris MDCCXXXII. poſtquam prima ſtudiorum literariorum tirocinia magna cum diligentiæ laude in patriæ urbis gymnaſio poſuiſſet, anno MDCCLI. Academiæ Leidenſis civibus adſcriptus, omnibus, quæ erudito Theologo formando inſerviunt, literarum ſtudiis ita invigilavit, ut præcipuam ſemper curam diligentiamque ad literas Orientales converteret, duce imprimis uſus *Joanne Jacobo Schultenſio*, viro clariſſimo, tum temporis ibidem linguarum Orientalium Profeſſore, adjutus inſuper eximio Codicum MSS. Orientalium, præſertim Arabicorum, quos Academiæ hujus Bibliotheca ſervat, theſauro, e quo quod expediret deſcribendi vel excerpendi copiam ipſi faciebat officioſiſſima *Schultenſii* humanitas.

Quos vero in ſtudio literarum Orientalium fecerit progreſſus, et quam accuratam imprimis earum ſibi comparaverit notitiam, in ipſa juvenili ætate jam palam fecit, conſcripta, ac præſide J. J. Schultenſio publice defenſa, anno MDCCLIX. diſſertatione *De linguæ Hebrææ pomœriis ampliandis*; qua

imprimis hoc agere aggreſſus eſt, ut veterem linguæ Hebrææ amplitudinem, priſtinaſque copias, ope imprimis dialecti Arabicæ, adverſus paupertatis criminationem linguæ huic a J. Clerico et quibuſdam aliis impactam, in lucem protraheret. Hoc vero cum in ipſa diſſertatione egregie præſtiterit, ratione habita grammaticæ Hebrææ, etiam ulterius argumentum iſtud continuare promiſit, cui autem promiſſioni, aliis deinde laboribus occupatus, non ſtetit. Recuſa autem exſtat hæc diſſertatio in *Sylloge diſſertationum philologico-exegeticarum, a diverſis auctoribus editarum, ſub præſidio A. Schultens, J. J. Schultens, et N. G. Schroeder defenſarum,* Part. ii. pag. 717, et ſeqq.

Poſtquam deinde, ſtudiis Academicis ad finem perductis, anno MDCCLIX. Sacris Ordinibus initiatus fuerat, anno ſequente ſtationem nactus eſt Eccleſiaſticam in pago *Noordeloos* prope patriam *Gorinchemiæ* urbem, ubi cum per quatuor annos fidelem ſe exhibuiſſet Doctrinæ Evangelicæ præconem, anno MDCCLXIV. ad miniſterium ſacrum, in celebri Hollandiæ Auſtralis vico *Maaſluis,* obeundum vocatus eſt. Poſtea vero quam ibi XXXIII. annos magna cum diligentiæ ac veræ pietatis laude provinciæ ſibi demandatæ conſecraſſet, tandem varia corporis infirmitate fractus, anno MDCCXCVII. rude donatus fuit, a quo inde tempore, in ipſo *Delforum,* nobiliſſimi Hollandiæ oppidi, ſuburbio, in amœniſſimum, quod ſuo ſibi ære comparaverat, habitatum conceſſit prædium; ubi vitam inter ſtudia literaria et nitidiſſimi horti curam dividens, otium egit minime otioſum; donec tandem, morbo correptus aſthmatico, vitam hanc terreſtrem cum beatiore commutavit die XXVII. menſis Junii, anno MDCCCV. natus annos LXXIIet VII. menſes[a], viduam relinquens ætate ac moribus venerabilem, *Catharinam de Koning,* quacum inde ab anno MDCCLXIV. matrimonio junctus fuerat, et e qua, præter filiam, ſuſcepit etiam filium, *Jacobum Albertum,* Evangelii in oppido *Woerdenſi* præconem fideliſſimum.

[a] Confer ipſum Corn. Van Waenen de ætate ſua loquentem, pag. xiv.

Uti eruditionis fama, ita et optimorum morum laude omnibus bonis acceptiſſimus vixit, cum haud fucata erga Deum pietate, indeque profecta accuratiſſima in miniſterio Divino fidelitate, mentem conjungens ab omni ſuperbia alieniſſimam, et quibuſcunque φιλανθρωπίας, benevolentiæ, humanitatis, lenitatis, honeſtatiſque univerſæ ſtudiis maxime intentam ; quæ uti viventi omnium, quibus cognitus erat, venerationem, amoremque conciliarunt, jam triſte demortui deſiderium relinquunt.

NARRATIO

DE

OPUSCULI ORIGINE, PROGRESSU, ARGUMENTO, ET INDOLE.

QUUM in Academia Lugduno-Batava olim ſtudiorum colendorum cauſa aliquot annos verſarer, Vir Clariſſimus J. J. Schultenſius, quo imprimis Doctore et Ductore me uſum fuiſſe gratus agnoſco, animadvertens, me ingenti Linguarum Orientalium amore correptum eſſe, illum magis magiſque inflammare annitebatur, quem in finem varios libros Arabicos mecum evolvebat. Dein vero ut MSS. Arabicis legendis, interpretandiſque magis adſueſcerem, nitidiſſimum elegantique calamo exaratum Codicem in quarto e Gazophylacio Codicum MSS. quibus merito gloriatur Bibliotheca Batava, deſcribendum Latineque reddendum mihi exhibebat. Hujus MS. quod in illius theſauri Catalogo ſub numero 1457. memoratur, antiquitatem inveſtigare haud potui. Exſtant autem in eo, ſub nomine Imperatoris ALI EBN ABI TALEBI, 278 Sententiæ, quas a me deſcriptas poſtea comparavi cum ejuſdem Auctoris Sententiis, quæ ſimul cum Carmine Tograi, et Aben Sinæ Diſſertatione Arabica Lugd. Bat. in octavo apud Elzevirum anno 1629, niſi penitus fallar, a Th. Erpenio V. C. editæ ſunt in lucem. Quod quidem agendo variantibus non tantum Lectionibus, quæ occurrebant, diligenter annotandis operam adhibui, ſed et Codicem meum plus centum Sententias continere non ſine quodam lætitiæ ſenſu comperi, quæ in Editione Erpeniana deſiderantur; quum contra in hac tres aderant, quæ in MS. meo fruſtra quærebantur.

Poſteaquam vero in familiaritatem me accepiſſet E. Scheidius V. C. amiciſſime hic ille per literas mihi ſignificabat, Fratrem ſuum tunc temporis Eccleſiaſtico miniſterio fungentem apud Neomagenſes cum Batavorum Legato Pariſios profectum eſſe, meque adeo monebat, ut hanc occaſionem,

qua opportunior haud exſpectari unquam poſſet, Apographum meum ipſius ope conferendi cum Codice Pariſienſi MS. qui in Bibliotheca Regia ſervaretur, captando, id ipſi tranſmitterem. Quam oblatam occaſionem abſque ulla mora quum amplecterer, meum Apographum mox ipſi reddendum curavi, quod cum memorato MS. exacte collatum non diu poſt mihi remittebat, addita verſione Latina, quæ iſti Codici N. 1422. eſt annexa, quæque, quemadmodum in Catalogo ibidem notatum eſt, procul dubio Gallandium Interpretem Regium, qui vixit ætate Ludovici XIV. auctorem habet. Hæc autem verſio utilitatis parum mihi attulit; multo certe majori uſui mihi fuit ipſa collatio; utpote quæ non modo quàm plurimas variantes Lectiones, eaſque inter quaſdam obſervatu digniſſimas, mihi ſuppeditavit; ſed et inſuper octo novemque ſententias mihi exhibuit, quæ in Codice Lugdunenſi deſunt, in quo tamen undecim occurrunt, quæ in Codice Pariſienſi non reperiuntur.

Eadem autem illa tempeſtate, quum forte in colloquium veniſſem cum Clariſſimo N. Barkey, ex eo audiebam, Generum ipſius Clariſſimum Bergium, Theologum Duiſbergenſem, verſione Editionis Erpenianæ Latina gaudere, cujus Auctor Eruditiſſimus Golius haberetur. Ego hujus verſionis conſulendæ deſiderio flagrans, literis mox ad Bergium datis, expetebam, ut eam in aliquod tempus mihi commodaret; cui petitioni perlibenter ille ſatisfaciebat.

Verum, eheu! hæc illa verſio nullius frugis mihi eſſe poterat; valde enim erat vitioſa, et, niſi ſuſpicio mea fallatur, a diſcipulo quodam Golii elaborata; quare et eam mox officioſe Viro Clariſſimo remittebam. Quum itaque Apographum meum ad ſuperiorem perfectionis gradum evehendi nulla mihi ſpes eſſet reliqua, continuo tum aliis exemplis, tum verſionibus qualibuſcumque inveſtigandis, corrogandiſque modum figere decrevi, opuſculum meum hac ratione digerere inſtituens, ut, primo, Textum Arabicum Cod. Leidenſis in una, verſionem vero meam Latinam in altera pagina collocarem. Secundo, Variantes Lectiones juxta ac ſententias, quas Cod. Pariſienſis et Editio Erpeniana habent, in Codice vero meo deſiderantur, ad paginarum calcem exhiberem. Tertio, Adnotationes quaſdam adjicerem, atque ſic opuſculo finem imponerem.

Non enim mihi hanc operam ſuſcipienti conſtitutum erat, illam ulterius extendere. Verum quum in adnotationibus meis conficiendis adhuc hære-

rem, alium Cod. MS. in folio, cujus in Bibliothecæ Leidenſis Catalogo N. 1448. fit mentio, mihi mittebat Clariſſimus Schultenſius, omnis mei laboris et ſuaſor et auctor. Quo quidem MS. aliquot millia Proverbiorum ejuſdem Imperatoris Ali continentur, quæ Abdul Wahid Ibn Muhammedis collegit, atque ordine Alphabetico digeſſit. Suadebat mihi Vir Clariſſimus, ut ex hoc Codice præcipua quædam Proverbia ſeligerem, eaque in Latinum ſermonem a me tranſlata, ſimul cum priori MS. luci publicæ exponerem.

Tali tantoque Viro, cujus in me benevolentia adeo erat perſpecta, obſiſtere, quum mihi eſſet Religio, ipſius nutui mox morem gerens ex iſto Codice circiter mille Proverbia deſcripſi, eaque dein ex Arabico in Latinum ſermonem transfudi. Interea dum de hiſce vertendis adhuc ſollicitus eſſem, maximo rei literariæ detrimento, Mæcenas ille meus humanæ ſocietati morte eripiebatur. Quod quidem flebile fatum mihi fere omnem de opuſculo meo unquam in vulgus edendo ſpem ademiſſet, niſi, qui Patri optimo mox dabatur ſucceſſor, claritatis itidem famam eximiam ubique adeptus Filius H. A. Schultenſius, ſtudiorum meorum patrocinium in ſe ſuſcipiens, opem ſuam ultro mihi obtuliſſet; quam grata ego mente hanc ab excellentiſſimo Viro in me collatam benevolentiam celebrarem, lætus recordor. Omnium, quas ex Codice Wahidi deſcripſeram, Sententiarum collectionem huic illi perluſtrandam mittebam, efflagitans, ut quas editione dignas judicaret, aſteriſco vellet notare; quo factum eſt, ut numerus fere millenarius ad octingenarium redigeretur. Poſtea vero quum et alter hicce meorum ſtudiorum Patronus acerbo Literis Orientalibus fato mortalitatem expleviſſet, hunc numerum octingenarium ad 537 Sententias diminuere mihi viſum fuit. Satis dein ac diu circumſpicienti de harum ſelectarum Sententiarum cum alio Codice MS. conferendarum occaſione mihi omnia huc tendentia vota ac conamina fuerunt irrita.

Invenies itaque in hac ſecunda collectione, Primo, Proœmium Abul Wahidi elegantiſſimum; cujus editionem haud inutilem judicavi, non tantum, quia verborum inde granditas, magnificumque loquendi genus, quo uti ſolent Arabes, elucet; ſed etiam, quia in eo Imperatoris ingenium acutiſſimum, ſapientia ſolidiſſima, indoles generoſiſſima, aliæque virtutes præſtantiſſimæ, quibus cæteris antecellebat, declarantur. Secundo, 537 Sententias Arabicas cum verſione mea Latina e regione locata. Tertio, Anno-

tationes quaſdam, ſed breviores quam in primam Sententiarum collectionem, ne libelli moles creſceret ultra modum.

Tertia Collectio 49 Proverbia continet, addita mea verſione. Quæ Proverbia amiciſſimus mihi J. J. Schultenſius ex Cod. MS. Meidanii, in quo ſub nomine Ali Imperatoris una quidem ſerie exſtant, ante obitum ſuum deſcripſit, mihique ad collectionem meam augendam ſuppeditavit. Poſtea, quum intellexiſſem, Amicum optimum E. Scheidium amplæ, quam ſibi comparaverat, MSS. Arabicorum ſupellectili, etiam pervetuſtum, optimæ vero notæ, Meidanii Codicem annumerare; obnixe eum rogavi, ut variantes iſtius Codicis Lectiones mecum communicaret; cui deſiderio Vir ille officioſus libenter ſatisfecit. Quas cum accepiſſem, illas inter comperiebam quaſdam, quæ Codicis Leidenſis lectionibus longe præferendæ mihi videbantur; quam ob cauſam haud inutile duxi eas, ſimul cum meo de optima lectione judicio, ad finem cujuſlibet paginæ adjungere.

In quarta denique collectione tantummodo 17. reperies Proverbia, quæ Clariſſimus E. Scheidius, ſuum Codicem Meidanii evolvens, hic illic diſperſa invenerat, quorumque Auctorem etiam fuiſſe Ali noſtrum effici poteſt ex addita ipſius Meidanii explicatione Arabica, quam ſimul cum hiſce Proverbiis in Latinum ſermonem transfundere mihi placuit. Verum horum Proverbiorum cum Codice Leidenſi conferendorum mihi defuit occaſio, quare variantes hujus Codicis Lectiones addere nequaquam potui.

Hæ quatuor inter ſe diverſæ Sententiarum collectiones jam ante aliquot annos in lucem fuiſſent editæ, niſi amiciſſimus mihi E. Scheidius, bene meritus H. A. Schultenſii ſucceſſor, vitam ſuam Reipublicæ literariæ utiliſſimam, in ipſis novi muneris primordiis, morte commutaviſſet.

Vix enim docendarum Linguarum Orientalium munus Lugduni-Batavorum auſpicatus eſſet, quin maximopere mihi perſuadere inſtitueret, ut Collectiones meas in lucem proferrem, fidem ſuam adſtringens, ſe non primas modo ſecundaſque opuſculi mei prælo mandandas plagulas a vitiis typographicis purgaturum, ſed et præterea id illud præfatione ſua rei literarum publicæ commendaturum eſſe. Quinimo me tantopere ad id impellebat, ut quodam tempore me in domum introduceret Bibliopolæ cujuſdam Leidenſis nomine Herdingh, hunc hominem ad collectiones meas prælo mandandas commovere ſatagens, quod quidem negotium quum in initio in ſe ſuſcipere hic ille neque ſine jure ſubtimeret, eo imprimis, quod Lingua-

rum Orientalium ſtudium, antea adeo excultum, tunc temporis pene ſupinum jaceret et neglectum, dein vero cum a Scheidio intellexiſſet ipſum libello meo ad docendos diſcipulos ſuos uſurum eſſe, tandem ejus votis annuebat, collectionum mearum ſuis ſumptibus in lucem emittendarum ſpem minime dubiam ipſi injiciens. Ego vero metus ſollicitudiniſque plenus quum domum rediiſſem, vehementer ſperabam fore, ut aliquantulum temporis huic operi incipiendo concederetur; donec ſaltem ea, quæ in ſchedulis meis deficiebant, abſolviſſem. Verum ſpe decidi, poſt duas enim vel tres ſeptimanas mittebat mihi Scheidius primum jam bis correctum collectionum mearum prælo mandatarum ſpecimen, eo quidem conſilio, ut tertia ultimaque vice illud luſtrarem, atque a reſiduis vitiis typographicis perpurgarem. Ego Scheidii voluntati gratus lubenſque obtemperans, illud a me caſtigatum, ipſo curante, imprimi paſſus ſum. Poſteaquam vero ſpecimen ſecundum prælo adhuc ſubjectum eſſet, Amicus optimus, graviſſimo tentatus morbo, intra paucos dies vitæ ſuæ, immenſo Academiæ Lugduno-Batavæ damno, curriculum peregit. Quo fato inopinato funeſtoque omnis mea ad irritum cadebat ſpes.

Ab hoc inde tempore collectionum mearum in lucem edendarum abjeci conſilium; tum, quia præſagiebam, Bibliopolam a ſpe lucri faciendi nunc deſtitutum ab incœpto eſſe deſiſturum, (quemadmodum et eventu comprobatum eſt,) tum vero, quia imbecillitatis meæ probe conſcius ſine Viri cujuſdam probatiſſimi ductu auſpiciiſque auctorem publice agere non audebam.

Quibus tamen nihil obſtabat, quo minus mihi fixa maneret ſententia, ut annotationum mearum, quæ eo tempore nondum conſummatæ erant, telam pertexerem. Eo etiam deinceps progreſſus ſum, ut annotationes meas non in primam modo collectionis meæ partem, ſed et in procœmium Wahidi hujuſque Codicis aliquot a me ſelectas Sententias abſolverim.

Quod vero tertiam et quartam Proverbiorum collectionem attinet, mihi nequaquam ſuadet animus ullas præter variarum Lectionum indicem annotationes iis adjicere.

Hiſce ſuperſedere mihi conſtitutum erat, aliorum, qui mihi erunt ſuperſtites, arbitrio quum eſſem relicturus, utrum opuſculum meum luce publica dignum ſit, necne. Quod autem propoſitum ſuſceptumque conſilium ut immutarem, quam plurimi ex doctorum Virorum choro, qui animadverterent,

me multum temporis ac laboris in hoc opuſculo adornando conſumpſiſſe, identidem adhortari me non deſinebant, me ad ipſius quædam certe ſpecimina in lucem proferenda quaſi cogentes. Horum ego admonitionibus aſſentiri nec volui nec potui, niſi ea lege, ut non ſolum Viri Linguarum Orientalium edocti labores meos calculo ſuo adprobarent, verum etiam, ut eorum aliquis ſchedulas meas elimaret, mihique editionem molienti opis aliquid impertiret. Ex eo enim tempore, quo muneris Eccleſiaſtici negotio detinerer, tam grave mihi fuit onus impoſitum, ut nullum fere hujus opuſculi elucubrandi otium mihi relinqueretur. Tantæ profecto, tamque infinitæ meæ erant occupationes, ut inde ſermone bene Latino ſcribendi peritia, ut ut exigua, haud parum ceperit detrimenti; cui vero nunc reparandæ, quum jam plus ſeptuaginta duos annos natus ſum, animi facultates mihi deſunt.

Poſtquam hæc ſcripſeram, hoc unum mihi addendum exiſtimavi, quod ſi nimirum opuſculum meum luce publica dignum habeatur, illud in duas, me judice, partes dividi poſſet, quarum

I. Prior omnem Sententiarum textum Arabicum contineat, una cum verſione mea Latina e regione locata, et variantibus Lectionibus calci cujuſlibet paginæ adjectis.

II. Poſterior vero pars Annotationes meas in primam Sententiarum collectionem, ut et Animadverſiones quaſdam in proœmium Wahidi, et aliquot Sententias ex ejus Codice MS. ſelectas.

Scripſi prope Delfos tertio die menſis Septembris anno poſt Chriſtum natum MDCCCIV.

CORNELIUS VAN WAENEN.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC VOLUME CONTINENTUR.

1. *COLLECTIO Prima, continens Sententias Arabicas Imperatoris* ALI EBN ABI TALEBI, *e Codice MS. Bibliothecæ Lugduno-Batavorum deſcriptas. Accedunt ad calcem paginarum ex collatione cum Codice MS. Pariſienſi et Editione* TH. ERPENII *non ſolum variantes lectiones, ſed et tredecim Sententiæ, quæ inſuper partim in Codice Pariſienſi, partim in Editione* TH. ERPENII *occurrunt.* Pag. 2.

2. *Collectio Secunda, continens Sententias Arabicas Imperatoris* ALI EBN ABI TALEBI, *e Codice MS. Lugdunenſi* ABD'OLWAHDI EBN MOHAMMEDIS EBN ABD'OLWAHIDI *ſelectas: quibus ad calcem paginarum aliquot Notæ Criticæ paſſim adjectæ ſunt.* 46.

3. *Collectio Tertia, continens Sententias Arabicas quæ in Codice MS. Lugdunenſi* MEIDANII *ſub nomine Imperatoris* ALI EBN ABI TALEBI *una ſerie occurrunt; quibus adjectæ ſunt variantes Lectiones ex Collatione cum Codice MS. nitidiſſimo* EVERARDI SCHEIDII. 130.

4. *Collectio Quarta, continens Sententias quasdam Arabicas quæ in Codice MS.* Meidanii, Everardi Scheidii, *sub nomine Imperatoris* Ali ebn Abi Talebi, *simul cum* Meidanii *explicatione Arabica sparsim occurrunt.* 144.

5. *Annotationes in Collectionem primam.* 163.

6. *Notulæ quædam in Tredecim Sententias* Ali ebn Abi Talebi, *quæ in* Cod. Leid. *desunt, sed partim in* Cod. Paris. *partim in Edit.* Th. Erpenii *exstant, quæque calci paginarum Textus Arabici suis locis adscriptæ sunt.* 249.

7. *Annotationes in Collectionem secundam.* 255.

8. *Index Arabicus.* 373.

9. *Index Hebraicus.* 419.

10. *Index Locorum Sacræ Sripturæ.* 425.

COLLECTIO PRIMA.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ،

قَالَ أَكْرَمُ ٱلْأَوْلِيَآءِ وَٱلْأَصْفِيَآءِ، لَيْثُ ٱللَّهِ ٱلْغَالِبُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ، وَوَلِيُّ رَبِّ ٱلْعَالَمِينَ، عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ، كَرَّمَ ٱللَّهُ وَجْهَهُ،

هَذَا نَثْرُ ٱللَّآلِي عَلَى تَرْتِيبِ حُرُوفِ ٱلْهِجَآءِ، فَأَوَّلُهَا حَرْفُ ٱلْأَلِفِ

ايْمَانُ ٱلْمَرْءِ يُعْرَفُ بِأَيْمَانِهِ،
أَخُوكَ مَنْ وَاسَاكَ فِي ٱلشِّدَّةِ،
اظْهَارُ ٱلْغِنَى مِنَ ٱلشُّكْرِ،
أَدَبُ ٱلْمَرْءِ خَيْرٌ مِنْ ذَهَبِهِ،
أَدَآءُ ٱلدَّيْنِ مِنَ ٱلدِّينِ،
أَدِّبْ عِيَالَكَ تَنْتَفِعُوا،
أَحْسِنْ إِلَى ٱلْمُسِيءِ تَسُدْ،
إِخْوَانُ هَذَا ٱلزَّمَانِ جَوَاسِيسُ ٱلْعُيُوبِ،
اِسْتِرَاحَةُ ٱلنَّفْسِ فِي ٱلْيَأْسِ،

S. 2. Edit. leg. وساك. S. 4. 5. et 6. in Edit. defunt. S. 7. Edit. leg. المُسِي.

IN NOMINE DEI MISERICORDISSIMI.

Dixit nobiliſſimus ſanctorum et amicorum Dei, Leo Dei, Victor, Imperator fidelium et Miniſter Domini ſeculorum, ALI EBN ABI TALEBI, *quem Deus ſummo honore afficiat!*

Hæc eſt ſparſio margaritarum ſecundum ordinem Literarum Alpha-Bethi
Prima vero particula inchoatarum a litera

ELIPH.

FIDES viri cognoſcitur ex juramentis.

Frater tuus *eſt*, qui tibi ſuccurrit in re anguſta.

Demonſtratio contenti animi pars gratiarum actionis *eſt*.

Eruditio viri præſtat auro ejus.

Solvere debitum pars religionis *eſt*.

Erudi domeſticos tuos, proderis illis.

Benefac malefacienti, dominaberis illi.

Fratres hujus ævi ſpeculatores ſunt vitiorum.

Deſperatis rebus quieſcit animus.

S. 9. Edit. l. مِنَ pro فِي et Cod. P. loco الباسُ habet الباسِ.

إِخْفَاءُ ٱلشَّدَائِدِ مِنَ ٱلْمُرُوءَةِ،
أُخُوكَ مَنْ وَاسَاكَ بِنَشَبٍ، لَا مَنْ وَاسَاكَ بِنَسَبٍ،

ٱلْبَاءُ

بِرُّ ٱلْوَالِدَيْنِ سَلَفٌ،
بَشِّرْ نَفْسَكَ بِٱلظَّفَرِ بَعْدَ ٱلصَّبْرِ،
بَرَكَةُ ٱلْمَالِ فِي أَدَاءِ ٱلزَّكَوةِ،
بِعِ ٱلدُّنْيَا بِٱلْآخِرَةِ تُرْبَحْ،
بُكَاءُ ٱلْمَرْءِ مِنْ خَشْيَةِ ٱللَّهِ تَعَالَى قُرَّةُ ٱلْعَيْنِ،
بَاكِرْ تَسْعَدْ،
بَطْنُ ٱلْمَرْءِ عَدُوُّهُ،
بُكْرَةُ ٱلسَّبْتِ وَٱلْخَمِيسِ بَرَكَةٌ،
بَرَكَةُ ٱلْعُمْرِ حُسْنُ ٱلْعَمَلِ،
بَلَاءُ ٱلْإِنْسَانِ مِنَ ٱللِّسَانِ،
بِرٌّ لَا تُبْطِلْهُ بِٱلْمِنَّةِ،
بَشَاشَةُ ٱلْوَجْهِ عَطِيَّةٌ ثَانِيَةٌ،

ٱلتَّاءُ

تَوَكَّلْ عَلَى ٱللَّهِ يَكْفِكَ،

S. 11. 14. et 16. desunt in Edit. et in S. 16. Epitheton تعالي omittitur in Cod. P.

Occultare adverſa animi virilis eſt.

Frater tuus ille *eſt*, qui tibi ſuccurrit opibus ſuis, non vero cognationis ſuæ commemoratione.

BE.

Pietas erga parentes promutuum *eſt*.

Annuntia tibi victoriam poſt patientiam.

Augentur opes liberaliter factis eleemoſynis.

Vende mundana æternis, lucrum facies.

Lacrymæ hominis, *quæ oriuntur* ex timore Dei O. M. refrigerant oculos.

Mane ſurgas, felix eris.

Venter viri hoſtis ejus.

Sabbatho et die quinto mane ſurgere benedictionem affert.

Bona opera felicem reddunt vitam.

Ærumna hominis a lingua.

Exprobratione beneficentiam tuam ne irritam reddas.

Bis dat, qui hilari fronte dat.

TE.

Confide Deo, HIC tibi ſufficiet.

S. 18. Loco المرء Edit. l. الانسان. et pro عدوه Cod. P. habet عدو. S. 19. Deeſt in Edit.

تَأْخِيرُ ٱلْإِسَاءَةِ مِنَ ٱلْإِقْبَالِ،
تَدَارَكْ فِي آخِرِ ٱلْعُمْرِ مَا فَاتَكَ فِي أَوَّلِهِ،
تَكَاسُلُ ٱلْمَرْءِ فِي ٱلصَّلَوةِ مِنْ ضَعْفِ ٱلْإِيمَانِ،
تَفَأَّلْ بِٱلْخَيْرِ تَنَلْهُ،
تَأْكِيدُ ٱلْمَوَدَّةِ فِي ٱلْحُرْمَةِ،
تَغَافَلْ عَنِ ٱلْمَكْرُوهِ تَوَقَّرْ،
تَزَاحُمُ ٱلْأَيْدِي عَلَى ٱلطَّعَامِ بَرَكَةٌ،
تَظَرَّفْ بِتَرْكِ ٱلذُّنُوبِ،

ٱلثَّاءُ

ثَلَثُ مُهْلِكَاتٌ ٱلْعُجْبُ وَٱلْبُخْلُ وَٱلْهَوَى،
ثُلُثُ ٱلْإِيمَانِ حَيَآءٌ وَثُلُثُهُ عَقْلٌ وَثُلُثُهُ جُودٌ،
ثُلْمَةُ ٱلدِّينِ مَوْتُ ٱلْعُلَمَآءِ،
ثُلْمَةُ ٱلْحِرْصِ لَا يَسُدُّهَا إِلَّا ٱلتُّرَابُ،
ثَوْبُ ٱلسَّلَامَةِ لَا يَبْلَى،
ثَنِّ إِحْسَانَكَ بِٱلْإِعْتِذَارِ،
ثَبَاتُ ٱلْمُلْكِ بِٱلْعَدْلِ،

S. 27. Deeſt in Edit. S. 28. Cod. P. et Edit. l. تَغَأَّلْ. S. 31. Deeſt in Edit. S. 32. Pro تَظَرَّفْ Cod. P. l. تَطْرُفْ, et h. l. inſerit تَوَاضُعُ ٱلْمَرْءِ يُكْرِمُهُ *Modeſtia ho-*

Maleficiorum repulſio eſt eorundem provocatio.

Fac ut in ſenectute aſſequaris, quod elapſum tibi eſt in juventute.

Hominis languor in precando debilem prodit fidem.

Ominare bonum, conſequeris illud.

Amicitiæ adſtrictio in reverentia.

Evita, quæ fugere oportet, honoratus eris.

Multæ manus in patinis benedictio *eſt*.

Nobilitatem ſectare omiſſione peccatorum.

THSE.

Tria in perditionem trahunt; admiratio ſui ipſius, avaritia, et libido.

Tertia pars fidei S. *Religionis* eſt verecundia; tertia pars intelligentia; tertia pars liberalitas.

Doctorum S. Sapientum mors religionis clades *eſt*.

Hians aviditatis os non opplet niſi terra ſepulcri.

Veſtis ſalutis non deteritur.

Duplica beneficentiam tuam deprecando ejus meritum.

Regni ſtabilimentum juſtitia.

---

minis nobilem reddit eum. P. 33. Cod. P. inverſo ordine l. بخل وعجب. S. 34. Pro عقل Cod. P. leg. صبر. S. 35. Deeſt in Edit. S. 36. Edit. l. تسدها. S. 37. Cod. P. يبلي. S. 39. Cod. P. et Edit. l. الملك.

ثَوَابُ ٱلْآخِرَةِ خَيْرٌ مِنْ نَعِيمِ ٱلدُّنْيَا،
ثَبَاتُ ٱلنَّفْسِ بِٱلْغَدَآءِ وَثَبَاتُ ٱلرُّوحِ بِٱلْغَنَآءِ،
ثَنَآءُ ٱلرَّجُلِ عَلَي مُعْطِيهِ مُسْتَزِيدٌ،

ٱلْجِيمُ

جُدْ بِمَا تَجِدْ،
جَهْدُ ٱلْمُقِلِّ كَثِيرٌ،
جَوْلَةُ ٱلْبَاطِلِ سَاعَةٌ وَجَوْلَةُ ٱلْحَقِّ إِلَي ٱلسَّاعَةِ،
جَوْدَةُ ٱلْكَلَامِ فِي ٱلْإِخْتِصَارِ،
جَلِيسُ ٱلْمَرْءِ مِثْلُهُ،
جَلِيسُ ٱلْخَيْرِ غَنِيمَةٌ،
جَالِسِ ٱلْغُغَرَآءَ تَزِدْ شُكْرًا،
جَلَّ مَن لَا يَمُوتُ،

ٱلْحَآءُ

حِلْمُ ٱلْمَرْءِ عَوْنُهُ،
حُلِيُّ ٱلرِّجَالِ ٱلْأَدَبُ وحُلِيُّ ٱلنِّسَآءِ ٱلذَّهَبُ،

S. 40. et 41. desunt in Edit. S. 41. Loco بالغداء Cod. P. habet بالغذاء. S. 43. Cod. P. l. تَجِدُ. S. 44. Cod. P. l. جُهْدُ. Et post hanc sent. duas alias inserit جَمَالُ المَرْءِ فِي الحِلْمِ *Hominis decor in mansuetudine*, et جَلِيسُ السُّوءِ شَيْطَانٌ *Pessimus socius Satanas est*. S. 47. Deest in Cod. P. et Edit. S. 49. Cod. P. pro تَزِدْ exhi-

Præmium vitæ alterius præſtat deliciis mundanis.

Cibus vitam ſuſtinet, mentem αὐτάρκεια.

Donatorem nimium laudare *eſt* plus petere.

GJIM.

Liberalis eſto de eo, quod invenias.

Multiplex *eſt* pauperis moleſtia.

Mendacium oberrat per horulam; Veritatis ſtadium in futuram vitam protenditur.

Præſtantia ſermonis in brevitate.

Sodalis viri ſimilis ejus.

Sodalis bonus-præda opima.

Aſſide pauperibus, augebis gratiarum actionem.

Solus glorioſus eſt, qui mori non poteſt.

HHA.

Hominis manſuetudo auxilium ejus.

Ornamentum virorum eruditio; mulierum vero ornamentum aurum *eſt*.

---

bet تزدد. S. 50. Deeſt in Edit. Hic ad marginem Cod. P. adſcripta eſt ſententia lectu perquam difficillima, جدّ بالاستبر واقنع بالعاسل. S. 52. Cod. P. l. حُلي. ibidem. Tres ultimæ voces in Edit. deſunt, in Cod. vero P. ad marginem adſcriptæ ſunt.

حَيَآءُ ٱلْمَرْءِ سِتْرُهُ،
حَمْوَضَاتُ ٱلطَّعَامِ خَيْرٌ مِنْ حَمْوَضَاتُ ٱلْكَلَامِ،
حُرْقَةُ ٱلْأَوْلَادِ مُحْرِقَةُ ٱلْأَكْبَادِ،
حُسْنُ ٱلْخُلْقِ غَنِيمَةٌ،
حِدَّةُ ٱلْمَرْءِ تُهْلِكُهُ،
حَرَمُ ٱلْوَفَآءِ مَنْ لَا أَصْلَ لَهُ،
حِرْفَةُ ٱلْمَرْءِ كَنْزٌ،

ٱلْخَآءُ

خَفِ ٱللَّهَ تَأْمَنْ غَيْرَهُ،
خَالِفْ نَفْسَكَ تَسْتَرِحْ،
خَيْرُ ٱلْأَصْحَابِ مَنْ يَدُلُّكَ عَلَى ٱلْخَيْرِ،
خَلِيلُ ٱلْمَرْءِ دَلِيلُ عَقْلِهِ،
خَوْفُ ٱللَّهِ يُجَلِّي ٱلْقَلْبَ،
خُلُوُّ ٱلْقَلْبِ خَيْرٌ مِنْ مَلَآءِ ٱلْكِيسِ،
خُلُوصُ ٱلْوُدِّ مِنْ حُسْنِ ٱلْعَهْدِ،

S. 53. Edit. l. سَتْرُهُ. S. 54. Deeſt in Edit. S. 55. Cod. P. pro الاكباد l. الاكبار. S. 56. Deeſt in Edit. S. 57. Pro المرء Edit. l. الانسان. S. 58. Cod. P. حَرَمُ الوَفَا. S. 59. Loco حِرْقَةُ quam lectionem Cod. MS. exhibet, haud dubie legendum حِرْفَةُ prout in margine Cod. MS. corrigitur, ita etiam Cod. P. et Edit.

Verecundia hominis tegmen ejus.

Acida ciborum præſtant acidis ſermonis.

Urentia liberorum verba adurunt præcordia.

Elegantia morum præda opima.

Vehementia viri perdit ipſum.

Sinceritate deſtituitur ignobilis.

Ars hominis-theſaurus.

CHA.

Time Deum, ſecurus eris ab omni alio.

Adverſare appetitui, quiete frueris.

Optimus ſociorum *eſt*, qui præmonſtrat tibi optima.

Ex amico noſcitur hominis ingenium.

Timor Dei cor nitidum reddit.

Vacuus *curis* animus præſtat repletæ crumenæ.

Pulcherrimum fœdus facit ſincera amicitia.

---

legunt. S. 62. Pro يدلك Cod. P. leg. يسدك. Hic loci in Cod. P. inſerta eſt hæc ſententia خابت صفقة من باع الدين بالدنيا *Qui religionem mundo vendit, hujus mercatus fruſtra eſt.* S. 65. et 66. in Edit. deſunt. Et pro خلو Cod. P. l. حلو. S. 66. Cod. P. l. الود.

خَيْرُ ٱلْمَالِ مَا أُنْفِقَ فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ،
خَيْرُ ٱلنِّسَاءِ وَدُودَةٌ وَلُودَةٌ،

ٱلدَّالُ

دَوَاءُ ٱلْقَلْبِ ٱلرِّضَاءُ بِٱلْقَضَاءِ،
دَوَاءُ ٱلنَّفْسِ فِي ٱلصُّمْتِ،
دَاءُ ٱلنَّفْسِ فِي ٱلْحِرْصِ،
دَلِيلُ عَقْلِ ٱلْمَرْءِ فِعْلُهُ وَدَلِيلُ عِلْمِهِ قَوْلُهُ،
دَوَامُ ٱلسُّرُورِ بِرُؤْيَةِ ٱلْإِخْوَانِ،
دَوْلَةُ ٱلْأَرْذَالِ آفَةُ ٱلرِّجَالِ،
دِينَارُ ٱلشَّحِيحِ حَجَرٌ،
دِينُ ٱلرَّجُلِ حَدِيثُهُ،
دُولَةُ ٱلْمُلُوكِ فِي ٱلْعَدْلِ،
دَارِ مَنْ جَفَاكَ تَحْجِيلاً،
دُمْ عَلَى كَظْمِ ٱلْغَيْظِ تَحْمَدْ عَوَاقِبَكَ،

ٱلذَّالُ

ذَمُّ ٱلشَّيْءِ مِنَ ٱلْإِشْتِغَالِ بِهِ،

S. 68. Deeſt in Edit. et pro وَلُودَةٌ Cod. P. l. الودود pro qua lectione, ut ſuſpicor, forte legendum الولود. S. 70. In Cod. P. et in Edit. deeſt. S. 71. Cod. P. l. الحِرْص omiſſo فِي. S. 72. Hanc ſent. Cod. P. ſic exhibet دليل عقل المرء قوله

Optimæ divitiæ, quæ erogantur in pios uſus.

Optima mulierum amans viri, prolifera.

DAL.

Acquieſcere in decreto Dei cordis medicina *eſt*.

Medicina animæ in ſilentio.

Morbus animæ in aviditate.

Intellectum viri actiones, ſcientiam ejus ſermones indicant.

Amicorum conſpectus perpetuum gaudium.

Imperium ignobilium pernicies virorum.

Nummus avari lapis *eſt*.

Religio viri *cognoſcitur* ex ejus dictis factiſque.

Proſperitas regum juſtitia.

Benigne tracta eum, qui te injuria affecit, ut pudore confundatur.

Perſevera in compeſcenda ira, et extrema tua laudabuntur.

DSAL.

Vituperium rei oritur ex frequenti ejus uſu.

ودليل اصل المرء فعله. S. 78. Cod. P. l. تخجيلا. S. 79. Cod. P. pro الغيط habet الغيض et pro عواقبك Edit. l. عواقبه. Ibid. Loco تكمد forte l. تتكمد. S. 80. Hæc ſententia in Cod. P. h. m. exhibetur ذم الشحيح من الاشغال به quam Interpres Reg. vertit: *avarum vitupera ob ejus occupationes*. In Edit. vero omiſſa eſt.

ذَرِ ٱلطَّاغِي فِي طُغْيَانِهِ،
ذَنْبٌ وَاحِدٌ كَثِيرٌ وَذِكْرٌ وَأَلْفُ طَاعَةٍ قَلِيلٌ،
ذَوَّقَتْهُ ٱلسَّلَاطِينَ مُحْرِقَةُ ٱلشَّفَتَيْنِ،
ذِكْرُ ٱلْأَوْلِيَآءِ يُنَزِّلُ ٱلرَّحْمَةَ،
ذُلُّ ٱلْمَرْءِ فِي ٱلطَّمَعِ،
ذَلِيلُ ٱلْخَلْقِ عَزِيزٌ عِنْدَ ٱللَّهِ،
ذِكْرُ ٱلْمَوْتِ جِلَآءُ ٱلْقَلْبِ،
ذِكْرُ ٱلشَّبَابِ حَسْرَةٌ،

ٱلرَّآءُ

رُؤْيَةُ ٱلْحَبِيبِ جِلَآءُ ٱلْعَيْنِ،
رَاعِ أَبَاكَ يُرَاعِكَ ٱبْنُكَ،
رَفَاهِيَةُ ٱلْعَيْشِ فِي ٱلْأَمْنِ،
رُتْبَةُ ٱلْعِلْمِ أَعْلَى ٱلرُّتَبِ،
رِزْقُكَ يَطْلُبُكَ فَٱسْتَرِحْ،
رَسُولُ ٱلْمَوْتِ ٱلْوِلَادَةُ،

S. 82. In Cod. P. vox وذكر deeſt. S. 83. Loco ذوّقة Edit. l. ذوّاقة quam lectionem præfero, quare et eam in verſione ſecutus ſum. Ibid. Pro ٱلشَّفَتَيْنِ Cod. P. et Edit. l. ٱلشِّفَتَيْنِ. S. 84. Cod. P. pro الاولياء l. الانبياء. S. 86. Cod. P. pro

Relinque perverſum in perverſitate ſua.

Peccatum unum multum quid eſt, at commemoratio Dei et mille præſtita obſequia paucum quid.

Quod principes guſtandum præbent, adurit labia.

Commemoratio amicorum Dei miſericordiam deſcendere facit.

Vilitas hominis in libidine *eſt.* 85

Contemptiſſima creaturarum apud Deum pretioſa *eſt.*

Recordatio mortis exhilaratio cordis.

Recordatio juventutis ſuſpirium.

RE.

Conſpectus amici exhilaratio oculi.

Reverere patrem tuum, tum filius reverebitur te. 90

Vitæ commoditas in ſecuritate.

Scientiæ gradus ſummus gradus eſt.

Victus tuus quæret te, ideo quieſce.

Mortis nuntius nativitas.

ذليل الفقر l. ذَلِيلُ الخَلْقِ *contemptus ex paupertate* et h. l. inferit, ذَلاقَةُ اللِسانِ رأسُ المالِ *Prompta lingua fons eſt divitiarum.* S. 87. In Edit. deeſt. Et pro القلب Cod. P. l. القلوب. S. 90. In Edit. فيراعك. S. 92. رتبة in margine Cod. L. explicatur per صعام Pro quo legendum puto مقام.

رِوَايَةُ ٱلْحَدِيثِ ٱنْتِسَابٌ إِلَى رَسُولِ ٱللَّهِ،
رَاعِ ٱلْحَقِّ عِنْدَ غَلَبَاتِ ٱلنَّفْسِ،
رَفِيقُ ٱلْمَرْءِ دَلِيلُ عَقْلِهِ،

ٱلزَّاءُ

زِنِ ٱلرِّجَالَ بِمَوَازِنِهِمْ،
زَحْمَةُ ٱلصَّالِحِينَ رَحْمَةٌ،
زَلَّةُ ٱلْعَاقِلِ كَثِيرٌ،
زَوَالُ ٱلْعِلْمِ أَهْوَنُ مِنْ مَوْتِ ٱلْعُلَمَاءِ،
زُرِ ٱلْمَرْءَ عَلَى قَدْرِ إِكْرَامِهِ لَكَ،
زُهْدُ ٱلْعَامِي مُضِلَّةٌ زُهْدُ ٱلْعَالِمِ رَحْمَةٌ،
زِيَارَةُ ٱلْحَبِيبِ إِطْرَاءُ ٱلْمَحَبَّةِ،
زَوَايَا ٱلدُّنْيَا مَشْحُونَةٌ بِٱلرَّزَايَا،
زِيَارَةُ ٱلصُّعَفَاءِ مِنَ ٱلتَّوَاضُعِ،
زِينَةُ ٱلْبَاطِنِ خَيْرٌ مِنْ زِينَةِ ٱلظَّاهِرِ،

S. 95. Deeſt in Cod. P. et in Edit. In codice vero P. ejus loco exhibetur hæc ſententia رَعَوَنَاتُ النَّفْسِ مِنْعَبِهَا ubi pro منعبها legere malim مُنْصِبُهَا ut ita verſio ſit: *Oſtentationes* ſcil. *vanæ jactationes laſſant animam.* Sin vero lectio MS. retineatur, vertenda erit cum Interprete Reg. *Animæ ad oſtentationem ornamenta ſunt ei ærumnoſa.*

Allegatio *certa* traditionis *eſt*, quæ refertur ad legatum Dei. 95

Quum prævalet concupiſcentia, tamen obſerva quod juſtum eſt.

Socius viri index ingenii ejus.

ZE.

Ponderato homines ſtateris ſuis.

Ubi frequentia *eſt* rectorum hominum, ibi eſt miſericordia.

Sapientis error multiplex. 100

Scientiæ defectus levior eſt morte doctorum.

Viſita virum pro ratione obſervantiæ ejus erga te.

Idiotæ pietas vana eſt et irrita, quæ ſeducat; pietas ſapientis miſericordia cernitur.

Amici viſitatio amicitiæ renovatio eſt.

Mundi anguli ærumnis pleni. 105

Tenues qui humili conditione ſunt, viſitare, modeſtiæ eſt.

Ornamentum interioris partis præſtat ornamento exterioris.

S. 97. deeſt in Edit. S. 98. Cod. P. l. بموازنيهم. S. 99. et 100. deſunt in Edit. S. 102. Pro اكرامه Edit. l. كرامه et in Cod. P. لك omittitur. S. 103. Edit. l. وزهد. Et in Cod. P. tres ultimæ voces deſunt. S. 107. deeſt in Edit.

أَلسِّينُ

سُوءُ ٱلظَّنِّ مِنَ ٱلْحَزْنِ،
سُرُورُ ٱلْمَرْءِ بِٱلدُّنْيَا غُرُورٌ،
سُوءُ ٱلْخُلْقِ وَحْشَةُ ٱلْإِخْلَاصِ فيها،
سِيرَةُ ٱلْمَرْءِ تُنْبِي عَنْ سَرِيرَتِهِ،
سَلَامَةُ ٱلْإِنْسَانِ فِي حِفْظِ ٱللِّسَانِ،
سُكُوتُ ٱلْإِنْسَانِ رَاحَةُ ٱللِّسَانِ،
سَادَةُ ٱلْأُمَّةِ ٱلْفُقَهَاءُ،
سُكْرَةُ ٱلْأَحِبَّاءِ سُوءُ ٱلْخُلْقِ،
سِلَاحُ ٱلضُّعَفَاءِ ٱلشِّكَايَةُ،
سُمُوُّ ٱلْمَرْءِ ٱلتَّوَاضُعُ،

أَلشِّينُ

شَيْنُ ٱلْعِلْمِ ٱلصَّلَفُ،
شَرُّ ٱلْأُمُورِ أَقْرَبُهَا إِلَى ٱلشَّرِّ،

S. 108. itidem deeſt. In Cod. vero P. pro الحزن legitur الحزم quam lectionem præfero, et in verſione ſecutus ſum. S. 109. Loco سرور المرء Cod. P. legit سرورك. S. 110. In Edit. duæ ultimæ voces omittuntur. Et in Cod. P. pro الاخلاص فيها legitur لا خلاص منها. Sed et hæc lectio vitioſa mihi videtur. Malim legere لا اخلاص فيها *in qua* ſcil. μισανθρωπία *non eſt religio ſincera*, vel لا خلاص فيها إلّا *niſi in ea*

SIN.

Pravæ ſuſpiciones de anguſtia animi ſcil. *angunt animum.*

Lactatur vana ſpe, qui gaudet rebus mundanis.

Peſſima indoles eſt μισανθρωπία, in qua non eſt religio ſincera.

Hominis agendi modus prodit ejus arcanum.

Hominis ſalus in linguæ continentia.

Quies linguæ tranquillitas hominis.

Sacrorum antiſtites regunt populum.

Amicos inebriare peſſima *eſt* indoles.

Debilium arma lamentationes.

Celſitudo hominis modeſtia ejus.

SJIN.

Dedecus ſcientiæ jactantia.

Peſſima negotia pravo commiſſa.

ſcil. *ſolitudine ſit ſinceritas*, quod eodem redit. S. 111. Edit. l. تنبي. S. 112. 113. et 114. in Edit. deſunt, uti et in Cod. P. S. 113. omittitur. S. 116. Edit. perperam l. الصعغاء. S. 119. deeſt in Edit. et pro اقرابها الي الشر Cod. P. l. اقربها من الشر.

شَمِّرُوا فِي طَلَبِ ٱلْجَنَّةِ،
شُحُّ ٱلْغَنِيِّ عُقُوبَةٌ،
شَهَّةٌ مِنَ ٱلْمَعْرِفَةِ خَيْرٌ مِنْ كَثِيرِ ٱلْعَمَلِ،
شَيْبُكَ نَاعِيكَ،
شِفَآءُ ٱلْجِنَانِ قِرَاءَةُ ٱلْقُرَانِ،
شَحِيحٌ غَنِيٌّ أَفْقَرُ مِنْ فَقِيرٍ سَخِيٍّ،
شَرْطُ ٱللُّغَةِ تَرْكُ ٱلْكُلْفَةِ،
شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ يَتَّقِيهِ ٱلنَّاسُ،

أَلصَّادُ

صِدْقُ ٱلْمَرْءِ نَجَاتُهُ،
صِحَّةُ ٱلْبَدَنِ فِي ٱلصَّوْمِ،
صَبْرٌ يُورِثُ ٱلظَّفَرَ،
صَلَوْةُ ٱللَّيْلِ بَهَآءُ ٱلنَّهَارِ،
صَلَاحُ ٱلْبَدَنِ فِي ٱلسُّكُوتِ،
صَلَاحُ ٱلْإِنْسَانِ فِي حِفْظِ ٱللِّسَانِ،

S. 120. in Edit. deeſt, et pro شمّروا Cod. P. l. شمّر. S. 122. Pro العمل Cod. P. habet العلم. S. 124. deeſt in Edit. et pro قِرَاءَةُ Cod. P. l. قراءة. Ibid. Loco الجِنَانِ malim legere الجَنَانِ. S. 126. In Fabricii Specim. Arab. pro شرط

Subſtringite lacinias in ſtudio Paradiſi. 120

Avaritia divitis pœna.

Exigua portio ſapientiæ præſtat multis operibus.

Canities tua tibi nuntia mortis.

Cordis medicina Corani lectio.

Dives avarus liberali paupere pauperior *eſt*. 125

Lex amicitiæ *eſt*, non eſſe importunum.

Peſſimus hominum, quem metuunt homines.

SAD.

Veracitas viri ſalus ejus.

Corporis ſanitas in jejunio.

Patientia tua victoriam tibi conciliabit. 130

Præcatio nocturna ſplendor diei.

Integritas corporis in taciturnitate.

Incolumitas hominis in linguæ continentia.

---

legitur حقّ. Ibid. الكلفة Ita ſine dubio legendum cum Cod. P. et Edit. loco الكفة ſecundum correctionem in margine MS. L. S. 127. يتّقيه ſic lego cum Teſdid ſupra lit. ت loco يتقيه uti in Cod. L. ſcribitur. S. 128. Pro المرء Edit l. الغني. S. 130. 132. et 133. deſunt in Edit.

صَاحِبِ ٱلْإِخْبَارَ تَأْمَنُ ٱلْأَشْرَارَ،
صُمْتُ ٱلْجَاهِلِ سِتْرُهُ،
صِلِ ٱلْأَرْحَامَ يَكْثُرْ حَشَمُكَ،
صَلَاحُ ٱلدِّينِ فِي ٱلْوَرَعِ وَفَسَادُهُ فِي ٱلطَّمَعِ،
أَلضَّادُ
ضَلَّ سَعْيُ مَنْ رَجَا غَيْرَ ٱللَّهِ تَعَالَى،
ضَمِنَ ٱللَّهُ رِزْقَ كُلِّ أَحَدٍ،
ضَرْبُ ٱلْحَبِيبِ أَوْجَعُ،
ضِيَاءُ ٱلْقَلْبِ مِنْ أَكْلِ ٱلْحَلَالِ،
ضَرْبُ ٱللِّسَانِ أَشَدُّ مِنْ طَعْنِ ٱلسِّنَانِ،
ضَلَّ مَنْ رَكِنَ إِلَى ٱلْأَشْرَارِ،
ضَلَّ مَنْ بَاعَ ٱلدِّينَ بِٱلدُّنْيَا،
ضِيْقُ ٱلْقَلْبِ أَشَدُّ مِنَ ضِيقِ ٱلْيَدِ،
ضَاقَ صَدْرُ مَنْ ضَاقَ يَدُهُ،
ضَاقَتِ ٱلدُّنْيَا عَلَى ٱلْمُتَبَاغِضِينَ،

S. 134. Edit. l. صَاحِبُ ٱلْإِخْبَارِ fed præftat cum Cod. L. legere صَاحِبِ ٱلْإِخْبَارَ propter feq. تامن. Ita etiam l. Cod. P. fed pro الاخبار vitiofe fcribitur الاحبار. S. 135. Cod. P. pro صمت l. صَمْتُ et pro ستره l. سَتْرُهُ. S. 136. Edit. l. يكثره يَكْثُرْ. S. 137. Loco الدين Cod. P. l. البدن. S. 138. تعالي deeft in Cod. P. S. 139.

Comes ſis bonis, ſecurus eris a malis.

Stulti ſilentium tegmen ejus.

Conciliato tibi cognatos, multiplicabuntur affeclæ tui.

Integritas religionis in abſtinentia, et corruptelæ ejus in concupiſcentia.

DAD.

Perditur opera ejus, qui in alio, quam Deo O. M. ſpem ponit.

Suum cuique victum ſpoſpondit Deus.

Ictus amici penetrantiſſimus.

Frui rebus licitis illuminat animum.

Ictus linguæ gravior confoſſione haſtæ.

Errat, qui improbis ſe acclinat.

Errat, qui religionem pro rebus mundanis venalem habet.

Anguſtia ſcil. *afflictio* animi gravior *eſt* anguſtia manus.

Anguſtum eſt pectus ejus, cujus anguſta eſt manus.

Arctior eſt mundus, quam ut capiat homines ſibi invicem infeſtos.

---

deeſt in Edit. S. 140. Cod. P. ultimam vocem legere videtur اكلال. S. 142. 143. et 144. deſunt in Edit. S. 146. Cod. P. etiam habet صدر ſed in Edit. additur affixum ء صدره quod præfero. Ibid. Pro يدء Cod. P. recte legit يدء. S. 147. Loco عي ſcribitur in Cod. P. عين.

أَلطَّآءُ

طَابَ مَنْ وَثَقَ بِٱللّٰه،

طُوبَي لِمَنْ رُزِقَ بِٱلْعَافِيَةِ،

طُولُ ٱلْعُمْرِ مَعَ ٱلطَّاعَةِ مِنْ خُلْقِ ٱلْأَنْبِيَآءِ،

طَالَ عُمْرُ مَنْ قَصُرَ تَعَبُهُ،

طَلَبُ ٱلْأَدَبِ أَوْلَي مِنْ طَلَبِ ٱلذَّهَبِ،

طِرْ مَعَ ٱلْأَشْكَالِ،

طَالَ حُزْنُ مَنْ قَصُرَ رَجَآؤُهُ،

طَاعَةُ ٱلْعَدُوِّ هَلَاكٌ طَاعَةُ ٱللّٰهِ غَنِيمَةٌ،

طُوبَي لِمَنْ لَا أَهْلَ لَهُ،

أَلظَّآءُ

ظُلْمُ ٱلْمَرْءِ يَصْرَعُهُ،

ظُلْمُ ٱلْمُلُوكِ أَوْلَي مِنْ دِلَالِ ٱلرَّعِيَّةِ،

ظَلَامَةُ ٱلْمَظْلُومِ لَا تُضِيعُ،

ظُلْمُ ٱلظَّالِمِ يَقُودُهُ إِلَي ٱلْهَلَاكِ،

S. 148. in Cod. P. deeſt. S. 150. Loco خُلْقِ Cod. P. l. خِلَعِ quæ lectio omnino præferenda mihi videtur. Verte igitur: *Longa vita cum obſequio Dei honorifica eſt Prophetarum prærogativa.* خِلَعٌ nempe eſt plur. rē خِلْعَةٌ *Veſtis quæ donatur honoris ergo.* S. 152. deeſt in Edit. S. 154. Pro قَصُرَ Edit. l. كَثُرَ. In margine Cod. L.

FA.

Felix qui confidit Deo.

Beatus ille qui cum ſanitate victu ſuo fruitur.

Longa vita cum obſequio *Dei* de inſitis Prophetarum dotibus.

Protrahitur vita ejus, cujus abbreviatur labor.

Studium eruditionis præſtat ſtudio auri.

Fuge res confuſas *et tricis plenas.*

Mœror ejus protrahitur, cujus ſpes abſcinditur, vel *diminuitur.*

Obſequium hoſtis exitium, at obſequium Dei præda.

Beatus ille cui non eſt familia.

DA.

Injuſtitia viri proſternit eum.

Regum tyrannis plebis præſtat imperio.

Oppreſſio oppreſſi non irrita erit.

Injuſtia tyranni eum ad interitum ducet.

ſcribitur etiam كَثُرَ, quam lectionem ſi ſequamur, verſio erit: *Mœror ejus protrahitur, cujus multiplicatur metus.* رجاء enim non ſolum *ſpem*, ſed etiam *metum* denotat. S. 155. Loco طاعة الله Edit. habet وطاعة الله cum و præfixo. Cod. vero P. tres ultimas voces ut aliam ſententiam exhibet. S. 156. deeſt in Edit. S. 158. 159. et 160. in Edit. deſunt.

ظَمَآءُ ٱلْمَالِ أَشَدُّ مِنْ ظَمَآءِ ٱلْمَآءِ،
ظِلُّ ٱلسُّلْطَانِ كَظِلِّ ٱللَّهِ،
ظَلَّ عُمْرُ ٱلظَّالِمِ قَصِيرًا وَظِلُّ عُمْرِ ٱلْكَرِيمِ فَسِيحٌ،
ظُلْمَةُ ٱلظُّلْمِ تُظْلِمُ ٱلْإِيمَانَ،
ظِلُّ ٱلْأَعْرَجِ أَعْوَجُ،

ٱلْعَيْنُ

عِشْ قَنِعًا تَكُنْ مَلِكًا،
عَيْبُ ٱلْكَلَامِ تَطْوِيلُهُ،
عَاقِبَةُ ٱلظَّالِمِ وَخِيمَةٌ،
عُلُوُّ ٱلْهِمَّةِ مِنَ ٱلْإِيمَانِ،
عَدُوٌّ عَاقِلٌ خَيْرٌ مِنْ صَدِيقٍ جَاهِلٍ
عُسْرُ ٱلْمَرْءِ مُقَدِّمُ ٱلْيُسْرِ،
عَلَيْكَ بِٱلْحِفْظِ دِيوَانَ ٱلْجَمْعِ فِي كُتُبٍ،

S. 161. in Cod. P. deeſt. Et pro ظَمَآءُ Edit. l. ظِمَآءُ. S. 163. Cod. P. poſterius membrum ut aliam ſententiam exhibet, h. m. ظلّ الكريم فسيح, omiſſa voce عمر in hoc membro. Pocock. vero in not. ad Carm. Tograi, p. 173, utrumque membrum conjungit h. m. ظِلُّ عُمْرِ ٱلظَّالِمِ قَصِيرٌ وَظِلُّ عُمْرِ ٱلْكَرِيمِ فَسِيحٌ. S. 165. Pro الاعرج Cod. P. l. الاعوج quod eodem redit. S. 166. Edit. l. قانعا et poſt hanc ſententiam ſequuntur duæ aliæ, quas Codices L. et P. omittunt عدوك بين جنبيك *hoſtis tuus inter latera tua.* Et عار الفقر اهون من عار الغنى *Ignominia paupertatis levior eſt ig-*

Sitis opum vehementior ſiti aquæ.

Sultani umbra eſt inſtar umbræ Dei.

Duratio vitæ tyranni brevis *eſt*; at duratio vitæ generoſi ampla *eſt*.

Tenebræ iniquitatis obſcurant fidem.

Umbra claudi curva.

AIN.

Vive contentus, rex eris.

Sermonis vitium prolixitas ejus.

Finis tyranni gravis admodum eſt.

Nobilitas animi oritur ex religione.

Inimicus ſapiens præſtat amico ſtulto.

Fortuna hominis adverſa præcedit proſperam.

Tuum eſt memorem eſſe rationarium eſſe generale inter libros *Dei*.

---

nominia divitiarum. S. 167. 168. et 169. in Edit. deſunt. Et pro الهِمَّة in S. 169. Cod. P. l. الهِمَم. S. 171. Cod. P. عسر — متقدّم. Hic loci in Edit. inſeritur hæc ſententia, quæ in Cod. P. etiam deeſt. عَجِبتُ مِمَّن رجا فلم يعمل ومِمَّن خاف فلم يكفّ. *Miror eſſe, qui ſperent, nec tamen operentur; et eſſe qui timeant, nec tamen abſtineant a malis*. S. 172. 173. et 174. in Edit. omittuntur. S. 172. ديوان الجمع في كتب Ita, ni fallor, legendum puto non ſolum pro &c. دوان لجمع prout Cod. L. habet, ſed et pro دون الجمع من كتب uti Cod. P. legit.

عُقُوبَةُ ٱلظَّالِمِ سُرْعَةُ ٱلْمَوْتِ،
عَقِيبُ كُلِّ لَيْلٍ يَوْمٌ،

ٱلْغَيْنُ

غَنِمَ مَنْ سَلِمَ،
غَلَا قَدْرُ ٱلْمُتَوَكِّلِينَ،
غَمْرَةُ ٱلْمَوْتِ أَهْوَنُ مِنْ مُجَالَسَةِ مَنْ لَا يَهْوِيهِ قَلْبُكَ،
غُلَامٌ عَاقِلٌ خَيْرٌ مِنْ شَيْخٍ جَاهِلٍ،
غَابَ حَظُّ مَنْ غَابَ نَفْسُهُ،
غَلَا قَدْرُ ٱلْمُتَّقِينَ،
غَدَرَكَ مَنْ دَلَّكَ عَلَى ٱلْإِسَاءَةِ،
غَشَّكَ مَنْ أَسْخَطَكَ بِٱلْبَاطِلِ،
غَضَبُكَ عَنِ ٱلْحَقِّ مُثْبِجَةٌ،
غَنِيمَةُ ٱلْمُؤْمِنِ وِجْدَانُ ٱلْحِكْمَةِ،

ٱلْفَاءُ

فَازَ مَنْ ظَفَرَ بِٱلدِّينِ،
فَخْرُ ٱلْمَرْءِ بِفَضْلِهِ أَوْلَى مِنْ فَخْرِهِ بِأَصْلِهِ،

S. 172. In Edit. hæc ſententia cum ea, quæ N. 180. occurrit, ut una eademque ſententia conjungitur h. m. عَلَى قدر المتقين والمتوكلين. S. 177. Edit. l. غَمَرَةُ et pro يهويه Cod. P. l. يهوان. S. 178. deeſt in Edit. S. 181. deeſt etiam in

Tyranni pœna ſubitanea mors.

Cuique nocti ſuccedit dies.

GAIN.

Prædam opimam habet, qui ſanus eſt.

Pretioſa eſt dignitas Deo confidentium.

Mortem ſubire facilius eſt, quam familiariter converſari cum eo, quem non amas.

Juvenis ſapiens præſtat ſeni ſtulto.

Caret felicitate, qui caret mente.

Pretioſa eſt dignitas Deo addictorum.

Prodit te, qui te ad malefacta ducit.

Te decipit, qui te ad iram provocat ſine cauſa.

Ira tua ſine juſta cauſa turpis eſt.

Reperiſſe ſapientiam opima eſt hominis pii præda.

FE.

Salvus evaſit, qui victor eſt in religione.

Præſtat gloriari virtute quam ſtirpe.

Edit. et pro غدرك من دلّك Cod. P. l. غدرك منّ دلّ omiſſo ك. S. 182. Cod. P. l. عشّك. S. 184. Cod. L. mendoſe l. حكمة, ſed legendum procul dubio الحكمة cum articulo ال. In Edit. vero hæc ſententia omittitur. S. 185. et 186. in Edit. omittuntur.

فَازَ مَنْ سَلِمَ مِنْ شَرِّ نَفْسِهِ،
فِعْلُ ٱلْمَرْءِ يَدُلُّ عَلَى أَصْلِهِ،
فَلِجَكَ عَنْ خَصْمِكَ فِي ٱلِاحْتِمَالِ،
فَرْعُ ٱلشَّيْءِ يُخْبِرُ عَنْ أَصْلِهِ،
فِكَاكُ ٱلْمَرْءِ فِي ٱلصِّدْقِ،
فِي كُلِّ قَلْبٍ شُغْلٌ،
فَسَدَتْ نِعْمَةُ مَنْ كَفَرَهَا،

ٱلْقَافُ

قَوْلُ ٱلْمَرْءِ يُخْبِرُ عَمَّا فِي قَلْبِهِ،
قَبُولُ ٱلْحَقِّ مِنَ ٱلدِّينِ،
قُوَّةُ ٱلْقَلْبِ مِنْ صِحَّةِ ٱلْإِيمَانِ،
قَاتِلُ ٱلْحَرِيصِ حِرْصُهُ،
قَدِّرْ فِي ٱلْعَمَلِ تَنْجُ مِنَ ٱلزَّلَلِ،
قِيمَةُ ٱلْمَرْءِ مَا يُحْسِنُهُ،
قَرِينُ ٱلْمَرْءِ دَلِيلُ دِينِهِ،

S. 188. Pro فِعْلَ Cod. P. l. فِطْنَةُ *perſpicacia*. S. 189. Pro عَنْ Cod. P. l. عَلَى. S. 190. et 191. in Edit. deſunt. S. 194. deeſt in Edit. عمّا. Ita bene l. Cod. P. pro كمّا uti in Cod. L. mendoſe ſcribitur. S. 195. Loco قبول Cod. P. l. قول. S. 196. deeſt in Edit. S. 197. الحريص ita procul dubio legendum cum Cod. P.

Salvus evaſit, qui immunis factus eſt a pravitate animæ.

Ex actionibus hominis cognoſcitur, quo loco natus eſt.

Tolerantia vinces adverſarium.

Rei ramus indicat ſtirpem ejus.

Hominis liberatio in veracitate *ſita eſt.*

Quolibet in corde ſollicitudo.

Præſtitum ingrato beneficium perditur.

KAF.

Sermo viri, quid ſit in ejus corde, palam facit.

Veritatem admittere vel *eloqui* pars religionis eſt.

Robur cordis ex fidei ſanitate.

Avidum enecat ſua aviditas.

Prudenter dirige negotia tua, immunis eris a lapſu.

Prætium viri *conſtituunt* bonæ ejus actiones.

Socius hominis indicat ejus religionem.

---

et Edit. pro corrupto الحرص uti Cod. L. legit, quod vitium in margine hujus MS. etiam corrigitur in الحريص. S. 198. في العمل ita bene Cod. P. vel potius في عملك fine artic. ال uti Edit. l. pro في العملك uti in Cod. L. vitioſe ſcribitur. S. 200. et 201. deſunt in Edit.

قُرْبُ ٱلْأَشْرَارِ مَضَرَّةٌ،
قَسْوَةُ ٱلْقَلْبِ مِنَ ٱلشِّبَعِ،

ٱلْكَافُ

كَلَامُ ٱللَّهِ دَوَآءُ ٱلْقَلْبِ،
كَافِرٌ سَخِيٌّ أَرْجَى فِي ٱلْجَنَّةِ مِنْ مُسْلِمٍ شَحِيحٍ،
كُفْرَانُ ٱلنِّعْمَةِ مُزِيلُهَا،
كَفَى بِٱلشَّيْبِ دَآءً،
كَفَى لِلْحَسُودِ حَسَدُهُ،
كَمَالُ ٱلْعِلْمِ فِي ٱلْحِلْمِ،
كَفَاكَ هَمًّا عِلْمُكَ بِٱلْمَوْتِ،
كَمَالُ ٱلْجُودِ ٱلْاِعْتِذَارُ،
كَفَاكَ مِنْ عُيُوبِ ٱلدُّنْيَا أَنْ لَا تَبْقَى مَعَهُ،
كَفَى بِٱلشَّيْبِ نَاعِيًا،

ٱللَّامُ

لَيِّنُ ٱلْكَلَامِ قَيْدُ ٱلْقُلُوبِ،

S. 202. Cod. P. hic inſerit hanc ſent. قَدْرُ ٱلْمَرْءِ مَا يَهِمُّهُ *Pretium viri quantum animi habet.* S. 204. et 205. in Edit. deſunt. S. 106. Loco كَفَى Edit. l. كَفَا. S. 208. Sententia hæc in margine Cod. P. adſcripta eſt. S. 209. et 210. in Edit.

Improborum conſortium damnum eſt.

Satietas (*divitiæ*) durum reddit animum.

KEF.

Verbum Dei medicina cordis.

Infidelis liberalis Paradiſum magis ſperet, quam Muhammedanus avarus.

Ingratum eſſe erga beneficum perdit beneficium.

Senectus ipſa morborum ſatis.

Invidia invido malorum ſatis.

Perfectio ſcientiæ in manſuetudine.

Pro *omni* cura tibi ſufficit, quod ſcias moriendum eſſe.

Liberalitatis perfectio deprecatio ejus meriti *eſt*.

Sufficit tibi ex vitiis mundi, quod non permanſurus ſis cum eo.

Canities certiſſimus mortis nuntius.

LAM.

Lenitas ſermonis vinculum cordium.

---

deſunt, et pro الاعتذار Cod. P. معه الاعتذار. S. 211. Hanc ſent. Cod. P. ſic exhibet كفاك من عيوب لا تبقي الدنيا ſufficit tibi ex vitiis, *quod non maneat mundus*. In Edit. vero convenit cum ea, quæ in Cod. L. eſt, hac ſolummodo differentia, quod pro معه تبقي legatur تبقِي omiſſo معه. S. 212. et 213. in Edit deſunt.

لَيِّنْ قَلْبَكَ تُحْبَبْ،
لَيْسَ ٱلشَّيْبُ بِٱلْعُمْرِ،
لَيْسَ لِلْحَسُودِ رَاحَةٌ،
لَيْسَ لِسُلْطَانِ ٱلْعِلْمِ زَوَالٌ،
لِكُلِّ عَدَاوَةٍ مَصْلَحَةٌ إِلَّا لِعَدَاوَةِ ٱلْحَسُودِ،
لَوْ رَأَى ٱلْعَبْدُ ٱلْأَجَلَ وَمَرُورَهُ لَأَبْغَضَ ٱلْعَمَلَ وَغُرُورَهُ،
أَلِيمٌ
مَنْ عَلَتْ هِمَّتُهُ طَالَ هُمُومُهُ
مَنْ كَثُرَ كَلَامُهُ كَثُرَ مَلَامَهُ،
مَشْرَبُ ٱلْعَذَبِ مُزْدَحَمٌ،
مَجْلِسُ ٱلْعِلْمِ رَوْضَةٌ مِنْ رِيَاضِ ٱلْجَنَّةِ،
مُهْلِكَةُ ٱلْمَرْءِ حِدَّةُ طَبْعِهِ،
مُصَاحَبَةُ ٱلْأَشْرَارِ رُكُوبُ ٱلْبَحْرِ،
مَا نَدِمَ مَنْ سَكَتَ،
مَجَالِسُ ٱلْكِرَامِ حُصُونُ ٱلْكَلَامِ،

S. 214. Pro قَلْبَكَ Cod. P. l. قَوْلَكَ. S. 215. deeſt in Edit. et pro بِالعُمرِ Cod. P. l. لَيْسَ الشهرة مِنَ الرعونةِ من العمر. S. 216. deeſt in Edit. S. 217. Cod. P. hic inferit *Bona fama non eſt ex ſui jactantia.* S. 218. Loco مَصْلَحَةٌ Cod. P. l. مَصْلِحَتُهُ.

Mitem præbe animum tuum, amaberis.

Canities vitæ nomen non meretur.

Invido non eſt quies.

Imperium ſcientiæ deficiet nunquam.

Quælibet inimicitia conciliari poteſt præter inimicitiam invidi.

Si homo videret vitæ terminum, et quam cito attingatur, ſane odio haberet opes et ludibria earum.

MIM.

Qui magnas res animo molitur, longæ ſunt ejus ſollicitudines.

Cujus ſermo multus eſt, multa eſt eum reprehendendi occaſio.

Aquatorium dulce maxime frequentari ſolet.

Confeſſus ſcientiæ hortus eſt inſtar Paradiſi.

Vehementia indolis hominem perdit.

Improborum ſocietas *eſt* navigatio per mare.

Eum non pœnitet, qui tacet.

Confeſſus ingenuorum munimenta *ſunt* ſermonis.

S. 219. omittitur in Cod. P. S. 220. عَلَتْ هِمَّتُهُ. Sic legere malim pro عَلَّتْ هِمَّتُهُ in Cod. L. Cod. P. et Edit. etiam l. عَلَتْ, et pro طَالَ Cod. P. exhibet طَوَّلَ. S. 221. deeſt in Edit. S. 223. In Cod. P. من رياض omittuntur. S. 224. deeſt in Edit. S. 226. itidem deeſt. S. 227. Pro مجالس Cod. P. l. مجلس et pro حصون l. حصول.

مَنْقَبَةُ ٱلْمَرْءِ تَحْتَ لِسَانِهِ،
مُجَالَسَةُ ٱلْأَحْدَاثِ مُفْسِدَةُ ٱلدِّينِ،

ٱلنُّونُ

نُورُ ٱلْمُؤْمِنِ قِيَامُ ٱللَّيْلِ،
نِسْيَانُ ٱلْهَوْتِ صَدَأُ ٱلْقَلْبِ،
نَوِّرْ قَبْرَكَ بِٱلصَّلَاةِ فِي ٱلظُّلَمِ،
نَعِيتَ إِلَيَّ نَفْسَكَ حِيْنَ شَابَ رَأْسُكَ،
نُمْ آمِنًا تَكُنْ فِي أَمْهَدِ ٱلْفُرُشِ،
نَيْلُ ٱلْمُنَى فِي ٱلْغِنَى،
نَارُ ٱلْغُرْقَةِ أَحَرُّ مِنْ نَارِ جَهَنَّمَ،
نُورُ شَيْبِكَ لَا تُظْلِمْهُ بِٱلْمَعْصِيَةِ،
نَضَرَةُ وَجْهِ ٱلْمُؤْمِنِ فِي ٱلتُّقَى،
نَضَرَةُ ٱلْوَجْهِ فِي ٱلصِّدْقِ،

ٱلْوَاوُ

وَضْعُ ٱلْإِحْسَانِ فِي غَيْرِ مَوْضِعِهِ ظُلْمٌ،

S. 228. مَنْقِبَةٌ. Ita etiam legunt Cod. P. et Edit. sed malim legere مَنْقَبَةٌ. S. 229. et 230. in Edit. desunt. S. 232. et 233. itidem desunt in Edit. Et in S. 232. loco ٱلظُّلْمِ Cod. P. l. ٱلظَّلَمِ. Et in S. 233. Cod. P. pro نَعِيتَ l. نُعِيَتْ.

Virtus viri ſub ejus lingua.

Conſeſſus juvenum (ſcil. *vana narrantium*) corrumpit religionem.

NUN.

Lumen hominis pii de noctu ſurgere.

Oblivio mortis rubigo cordis.

Illumina ſepulcrum tuum precibus nocturnis.

Annuntia tibimet ipſe mortem, quando incaneſcit caput tuum.

Dormi ſecurus, cubabis in lecto molliſſimo.

Votorum ſumma eſt animus ſua ſorte contentus.

Ignis factionum igne inferni ardentior.

Lumen canitiei tuæ rebellione ne obſcures.

Cultus Dei colluſtrat faciem hominis pii.

Veracitas colluſtrat vultum (*exhilarat frontem*).

VAW.

Collocare beneficia in loco alieno *eſt* ipſa improbitas.

S. 234. الغَرْش. Ita recte Cod. L. et P. legunt pro corrupto الغُرُس uti Edit. l. S. 235. et 236. in Edit. deſunt. نَبْل ita lego pro mendoſo نَبِل. Et pro الغُرْقَة Cod. P. l. الحُرْقَة. S. 237. Pro نور شبيك Cod. P. l. نُورَ مَشْبِيكَ. S. 238. Cod. P. et Edit. hanc ſent. omittunt. S. 239. Edit. male l. الوَجد loco الوَجْه.

وِزْرُ صَدَقَةِ ٱلْبَنَانِ أَكْثَرُ مِنْ أَجْرِهِ،
وِلَايَةُ ٱلْأَحْمَقِ سَرِيعُ ٱلزَّوَالِ،
وَيْلٌ لِمَنْ سَاءَ خُلْقُهُ وَقُبِحَ خَلْقُهُ،
وَحْدَةُ ٱلْمَرْءِ خَيْرٌ مِنْ جَلِيسِ ٱلسُّوءِ،
وَأْسَاكَ مَنْ تَغَافَلَ عَنْكَ،
وَلَاكَ مَنْ لَمْ يُعَادِكَ،
وَيْلٌ لِلْحَسُودِ مِنْ حَسَدِهِ،
وَلِيُّ ٱلطِّفْلِ مَرْزُوقٌ،

ٱلْهَاءُ

هُمُومُ ٱلْمَرْءِ بِقَدْرِ هِمَمِهِ،
هَيْهَاتَ مِنْ نَصِيحَةِ ٱلْعَدُوِّ،
هَمُّ ٱلسَّعِيدِ آخِرَتُهُ وَهَمُّ ٱلشَّقِيِّ دُنْيَاهُ،
هَلَاكُ ٱلْمَرْءِ فِي ٱلْعُجْبِ،
هَرَبُكَ مِنْ نَفْسِكَ أَنْفَعُ مِنْ هَرَبِكَ مِنَ ٱلْأَسَدِ،
هَامَةُ ٱلْمَرْءِ هِمَّتُهُ،
هَشَمَ ٱلثَّرِيدَ غَيْرُ آكِلِهِ،

S. 241. et 242. in Edit. defunt. S. 243. Pro وَقُبِحَ Cod. P. et Edit. l. وَقَبُحَ. S. 244. Loco السُّوءُ Cod. P. l. السَّوءُ. In Edit. vero hæc et feq. ſent. 245. defunt. Pro وَأْسَاكَ Cod. P. exhibet وَأَسَاكَ. S. 247. deeſt in Edit. et in Cod. P. S. 248.

Beneficia Dei ponderoſiora ſunt, quam merces ejus.

Stulti imperium (vel *amicitia* ſive *auxilium*) cito evaneſcit.

Væ illi cujus indoles mala et forma fœda *eſt*.

Præſtat ſolum eſſe, quam converſari cum malo.

Etiam te male tractat, qui te negligit.

Amicus tuus eſt, qui tibi non adverſatur.

Væ invido ab invidia ſua.

Qui infanti proſpicit, *a Deo* ſuſtentatur *largiter*.

HE.

Sollicitudines viri ſunt pro ratione negotiorum ejus.

Cave ab inimici conſilio.

Fortunatum angit vita futura, miſerum angit hic mundus, *in quo degit*.

Philautia perdit hominem.

Utilius eſt te ipſum fugere, quam leonem.

Cupido viri anguis eſt *in ſinu ejus*.

Cibum præparavit, nec tamen ipſe comedit.

Cod. P. hic inſerit hanc ſent. ويل لمن وتر الاحرار *Væ illi qui odio habet liberos homines*. S. 249. بقدر. Sic legendum ſine affixo ꝛ quod in MS. additur. S. 250. Loco هيهات Edit. corrupte l. هيهات quæ vox nihili eſt. S. 251. et 252. in Cod. P. omittuntur. S. 253—257. in Edit. deſunt.

هَلَكَ ٱلْحَرِيصُ وَهُو لَا يَعْلَمُ،
هِمَّةُ ٱلْمَرْءِ قِيمَتُهُ،
هَاتِ مَا عِنْدَكَ تُعْرَفْ بِهِ،

ٱلْأَلِفُ وَٱللَّامُ

لَا دِينَ لِمَنْ لَا مُرُوَّةَ لَهُ،
لَا فَقْرَ لِلْعَاقِلِ،
لَا كَرَامَةَ لِلْكَاذِبِ،
لَا رَاحَةَ لِلْحَسُودِ،
لَا غَمَّ لِلْقَانِعِ،
لَا حُرْمَةَ لِلْفَاسِقِ،
لَا وَفَا لِلْمَرْءَةِ،
لَا قَذَفَ لِلْفَاحِشِ
لَا إِيمَانَ لِمَنْ لَا أَيْمَانَ لَهُ،
لَا غِنَى لِمَنْ لَا فَضْلَ لَهُ،

ٱلْيَاءُ

يَأْتِيكَ مَا قُدِّرَ لَكَ،

S. 258. Pro عندك Edit. l. فيك et in Cod. P. duæ ultimæ voces desunt. S. 259. deest in Edit. S. 262—265. in Edit. desunt. S. 264. in Cod. P. etiam deest. S. 265. Pro وَفَا Cod. P. l. وَفَاءَ. S. 266. قَذَفَ. Ita quoque Edit. l. sed Cod. P. ex-

Perit avidus, nec ipſe novit.

Conſilia viri ejus pretium conſtituunt.

Profer quod penes te eſt, ut inde noſcaris.

LAM-ELIPH.

Non eſt religio, cui non eſt virtus maſcula.

Non eſt paupertas ſapienti.

Non eſt generoſitas mendaci.

Nulla quies invido.

Nullus mœror contento ſorte ſua.

Nihil inviolabile eſt improbo.

Nulla fides mulieri.

Nulla excellentia impudico.

Non eſt fides habenda ei, qui jusjurandum non ſervat.

Qui virtute caret, non eſt dives.

JE.

Tibi eveniet, quod tibi decretum eſt.

---

hibet تَذَفَّ quod *convitium* notat. Verum, ni fallor, præſtat legere تقدم pp. *pes* ſcil. *anterioritas* et h. *meritum, excellentia*. S. 267. deeſt in Edit. S. 268. Cod. P. l. غِنَا. S. 269. deeſt in Edit. et لك in fine omittitur in Cod. P.

يَعْمَلُ ٱلْنَّمَّامُ فِي سَاعَةٍ فِتْنَةَ أَشْهُرٍ، 270
يَزِيدُ ٱلصَّدَقَةُ فِي ٱلْعُمْرِ،
يَطْلُبُكَ ٱلرِّزْقُ كَمَا تَطْلُبُهُ،
يَأْمَنُ ٱلْخَايِفُ إِذَا وَصَلَ إِلَي مَا خَافَهُ،
يَصِيرُ ٱلْأُمُورُ لِلصَّبُورِ إِلَي مُرَادِهِ،
يَبْلُغُ ٱلْمَرْءُ بِٱلصِّدْقِ إِلَي مَنَازِلِ ٱلْكِبَارِ، 275
يَسُودُ ٱلْمَرْءُ قَوْمَهُ بِٱلْإِحْسَانِ إِلَيْهِمْ،
يَأْسُ ٱلْقَلْبِ رَاحَةُ ٱلنَّفْسِ
يَسْعَدُ ٱلرَّجُلُ بِصَاحِبَةِ ٱلسَّعِيدِ،

صَدَقَ وَلِيُّ ٱللَّهِ وَٱلسَّلَامُ وَٱلْحَمْدُ لِلَّهِ ٱلْمَلِكِ ٱلْعَلَّامِ خَالِقِ ٱلضِّيَآءِ وَٱلظَّلَامِ وَٱلصَّلَوٰةُ عَلَي خَيْرِ ٱلْأَنَامِ ٱلْمَبْعُوثِ عَلَي ٱلْأَبْيَضِ وَٱلْأَسْوَدِ بِٱلرَّحْمَةِ وَٱلْكِرَامِ صَاحِبِ مُعْجِزَاتٍ مِنْ عِنْدِ ٱللَّهِ مُحَمَّدِ ٱلْمُصْطَفَي رَسُولِ ٱللَّهِ صَلَّي ٱللَّهُ عَلَيْهِ وَعَلَي آلِهِ ٱلطَّيِّبِينَ ٱلطَّاهِرِينَ،

تَمَّتْ بِعَوْنِ ٱللَّهِ وَحُسْنِ ٱلتَّوْفِيقِ،

S. 271. Pro يزيد Cod. P. l. تزيد. S. 272. deeſt in Edit. S. 273. إِلَي in Cod. P. omittitur. Ibid. Pro خافه in Edit. mendoſum خافة. S. 274—277. in Edit.

Obtrectator una horula diſcordiam facit per menſes multos duraturam.

Auget eleemoſyna vitam.

Victus te appetet, quemadmodum tu illum.

Securus eſt meticuloſus, cum pervenerit ad id, quod metuebat.

Succedunt negotia patienti ad votum ſuum.

Veracitate (ſinceritate) homo perveniet ad conditiones nobiliſſimas.

Dominium obtinebit vir in ſuos, ſi bene eos tractet.

Deſperatio quietem conciliat animo.

Homo beatus eſt in ſocietate beati.

Veriſſime ſuperiora dixit Vicarius Dei. Pax itaque ſit et laus Deo, Regi ſapientiſſimo, Creatori lucis et tenebrarum. Sit etiam benedictio ſuper præſtantiſſimo mortalium, qui miſſus eſt ad albos et nigros cum gratia et munificentia, miraculorum, virtute Dei, patratore Muhammede, electo Dei Apoſtolo. Propitius *denique* ſit Deus ipſi, familiæque ipſius, hominibus optimis, ſanctiſſimis.

Finitum eſt opuſculum cum auxilio Dei, optimoque ejus adjumento.

---

deſunt. S. 274. Pro الامور Cod. P. l. امر et pro مرادهِ l. المراد. S. 275. يبلغ ita recte l. Cod. P. pro corrupto يبلع uti Cod. L. habet. Ibid. Præpoſitio الى in Cod. P. omittitur.

COLLECTIO SECUNDA.

ٱلْمُخْتَارَاتُ

مِنْ كِتَابِ غُرَرِ ٱلْحِكَمِ وَدُرَرِ ٱلْكَلِمِ جَمَعَهُ عَبْدُ ٱلْوَحْدِ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱلْوَاحِدِ مِنْ كَلَامِ أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيِّ بْنِ أَبِي طَالِبٍ كَرَّمَ ٱللَّهُ وَجْهَهُ

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ،

قَالَ ٱلشَّيْخُ ٱلْإِمَامُ ٱلْأَجَلُّ ٱلسَّيِّدُ نَاصِرُ ٱلدِّينِ أَبُو ٱلْفَتْحِ عَبْدُ ٱلْوَاحِدِ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱلْوَاحِدِ رَحْمَةُ ٱللَّهِ عَلَيْهِ،

أَلْحَمْدُ لِلَّهِ ٱلَّذِي هَدَانَا بِتَوْفِيقِهِ إِلَى جَادَّةِ طَرِيقِهِ وَفَضَّلَنَا بِتَوْحِيدِهِ عَلَى كَافَّةِ عَبِيدِهِ،

أَحْمَدُهُ عَلَى نِعَمِهِ ٱلْغَرَادِي وَٱلتَّوَامِ، حَمْدًا تَقْصُرُ عَنْ حَدِّهِ ٱلْأَوْهَامُ، وَتَحْسِرُ عَنْ حَدِّهِ[a] ٱلْأَفْهَامُ،

---

[a] Forte leg. جَدِّهِ Conf. Gol. in جد Col. 473. ubi جدّ i. q. عظمة.

EXCERPTA

E LIBRO NOBILISSIMARUM SENTENTIARUM
DICTORUMQUE EGREGIORUM,

QUÆ

EX SERMONIBUS IMPERATORIS FIDELIUM

ALI EBN ABI TALEB,

GLORIOSÆ MEMORIÆ PRINCIPIS,

COLLEGIT

ABD'OLWAHD EBN MOHAMMED EBN ABD'OLWAHID.

IN NOMINE DEI MISERICORDISSIMI.

Dixit Doctor, Antiſtes illuſtriſſimus Dominus NAZIREDDIN ABUL'-FATHI ABD'OLWAHID, EBN MOHAMMED EBN ABD'OLWAHID, *cujus miſereatur Deus.*

LAUS Deo ſit, qui benigna ſua providentia nos duxit in regiam viam ſuam, cæteriſque mortalibus nos fecit præſtantiores, cum nos doceret de ſui unius cultu.

Laudo autem ipſum propter ſingularia et conduplicata ejus beneficia, laudatione ejuſmodi, a cujus termino aſſequendo deficiant ſenſus, cujuſque excellentiæ deſcribendæ inepta ſint mortalium ingenia.

وَأَشْهَدُ أَنَّ لَا اِلٰهَ اِلَّا ٱللّٰهُ وَحْدَهُ لَا شَرِيكَ لَهُ شَهَادَةَ مَنْ نَطَقَ بِٱلصِّدْقِ لِسَانُهُ، وَفَهَقَ بِٱلْحَقِّ جَنَانُهُ،

وَأَشْهَدُ أَنَّ مُحَمَّدًا عَبْدُهُ ٱلْمُخْتَارُ مِنَ ٱلْعِبَادِ، وَرَسُولُهُ ٱلدَّاعِي إِلَى سَبِيلِ ٱلرَّشَادِ، أَرْسَلَهُ وَٱلْأُمَمُ مُتَتَابِعَةٌ فِي ٱلْأَضَالِيلِ، فَعَرَّفَهَا ٱللّٰهُ سُبْحَانَهُ بِنَبِيِّهِ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ مَنَاهِجَ ٱلدِّينِ، وَأَوْضَحَ لَهَا مَدَارِجَ ٱلْيَقِينِ، حَتَّى ٱسْتَنَارَ ٱلْحَقُّ وَلَمَعَ، وَبَارَ ٱلْبَاطِلُ وَبَخَعَ،

صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَعَلَى آلِهِ ٱلْأَئِمَّةِ ٱلْأَطْهَارِ، وَأَهْلِ بَيْتِهِ ٱلْمُصْطَفِينَ ٱلْأَخْيَارِ، وَصَحَابَتِهِ ٱلْمُنْتَخَبِينَ ٱلْأَبْرَارِ، صَلَاةً لَا تَنْقَطِعُ [b] آنَاءَ ٱللَّيْلِ وَأَطْرَافَ ٱلنَّهَارِ،

وَبَعْدُ فَإِنَّ ٱلَّذِي حَدَانِي عَلَى تَخْصِيصِ فَوَايِدِ هٰذَا ٱلْكِتَابِ وَتَعْلِيقِهَا، وَجَمْعِ فَوَايِدِ كُلِّهِ وَتَنْمِيقِهَا، مَا ذَكَرَهُ أَبُو عُثْمَانَ ٱلْجَاحِظُ عَنْ نَفْسِهِ، وَعَدَّدَهُ وَزَبَرَهُ فِي طِرْسِهِ، مِنَ ٱلْهَايَةِ ٱلْحِكْمَةِ ٱلشَّارِدَةِ، عَنِ ٱلْأَسْمَاعِ ٱلْجَامِعَةِ لِأَنْوَاعِ ٱلِٱنْتِفَاعِ عَنْ أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ ٱلْإِمَامِ عَلِيِّ بْنِ أَبِي طَالِبٍ كَرَّمَ ٱللّٰهُ تَعَالَى وَجْهَهُ، فَقُلْتُ يَا ٱللّٰهُ ٱلْعَجَبُ مِنْ هٰذَا ٱلرَّجُلِ وَهُوَ عَلَامَةُ زَمَانِهِ، وَوَحِيدُ أَقْرَانِهِ، مَعَ تَقَدُّمِهِ فِي ٱلْعِلْمِ، وَتَسَنُّمِهِ ذُرْوَةَ

---

[b] Vid. Cor. S. xx. 130.

Teſtor non eſſe Deum, niſi Deum unicum, cui nullus eſt ſocius, *facioque id* teſtificatione hominis, cujus lingua loquatur recta, cujuſque intellectus redundet ipſa veritate.

Teſtor deinceps MUHAMMEDEM eſſe ſervum Dei, mortalium lectiſſimum, legatumque ejus vocantem *homines* ad viam rectam. Quem miſerit, cum gentes ſe invicem ſequebantur in erroribus. Per hunc certe Prophetam ſuum glorioſæ memoriæ cognoſcendas dedit Deus O. M. vias regias religionis, et illuſtres reddidit celſiſſimos cognitionis indubitatæ gradus: donec pleno die tandem effulgeret veritas, periretque mœrore confectum mendacium.

Huic igitur fauſtus ſit Deus, æternumque propitius, ut et genti ejus, antiſtitibus ſanctiſſimis, et familiæ ejus puriſſimis, optimis, et ſodalibus ejus lectiſſimis, candidiſſimis; faveatque benedictione ejuſmodi, quæ non intermittatur nocte concubia, extremitatibuſve lucis.

Hiſce præmiſſis, teſtor eum, qui inſtigavit me ad ſeparatim colligendos, ſuſpendendoſque fructus hujus libri, et congreganda elegantique calamo pingenda dicta utiliſſima, eodem comprehenſa, (qualia de ſe ipſo commemoravit ABU OTHSMAN ALGSAHIT, diſpoſuitque et conſignavit libro ſuo) *teſtor, inquam, Deum* ex furtiva obſervatione ſapientiæ fugientis ex hominum circulis collegiſſe me, quæ variis uſibus inſervirent *ſententias* relatas ad ALI EBN ABI TALEBI, fidelium imperatorem piæ memoriæ. Quibus *ſententiis* conſideratis, proh Deus! dixi, quantum in hoc viro elucet miraculum! Quam ſeculi ſui hicce eſt eruditiſſimus, et æqualium ſuorum facile princeps! Quem (cum in ſcientia omnes ſuperaſſet *anteriores*, et culmen ſapientiæ

ٱلْفَهْمِ، وَقُرْبِهِ مِنَ ٱلصَّدْرِ ٱلْأَوَّلِ وَضَرْبِهِ فِي ٱلْغَضْلِ، بِٱلْقِدْحِ ٱلْأَحْدَلِ[c]، وَٱلْقِسْطِ ٱلْأَجْزَلِ، كَيْفَ عَشِيَ عَنِ ٱلْبَدْرِ ٱلْمُنِيرِ، وَرَضِيَ مِنَ ٱلْكَثِيرِ بِٱلْيَسِيرِ، وَهَلْ ذَلِكَ إِلَّا بَعْضٌ مِنْ كُلٍّ، وَقُلٌّ مِنْ جُلٍّ، وَطَلٌّ مِنْ وَبْلٍ، وَأَنَا مَعَ كُسُوفِ ٱلْبَالِ، وَٱلْقُصُورِ عَنْ رُتْبَةِ ٱلْكَمَالِ، وَٱلِٱعْتِرَافِ بِٱلْعَجْزِ عَنْ إِدْرَاكِ ٱلْأَفَاضِلِ، مِنَ ٱلصُّدُورِ ٱلْأَوَايِلِ، وَقَصْرِي عَنِ ٱلْجَرْيِ فِي مَيْدَانِهِمْ وَنَقْصِ وَزْنِي عَنْ أَوْزَانِهِمْ[d]، جَمَعْتُ يَسِيرًا مِنْ قَصِيرٍ حَكَيْتُهُ، وَقَلِيلًا مِنْ خَطِيرٍ كَلَّفْتُهُ، تَخْرَسُ ٱلْبُلَغَاءُ عَنْ مُسَاجَلَتِهِ وَتُبْلِسُ ٱلْحُكَمَاءُ عَنْ مُشَاكَلَتِهِ، وَمَا أَنَا فِي ذَلِكَ إِلَّا كَٱلْمُغْتَرِفِ مِنَ ٱلْبَحْرِ بِكَفِّهِ، وَٱلْمُعْتَرِفِ بِٱلتَّقْصِيرِ وَإِنْ بَالَغَ فِي وَصْفِهِ، وَكَيْفَ لَا وَهُوَ ٱلشَّارِبُ مِنَ ٱلْيَنْبُوعِ ٱلْبَنَوِيِّ[e] وَٱلْحَاوِي بَيْنَ جَنْبَيْهِ ٱلْعِلْمَ ٱللَّاهُوتِيَّ، إِذْ يَقُولُ وَقَوْلُهُ ٱلْحَقُّ، وَكَلَامُهُ ٱلصِّدْقُ، عَلَى مَا أَدَّتْهُ إِلَيْنَا أَيِمَّةُ ٱلنَّقْلَةِ، إِنْ بَيْنَ جَنْبَيَّ لَعِلْمًا لَوَاصَبْتُ لَهُ جُمْلَةً، وَجَعَلْتُ أَسَانِيدَهُ مَحْذُوفَةً،

وَرَتَّبْتُ عَلَى حُرُوفِ ٱلْمُعْجَمِ حُرُوفَهُ، لِيَسْهُلَ حَفْظُهُ عَلَى قَارِبِهِ، وَيَحْلُولِي[h] لَفْظُهُ لِلنَّاظِرِ فِيهِ، وَٱلْمُقْتَبِسُ مِنْ لَأْلَئِهِ (مَعَ

---

[c] Forte leg. الافصلِ صوابه. [d] Conf. Dan. cap. v. 25. et Schult. ad Har. conf. ii. p.

occupaſſet, et in conſeſſibus virorum principum ad primum perveniſſet locum; immo in excellentia ſagitta feriret penetrantiſſima, et veritatis elibratiſſimæ factus fuiſſet particeps) *mirari imprimis debemus*, quo pacto a ſplendente luna (i. e. *metallo fulgidiſſimo*) fecerit ſeceſſionem, et, cum multis gaudere poſſet, parvo admodum contentus fuerit. Eſtne vero hæc mea aliud quam particula de toto? et exiguum quid de magno? et roratio de imbre? Ego autem etſi eclipſin pati ſoleat mens mea, et attingere haud valeam gradum perfectionis, ſponteque agnoſcam impotentiam, qua aſſequi nequeo viros principes, qui prima tenent loca; quippe qui longe retro maneam in curſu Hippodromi ipſorum, deficiente quoque meo pondere ipſorum inter pondera: pro tenuitate mea collegi parum de reconditis ſapientibus dictis ejus, exiguamque particulam de excellentibus ejus ſermonibus, *qui certe tales ſunt*, ut vel diſertiſſimi obmuteſcere cogantur, ubi hunc æmulari ſtudent, atque ad deſperationem perveniant ſapientiſſimi, quo minus ſeſe cum ipſo audeant comparare. Itaque facile me patiar hoc in negotio ſimillimum ei eſſe, qui aquam vola ſua hauriat de mari, ſuamque ipſe agnoſcat imbecillitatem, licet aliquo provectus forte fuerit in deſcriptione. Et qui quæſo aliter fieri potuit cum Ali ille, *cujus dicta collegimus*, de fonte biberit filiali, ipſamque ſcientiam divinam intra præcordia ſua complexus fuerit: adeo quidem, ut, cum loquatur, dicta ejus ſint ipſa veritas, et verba ejus juſtitia meraciſſima? quemadmodum tradiderunt nobis traditionis principes. Quod ſi vero mea intra præcordia quidquam eſt ſapientiæ ad hunc auctorem eandem retulerim univerſam, utpote *cujus allegationes* redegerim in compendium.

Diſpoſui autem eas ſecundum ordinem Alpha-Bethi Arabici, quo facilior accideret earundem memoriæ mandatio lectoribus, et ſuavior foret earum prolatio ſtudioſis *harum elegantiarum*. Quicumque igitur facem accendere cu-

---

47. [e] Vid. Gol. in قصيرة. [f] Legere malim النبوي de fonte *Prophetico*. [g] Vid. Schult. ad Har. conſ. iii. p. 125.

إِخْتِزَالِي أَكْثَرَهَا، خَشْيَةً مِنَ ٱلطُّوْلِ) مُكْتَفِيًا بِمَا فِيهِ ٱلشِّفَآءُ مِنَ ٱلْكَرْبِ، وَٱلْغِنَي لِذَوِي ٱلْعُقُولِ وَٱلْأَدَبِ،

وَأَسْمَيْتُهُ كِتَابَ غُرَرِ ٱلْحِكَمِ وَدُرَرِ ٱلْكَلِمِ رَاجِيًا مِنَ ٱللَّهِ سُبْحَانَهُ حُسْنَ ٱلثَّوَابِ، وَمُسْتَغِيدًا[i] بِهِ تَعَالَي مِنْ كُلِّ عَابٍ[k]، وَمَا تَوْفِيقِي إِلَّا بِٱللَّهِ عَلَيْهِ تَوَكَّلْتُ وَإِلَيْهِ مَتَابِي[l]،

حَرْفُ ٱلْأَلِفِ

أَلدِّينُ يَعْصِمُ، أَلدُّنْيَا تُسْلِمُ،

أَلْحَزْمُ بِضَاعَةٌ، أَلتَّوَانِي إِضَاعَةٌ،

أَلصِّيَانَةُ رَأْسُ ٱلْمُرُوءَةِ،

أَلْعُمْرُ أَنْفَاسٌ مُعَدَّدَةٌ،

أَلْحَقُّ سَيْفٌ قَاطِعٌ،

أَلْعُجْبُ عِنْوَانُ ٱلْحَمَاقَةِ،

أَلْحَسَدُ رَأْسُ ٱلْعُيُوبِ،

أَلتَّدْبِيرُ نِصْفُ ٱلْمَعُونَةِ،

أَللُّؤْمُ مَعْدِنُ ٱلشَّرِّ،

أَلْمَالُ مَادَّةُ ٱلشَّهَوَاتِ،

---

[h] Ibidem conf. v. p. 87. [i] Lege مُسْتَعِينًا. [k] Lege عَابٍ fine nunnatione.

pit de *auctoris mei* unionibus lucidiſſimis (quorum quidem quam plurimos ſepoſui metu prolixitatis nimiæ) *hunc rogo*, ut contentus ſit remedio, quod continetur in electis hiſce noſtris contra ægritudines, copiaque (*quæ in iis eſt*) ſufficienti præditis intelligentia et morum humanitate.

Inſcripſi autem eas, LIBRUM NOBILISSIMARUM SENTENTIARUM ET RADIANTIUM DICTORUM, ſperans a Deo O. M. præmium pulcherrimum opemque implorans a numine ejus celſiſſimo contra quaſvis calumnias. Neque enim ulla mihi ſpes eſt niſi in Deo. Super eo confido, et ad eum ſum rediturus.

LITERA ELIPH.

Religio firmum præſtat præſidium; mundus prodit.

Rei familiaris cura opum fundus; remiſſio dilapidatio *eſt*.

Fortitudinis caput continentia.

Vita hominum numerati *ſunt* halitus.

Gladius ſecans veritas *eſt*.

Sui ipſius admiratio ſtultitiæ index.

Vitiorum caput invidia.

Bona directio dimidium victus *eſt*.

Mali fodina avaritia.

Cupiditatum fomes divitiæ.

---

[1] Legendum videtur مَتَابٍ propter Rhythmum, qui præceſſit in voce ثَوَابٍ et عَابٍ pro عَابٍ.

ٱلْبَلَآءُ رَدِيفُ ٱلرَّخَآءِ

ٱلْقَلْبُ خَازِنُ ٱللِّسَانِ،

ٱلصَّمْتُ وَقَارٌ وَسَلَامَةٌ،

ٱلتَّجَوُّعُ أَنْفَعُ ٱلدَّوَآءِ، ٱلشِّبَعُ يَكْثِرُ ٱلدَّآءَ،

ٱلْمَرْءُ بْنُ سَاعَتِهِ،

ٱلْغَضَبُ نَارُ ٱلْقُلُوبِ،

ٱلْبَخِيلُ خَازِنُ وَرَثَتِهِ،

ٱلصِّدْقُ كَمَالُ ٱلنُّبْلِ،

ٱلْإِحْسَانُ يَسْتَرِقُّ ٱلْإِنْسَانَ،

ٱلْبَشَاشَةُ حِبَالُ ٱلْمَوَدَّةِ،

ٱلْإِرْتِقَآءُ إِلَى ٱلْفَضَائِلِ صَعْبٌ، ٱلْإِنْحِطَاطُ إِلَى ٱلرَّذَائِلِ سَهْلٌ،

ٱلسُّكُوتُ عَنِ ٱلْحَقِّ جَوَابُهُ،

ٱلْأُمُورُ ٱلْمُنَظَّمَةُ يُفْسِدُهَا ٱلْخِلَافُ،

ٱلْإِشْتِغَالُ بِٱلْغَايَاتِ تَضْيِيعُ ٱلْوَقْتِ،

ٱلدُّنْيَا كَيَوْمٍ مَضَى وَسَهَرٍ ٱنْقَضَى،

أَنْفَعُ ٱلْمَوَاعِظِ مَا رَدَعَ،

ٱلدِّينُ صَبْرٌ فِي ٱلْبَلَآءِ وَشُكْرٌ فِي ٱلرَّخَآءِ،

إِخْوَانُ ٱلدِّينِ أَبْغِي مَوَدَّةٍ،

ٱلدُّنْيَا سَمٌّ أَكَلَهُ مَنْ لَا يَعْرِفُهُ،

Poſt fortunam ſecundam ſedet adverſa.

Linguæ theſaurarius cor.

Taciturnitas gravitatem *conciliat* et ſalutem.

Medicamentum utiliſſimum inedia; ſatietas multiplicat morbos.

Horæ ſuæ filius homo *eſt.*

Cordium ignis ira.

Hæredum ſuorum theſaurarius avarus.

Præſtantiæ complementum veracitas.

Beneficia homines mancipant.

Frons hilaris arctum amoris vinculum.

Adſcenſus ad virtutes præclaras difficilis eſt; deſcenſus ad vitia facilis.

Reſpondes ſtulto ſi ſileas.

Res bene ordinatas perdit rebellio.

Occupatio in eo quod elapſum eſt, diſpendium temporis *eſt.*

Mundus eſt inſtar diei, qui præteriit, et vigiliæ, quæ finitur.

Utiliſſimæ monitiones *ſunt,* quæ caſtigant.

Religio *eſt* patientia in adverſis, et gratiarum actio in proſperis.

Fraternitas in religione amicitia *eſt* conſtantiſſima.

Mundus eſt venenum, quod comedit, qui eum ignorat.

ٱلْغِنَى فِي ٱلْغُرْبَةِ وَطَنٌ ، ٱلْفَقْرُ فِي ٱلْوَطَنِ غُرْبَةٌ ؛
ٱلْمَالُ يُوسِعُ ٱلْآمَالَ وَيُفْسِدُ ٱلْأَعْمَالَ ،
إِمَامٌ عَادِلٌ خَيْرٌ مِنْ مَطَرٍ وَابِلٍ ،
ٱلْمُحْسِنُ حَيٌّ وَإِنْ نُقِلَ إِلَى مَنَازِلِ ٱلْأَمْوَاتِ ،
ٱلْمَعْرُوفُ كَنْزٌ فَانْظُرْ عِنْدَ مَنْ تُودِعُهُ ،
ٱلشَّرِكَةُ فِي ٱلْمِلْكِ تُؤَدِّي إِلَى ٱلْإِضْطِرَابِ ، ٱلشَّرِكَةُ فِي ٱلرَّأْيِ تُؤَدِّي إِلَى ٱلصَّوَابِ ؛
ٱلْجَزَمُ عِنْدَ ٱلْمُصِيبَةِ أَشَدُّ مِنَ ٱلْمُصِيبَةِ ،
إِخْوَانُ ٱلدُّنْيَا تَنْقَطِعُ مَوَدَّتُهُمْ لِانْقِطَاعِ أَسْبَابِهَا ،
ٱلْعَاقِلُ إِذَا سَكَتَ فَكَرَ وَإِذَا نَطَقَ ذَكَرَ وَإِذَا نَظَرَ ٱعْتَبَرَ ،
ٱلدَّاعِي بِلَا عَمَلٍ كَٱلْقَوْسِ بِلَا وَتَرٍ ،
ٱلْحِكْمَةُ ضَالَّةُ كُلِّ مُؤْمِنٍ فَخُذُوهَا وَلَوْ مِنْ أَفْوَاهِ ٱلْمُنَافِقِينَ ،
ٱلْحَسَدُ دَاءٌ عَيَاءٌ لَا يَزُولُ إِلَّا بِهَلَكِ ٱلْحَاسِدِ أَوْ مَوْتِ ٱلْمَحْسُودِ ،
ٱلْأَمَلُ كَٱلسَّرَابِ يَغُرُّ مَنْ رَآهُ وَيُخْلِفُ مَنْ رَجَاهُ ،
ٱلصَّدِيقُ ٱلصَّدُوقُ مَنْ نَصَحَكَ فِي غَيْبِكَ وَآثَرَكَ عَلَى نَفْسِهِ ،
إِعْجَابُ ٱلرَّجُلِ بِنَفْسِهِ عُنْوَانُ ضَعْفِ عَقْلِهِ ،
إِيَّاكَ وَحُبَّ ٱلدُّنْيَا فَإِنَّهَا رَأْسُ كُلِّ خَطِيئَةٍ وَمَعْدِنُ كُلِّ بَلِيَّةٍ ،
إِيَّاكَ وَصَاحِبَ ٱلسَّوْءِ فَإِنَّهُ كَٱلسَّيْفِ ٱلْمَسْلُولِ عَلَى مَصَاحِبِهِ ،
إِيَّاكَ وَٱلْحَسَدَ فَإِنَّهُ يُوتِرُ فِيكَ وَلَا يُوتِرُ فِي عَدُوِّكَ ،

Divitiæ in terra peregrina præſtant patriam; paupertas *vero* in patria eam reddit peregrinam.

Divitiæ dilatant cupiditates, et corrumpunt opera.

Imperator juſtus melior eſt pluvia copioſa.

Beneficus vivus eſt, etiamſi tranſlatus ſit ad manſiones mortuorum.

Beneficium theſaurus eſt, ſed attende apud quem illum depones.

Conſortium in regno ducit ad perturbationem; conſortium *vero* in conſilio ducit ad operis rectitudinem.

Impatientia in adverſis pejor eſt afflictione ipſa.

Apud homines mundanos ipſa mox amicitia reſcinditur, ubi reſciſſæ ſunt ejus cauſæ.

Sapiens, cum ſilet, attente cogitat; cum *vero* loquitur, recordatur; et cum videt, exemplum capit.

Qui orat, nec laborat, inſtar arcus eſt ſine nervo.

Sapientia eſt animal errabundum cujuſvis fidelis; captate igitur eam, etiamſi ex ore hypocritarum prodeat.

Invidia morbus eſt incurabilis; non ceſſat niſi cum exitio invidi, aut morte ejus, cui invidetur.

Spes eſt inſtar vaporis meridiani camporum, qui decipit intuentem, et fallit ſperantem.

Amicus ſincerus eſt, qui te de vitiis tuis admonet, et te ſibi præfert ipſi.

Stolidus amor ſui indicium eſt infirmæ mentis.

Cave tibi ab amore mundi; eſt enim peccati omnis fons, et cujuſlibet ærumnæ fodina.

Recede a ſocio malo; eſt enim inſtar gladii educti contra ſocios ſuos.

Cave tibi ab invidia; etenim veſtigia ſua relinquet in te, non vero in hoſte tuo.

إِيَّاكَ وَٱلْعَجَلَةَ فَإِنَّهَا عُنْوَانُ ٱلْغَوْتِ وَٱلنَّدَمِ،
إِيَّاكَ أَنْ تَمْدَحَ أَحَدًا بِمَا لَيْسَ فِيهِ فَإِنَّ فِعْلَهُ تَصْدِيقٌ عَنْ وَصْفِهِ،
أَعْظَمُ ٱلْبَلَاءِ ٱنْقِطَاعُ ٱلرَّجَاءِ،
أَفْضَلُ ٱلْمُلْكِ مَلْكُ ٱلْغَضَبِ،
أَحْسَنُ ٱلْجُودِ عَفْوٌ بَعْدَ مَقْدَرَةٍ،

حَرْفُ ٱلْبَاءِ

بِذِكْرِ ٱللَّهِ تُسْتَنْزَلُ ٱلرَّحْمَةُ،
بِٱلْعِلْمِ يُسْتَقِيمُ ٱلْمُعَوَّجُ،
بِرُكُوبِ ٱلْأَهْوَالِ تُكْسَبُ ٱلْأَمْوَالُ،
بِٱلْعَمَلِ يُحَصَّلُ ٱلثَّوَابُ لَا بِٱلْكَسَلِ،
بِٱلسَّخَاءِ يُسْتَرُ ٱلْعُيُوبُ،
بِئْسَ ٱلْقِلَادَةُ قِلَادَةُ ٱلدَّيْنِ،
بِئْسَ ٱلْغَرِيمُ ٱلنَّوْمُ يُغْنِي قَصِيرَ ٱلْعُمْرِ وَيُفَوِّتُ كَثِيرَ ٱلْأَجْرِ،
بِئْسَ ٱلْقَرِينُ ٱلْغَضَبُ يُبْدِي ٱلْمَعَايِبَ، وَيُدْنِي ٱلشَّرَّ وَيُبَاعِدُ ٱلْخَيْرَ،
بَذْلُ ٱلْوَجْهِ إِلَى ٱللِّئَامِ ٱلْمَوْتُ ٱلْأَحْمَرُ،

حَرْفُ ٱلتَّاءِ

تَوَاضَعْ لِرَبِّكَ يَرْفَعْكَ، تَقَرَّبْ إِلَى ٱللَّهِ بِطَاعَتِهِ يُزْلِفْكَ،

Cave feſtinationem; nam in fronte præſagit elapſæ occaſionis ſeram pœnitentiam.

Cave tibi, ne quem laudes ab eo, quod in ipſo non eſt; opus enim ejus demonſtrabit, an recte ipſum deſcripſeris.

Ærumnarum maxima abſciſſio ſpei.

Præſtantiſſimum regimen, regimen iræ *eſt*.

Eximia virtus eſt, condonare injuriam, cum ulciſci eam potueris.

LITERA BE.

Dei commemoratione miſericordia cœlitus elicitur.

Scientia corrigitur id, quod curvum eſt.

Equitando terrores acquiruntur opes.

Opere acquiritur præmium, non ſegnitie.

Liberalitate teguntur vitia.

Vah torquem! torques æris alieni.

Malus exactor debiti ſomnus eſt, brevem ille vitam finit evaneſcere, et magnam lucri partem elabi.

Vah ſocium! iracundia; illa *enim* manifeſta facit vitia, malumque adducit, et removet bonum.

Exponere ſe homini ſordido dira mors eſt.

LITERA TE.

Submiſſus ſis Domino tuo, et exaltabit te; accede ad Deum cum obedientia ei *debita*, et appropinquabit ad te.

تَجَرَّعْ ٱلْغُصَّةَ يُظْفِرْكَ بِٱلْغُرْصَةِ،
تَاجُ ٱلْمَلِكِ عَدْلُهُ،
تَعْضَلْ تُخْدَمْ، وَٱحْلَمْ تُعْدَمْ،
تَكَلَّمُوا تُعْرَفُوا فَإِنَّ ٱلْمَرْءَ مَخْبُوءٌ تَحْتَ لِسَانِهِ،
تَحَلَّ بِٱلسَّخَآءِ وَٱلْوَرَعِ فَهُمَا حِلْيَةُ ٱلْإِيمَانِ،
تَجَرَّعِ ٱلْغُصَصَ فَإِنِّي لَمْ أَرَ جُرْعَةً أَحْمَدَ مِنْهَا عَاقِبَةً وَلَا أَلَذَّ مَغَبَّةً،
تَفَكَّرْ قَبْلَ أَنْ تَعْزِمَ وَشَاوِرْ قَبْلَ أَنْ تَقْدُمَ وَدَبِّرْ قَبْلَ أَنْ تَهْجُمَ،
تَعَلَّمِ ٱلْعِلْمَ فَإِنَّهُ إِنْ كُنْتَ غَنِيًّا زَانَكَ وَإِنْ كُنْتَ فَقِيرًا مَانَكَ،
تَسَرْبِلِ ٱلْحَيَآءَ وَٱدَّرِعِ ٱلْوَفَآءَ وَٱحْفِظِ ٱلْإِخَآءَ وَأَقْلِلْ مُحَادَثَةَ ٱلنِّسَآءِ،
تَزَوَّدُوا فِي أَيَّامِ ٱلْغَنَآءِ لِأَيَّامِ ٱلْبَقَآءِ،
تَوَقَّوْا كَثْرَةَ ٱلْكَلَامِ فَإِنَّ ٱلْكَلَامَ يَضُرُّ خَطَاؤُهُ كَمَا يَنْفَعُ صَوَابُهُ،
تُعْرَفُ حَمَاقَةُ ٱلرَّجُلِ فِي ثِنْتَيْنِ كَلَامُهُ فِيمَا لَا يَعْنِيهِ وَجَوَابُهُ عَمَّا لَا يُسْأَلُ عَنْهُ،

حَرْفُ ٱلثَّآءِ

ثَمَرَةُ ٱلتَّفْرِيطِ نَدَامَةٌ، ثَمَرَةُ ٱلْخَطَآءِ مَلَامَةٌ،

S. 74. في ثنتين ita lego pro في شبين.

Mœrores ſi devorare poſſis, occaſiones poteris captare.

Regis corona juſtitia.

Virtute excellas, et coleris, ſiſque longanimis, et prior eris.

Loquimini, et cognoſcemini; homo enim latet ſub lingua ſua.

Exornate temet liberalitate et abſtinentia; ſunt enim ambæ illæ fidei monilia.

Sorbendo exhauri moleſtias; neque enim ſorbitionem vidi laudabiliorem ea in ſucceſſu, aut ſuaviorem in exitu.

Attentus deſpice, antequam animum tuum ad aliquid applices; et delibera cum alio, antequam pergas; agendique modum diſponito antequam aggrediaris *negotium*.

Comparate vobis doctrinam; nam ſi dives ſis, ornabit te; ſin *vero* pauper ſis, ſuſtentabit te.

Verecundiam pro induſio indue, fidemque ut loricam accinge; fraternitatem ſerva, et parum familiariter colloquere cum mulieribus.

Proſpicite vobis in diebus evanidis de commeatu in dies æternitatis.

Abſtinete a multiloquio; ſermonis enim hallucinatio æque nocet, ac rectitudo ejus prodeſt.

Hominis ſtultitia duabus in rebus cognoſcitur; quum loquitur de re, quæ ad ipſum non pertinet; et quum reſpondet ad aliquid, de quo non interrogatur.

LITERA THSE.

Fructus negligentiæ pœnitentia, et fructus peccati opprobrium.

ثَمَرَةُ ٱلنَّجَاحِ ٱلْعَطَبُ، ثَمَرَةُ ٱلْعَجْزِ فَوْتُ ٱلطَّلَبِ،
ثَوْبُ ٱلتُّقَى أَشْرَفُ ٱلْمَلَابِسِ،
ثِيَابُكَ عَلَى غَيْرِكَ أَبْقَى لَكَ مِنْهَا عَلَيْكَ،
ثَوَابُ ٱلْآخِرَةِ يُنْسِي مَشَقَّةَ ٱلدُّنْيَا،
ثَرْوَةُ ٱلْعِلْمِ تُنْجِي وَتُبْقِي، وَثَرْوَةُ ٱلْمَالِ تُهْلِكُ وَتُغْنِي، 80
ثَرْوَةُ ٱلْعَاقِلِ فِي عِلْمِهِ، وَثَرْوَةُ ٱلْبَاطِلِ فِي مَالِهِ،
ثَابِرُوا عَلَى ٱغْتِنَامِ عَمَلٍ لَا يَغْنِي ثَوَابُهُ،
ثَلَاثَةٌ لَا يَسْتَوْدِعَنَّ سِرًّا ٱلْمَرْأَةُ وَٱلنَّمَّامُ وَٱلْأَحْمَقُ،
ثَلَاثَةٌ يَمْتَحِنُ بِهِنَّ عَقْلُ ٱلرِّجَالِ ٱلْمَالُ وَٱلْوِلَايَةُ وَٱلْمُصِيبَةُ،
ثَلَاثٌ هُنَّ ٱلْمُحْرِقَاتُ ٱلْمُوبِقَاتُ فِرَاقُ ٱلْأَحِبَّةِ وَٱلْغَدْرُ بَعْدَ ٱلْغِنَى
وَٱلذُّلُّ بَعْدَ عِزٍّ، 85
ثَلَاثَةٌ لَا يَنْتَصِفُونَ مِنْ ثَلَاثَةٍ أَبَدًا ٱلْعَاقِلُ مِنَ ٱلْجَاهِلِ، وَٱلْبَرُّ
مِنَ ٱلْفَاجِرِ، وَٱلْكَرِيمُ مِنَ ٱللَّئِيمِ،
ثَلَاثٌ هُنَّ زِينَةُ ٱلْمُؤْمِنِ تَقْوَى ٱللَّهِ وَٱلصِّدْقُ ٱلْحَدِيثِ وَأَدَاءُ
ٱلْأَمَانَةِ
ثَلَاثٌ تُوجِبْنَ ٱلْمَحَبَّةَ ٱلدِّينُ وَٱلتَّوَاضُعُ وَٱلسَّخَاءُ،
ثَلَاثٌ هُنَّ جِمَاعُ ٱلْمُرُوَّةِ عَطَاءٌ مِنْ غَيْرِ مَسْأَلَةٍ وَوَفَاءٌ مِنْ غَيْرِ
عَهْدٍ وَجُودٌ مَعَ إِقْلَالٍ،

Fructus litigationis exitium, et fructus ignaviæ rei quæſitæ elapſio.

Indumentum pietatis veſtium ſplendidiſſima *eſt*.

Veſtimentum tuum, quo alium indueris, durabilius tibi erit eo, quo ipſe induaris.

Remuneratio vitæ alterius obliviſci faciet miſeriam præſentis.

Opulentia ſapientiæ ſalvat, et permanere facit; opulentia *vero* divitiarum perdit, et evaneſcere facit.

Sapientis opulentia in ejus ſcientia; ſtulti *vero* in divitiis ejus *ſita eſt*.

Id age conſtanter, ut tanquam prædam aſſequaris virtutem, cujus merces nunquam interitura eſt.

Tres ſunt, quibus arcanum non eſt commendandum; mulier, maledicus, et ſtultus.

Tria ſunt, quibus virorum ingenium tentatur; divitiæ, imperium, et fortuna adverſa.

Tria ſunt, quæ urunt *animum*, atque perdunt; diſceſſus amicorum, pauper-tas poſt divitias, et vilitas poſt gloriam.

Tres ſunt, qui ſuum jus in æternum non conſequuntur a tribus; ſapiens a ſtulto, pius ab improbo, et generoſus a ſordido.

Tria ſunt ornamenta fidelis; timor Dei, veracitas in traditione, et præſtatio fidei.

Tria amorem conciliant; religio, humilitas, et liberalitas.

Tria ſunt virilis animi ſumma; donatio ſine petitione, promiſſis ſtare ſine fœdere, quo adſtringaris, et liberalem eſſe in paucitate opum.

حَرْفُ ٱلْجِيمِ

جُودُ ٱلْفَقِيرِ بُخْلُهُ وَبُخْلُ ٱلْغَنِيِّ يُذِلُّهُ
جَارُ ٱللَّهِ آمِنٌ وَعَدُوُّهُ خَائِفٌ،
جَارُ ٱلسُّوءِ أَشَدُّ ٱلْبَلَاءِ وَأَعْظَمُ ٱلضَّرَاءِ،
جَمَالُ ٱلرَّجُلِ وَقَارُهُ،
جَمَالُ ٱلْعَبْدِ طَاعَتُهُ،
جِهَادُ ٱلنَّفْسِ أَفْضَلُ ٱلْجِهَادِ،
جَهْلُ ٱلْمُشِيرِ هَلَاكُ ٱلْمُسْتَشِيرِ،
جِمَاعُ ٱلشَّرِّ فِي مُقَارَنَةِ قَرِينِ ٱلسُّوءِ وَٱلْاِسْتِنَامَةِ إِلَى ٱلْعَدُوِّ،
جَمِيلُ ٱلْمَقْصَدِ يَدُلُّ عَلَى طَهَارَةِ ٱلْمَوْلِدِ،
جِنَايَةُ ٱلْكَلَامِ أَشَدُّ مِنْ جِنَايَةِ ٱلْكِلَامِ،
جَمَاعَةٌ فِيهَا تُكْرَهُونَ مِنَ ٱلْحَقِّ خَيْرٌ مِنْ فِرْقَةٍ فِيهَا تُحَبُّونَ مِنَ ٱلْبَاطِلِ،
جَالِسْ أَهْلَ ٱلْعِلْمِ وَٱلْحِكْمَةِ وَأَكْثِرْ مُنَاقَشَتَهُمْ فَإِنَّكَ إِنْ كُنْتَ جَاهِلًا عَلَّمُوكَ وَإِنْ كُنْتَ عَالِمًا ٱزْدَدْتَ عِلْمًا،

حَرْفُ ٱلْحَاءِ

حُسْنُ ٱلصُّورَةِ أَوَّلُ ٱلسَّعَادَةِ،

S. 90. يُذِلُّهُ ita legendum loco بَذَلَهُ uti in MS. vitiose scribitur. S. 100. فِيهَا.

LITERA GJIM.

Pauperis liberalitas illuſtrem reddit eum; avaritia *vero* divitis eum reddit vilem.

Dei cliens ſecurus; hoſtis vero ejus timidus *eſt*.

Vicinus malus ærumnarum graviſſima, et afflictionum maxima.

Gravitas hominis ornamentum ejus.

Servi ornamentum obedientia ejus.

Optimum certamen eſt, quod contra te ipſum geras.

Conſiliarii ſtultitia pernicies petentis conſilium.

Cum pravo ſocio conjunctum eſſe, et inimico ſecure inniti ſumma malorum *eſt*.

Pulchri mores puros natales indicant.

Noxa ſermonis gravior *eſt* quam noxa vulnerum.

Confeſſus, in quo faſtidiamini ob juſtum et verum melior *eſt* ſecta, in qua amemini ob vanitatem.

Aſſide doctis et ſapientibus, eorumque colloquia frequentato; etenim ſi fueris inſipiens, te docebunt; et ſi fueris doctus, augeberis ſcientia.

LITERA HHA.

Forma elegans initium felicitatis.

Cod. MS. perperam legit فيما. S. 101. متانتهم Vid. Schult. ad Har. conſ. v.

حُسْنُ ٱلْخُلْقِ نِصْفُ ٱلدِّينِ،
حُسْنُ ٱلْأَدَبِ يَسْتُرُ قَبِيحَ ٱلنَّسَبِ،
حُسْنُ ٱلسِّيَاسَةِ تَسْتَدِيمُ ٱلرِّيَاسَةَ،
حُبُّ ٱلدُّنْيَا رَأْسُ كُلِّ خَطِيئَةٍ،
حُبُّ ٱلدُّنْيَا يُفْسِدُ ٱلْعَقْلَ وَيَصُمُّ ٱلْقَلْبَ عَنْ سَمَاعِ ٱلْحِكْمَةِ،
حَلَاوَةُ ٱلْآخِرَةِ تُذْهِبُ مَرَارَةَ ٱلدُّنْيَا،
حَلَاوَةُ ٱلظَّفَرِ تَمْحُوا مَرَارَةَ ٱلصَّبْرِ،
حَدُّ ٱللِّسَانِ يَقْطَعُ ٱلْأَوْصَالَ،
حَرَامٌ عَلَي قَلْبٍ مُتَوَلِّهٍ بِٱلدُّنْيَا أَنْ تَسْكُنَهُ ٱلتَّقْوَي،

حَرْفُ ٱلْخَآءِ

خَيْرُ ٱلثَّنَآءِ مَا جَرَي عَلَي أَلْسِنَةِ ٱلْأَخْيَارِ،
خَيْرُ ٱلدُّنْيَا حَسْرَةٌ وَشَرُّهَا نَدَمٌ،
خَيْرُ ٱلصَّدَقَةِ إِخْفَاؤُهَا،
خَيْرُ ٱلْأُمَرَآءِ مَنْ كَانَ عَلَي نَفْسِهِ أَمِيرًا،
خَيْرُ ٱلنَّاسِ مَنْ كَانَ فِي يَسِيرِهِ سَخِيًّا شَكُورًا، وَفِي عُسْرِهِ مُوَثِّرًا صَبُورًا،
خَلْطَةُ أَبْنَآءِ ٱلدُّنْيَا تَشِينُ ٱلدِّينَ وَتُضْعِفُ ٱلْيَقِينَ،
خُلُوُّ ٱلْقَلْبِ مِنَ ٱلتَّقْوَي يَمْلَأُهُ مِنْ غُرُورِ ٱلدُّنْيَا،

Morum elegantia religionis dimidium.

Morum et doctrinæ elegantia generis obtegit turpitudinem.

Regimen bonum imperium durare facit.

Amor mundi fons omnis peccati.

Amor mundi ingenium corrumpit, et cor reddit ſurdum, ne audiat ſapientiam.

Dulcedo vitæ alterius amaritudinem aufert vitæ præſentis.

Dulcedo victoriæ patientiæ amaritudinem obliterat.

Linguæ acies amicitiæ vincula amputat.

In animo ob res mundanas contriſtato pietas ſedem habere non poteſt.

LITERA CHA.

Optima laus, quæ ſuper lingua bonorum fluit.

Optimum vitæ mundanæ mœror, et peſſimum ejus pœnitentia.

Optimum eleemoſynarum eſt earum occultatio.

Imperare ſibi maximum imperium eſt.

Optimus hominum *eſt*, qui ſua in proſperitate liberalis eſt, gratuſque; et in adverſitate ſua animo excelſo, et patiens.

Filiorum mundi conſortium religionem deturpat, et debilitat firmitatem fidei.

Cor vacuum religione impletur vanis mundi oblectaminibus.

خُذِ ٱلْحِكْمَةَ مِمَّنْ أَتَاكَ بِهَا وَٱنْظُرْ إِلَى مَا قَالَ وَلَا تَنْظُرْ إِلَى مَنْ قَالَ،

خَصْلَتَانِ فِيهِمَا جَمِيعُ ٱلْمُرُوَّةِ ٱجْتِنَابُ ٱلرَّجُلِ مَا يَشِينُهُ وَٱكْتِسَابُهُ مَا يَزِينُهُ،

خَمْسَةٌ يَنْبَغِي أَنْ يُهَانُوا ٱلدَّاخِلُ بَيْنَ ٱثْنَيْنِ لَمْ يُدْخِلَانِهِ بَيْنَهُمَا فِي أَمْرِهِمَا، وَٱلْجَالِسُ فِي ٱلْمَجَالِسِ ٱلَّتِي لَا يَسْتَحِقُّهَا، وَٱلْمُتَآمِرُ عَلَى صَاحِبِ ٱلْبَيْتِ فِي بَيْتِهِ، وَٱلْمُتَقَدِّمُ عَلَى مَائِدَةٍ لَمْ يُدْعَ إِلَيْهَا، وَٱلْمُقْبِلُ بِحَدِيثِهِ عَلَى غَيْرِ مُسْتَمِعٍ،

خَمْسٌ يُسْتَقْبَحُ فِي خَمْسٍ كِثْرَةُ ٱلْفُجُورِ فِي ٱلْعُلَمَاءِ وَٱلْحِرْصُ فِي ٱلْحُكَمَاءِ وَٱلْبُخْلُ فِي ٱلْأَغْنِيَاءِ وَٱلْغُبْطَةُ فِي ٱلنِّسَاءِ وَفِي ٱلْمَشَايِخِ ٱلزِّنَاءُ،

خُذْ مِمَّا لَا يَبْقَى لَكَ لِمَا لَا يُفَارِقُكَ،

حَرْفُ ٱلدَّالِ

دَوْلَةُ ٱلْكَرِيمِ تُظْهِرُ مَنَاقِبَهُ، دَوْلَةُ ٱللَّئِيمِ تَهْدِي مَعَايِبَهُ،

دَوْلَةُ ٱلْأَشْرَارِ مَحْنُ ٱلْأَخْيَارِ،

دَوْلَةُ ٱلْأَوْغَادِ مُبْنِيَّةٌ عَلَى ٱلْحَوْبِ وَٱلْفَسَادِ،

S. 122. فِي خَمْسٍ fic legendum puto loco مِنْ خَمْسٍ uti Cod. MS. legit.

Hauri ſapientiam ab eo, qui eam ad te affert, et attende ad id, quod quis loquitur, non vero ad eum, qui loquitur.

Proprietates, quibus quis ſe virum præſtat, duæ ſunt, ſi declinet ab eo quod ipſi dedecori eſt, et lucrum faciat ex eo, quod ipſum ornat.

Quinque ſunt, qui ſe certiſſimo contemtui exponunt; qui intrat inter duos, ad quorum res non advocant ipſum; qui in conſeſſu, quo indignus eſt, aſſidet; qui hero domus in domo ejus imperat; qui ad menſam accedit, ad quam non invitatus eſt; quique narratiunculam adfert ad eum, qui non auſcultat.

Quinque improbantur in quinque; multitudo improbitatis in doctis; cupiditas in ſapientibus; avaritia in divitibus; deformitas in mulieribus; et ſcortatio in ſenibus.

Impende ex eo, quod tibi non remanebit, *ad comparandum* id, quod te nunquam relinquet.

LITERA DAL.

Proſperitas liberalis virtutes ejus manifeſtat; proſperitas avari ejus vitia declarat.

Proſperitas malorum tentamen bonorum.

Imperium vilium ſuper crimine, et graſſatione ædificatur.

Ibid. والبخل ita procul dubio legendum pro والبغل ſicuti vitioſe ſcribitur in Cod. MS. S. 123. Conf. uſus τȣ̃ ل in لما infra in ذ n. 143.

دِرْهَمٌ يَنْفَعُ خَيْرٌ مِنْ دِينَارٍ يَضُرُّ،
دِرْهَمُ ٱلْفَقِيرِ أَزْكَى عِنْدَ ٱللَّهِ مِنْ دِينَارِ ٱلْغَنِيِّ،
دَارُ ٱلْوَفَآءِ لَا تَخْلُوا مِنْ كَرِيمٍ وَلَا يَسْتَقِرُّ بِهَا لَئِيمٌ،
دَارِ ٱلنَّاسَ تَأْمَنْ غَوَايِلَهُمْ وَتُسْلَمْ مِنْ مَكَايِدِهِمْ، 130
دَارِ عَدُوَّكَ وَأَخْلِصْ لِوَدُودِكَ تَحْفَظِ ٱلْآخِرَةَ وَتُدْرِكِ ٱلْمُرُوَّةَ،
دَعْ مَا لَا يُعْنِيكَ وَٱشْتَغِلْ بِمُهِمِّكَ ٱلَّذِي يُنْجِيكَ،
دَوَامُ ٱلْفِتَنِ مِنْ أَعْظَمِ ٱلْمِحَنِ،
دَوَامُ ٱلظُّلْمِ يَجْلِبُ ٱلنِّقَمَ وَيَسْلِبُ ٱلنِّعَمَ،
دَوَامُ ٱلْعَافِيَةِ أَهْنَأُ عَطِيَّةٍ وَأَفْضَلُ قِسْمٍ، 135
دَوَامُ ٱلْغَفْلَةِ تُعْمِي ٱلْبَصِيرَةَ،
دَاوُوا ٱلْغَضَبَ بِٱلصَّمْتِ وَٱلشَّهْوَةَ بِٱلْعَقْلِ،

حَرْفُ ٱلذَّالِ

ذِكْرُ ٱللَّهِ شِعَارُ ٱلْمُخْلِصِينَ،
ذِكْرُ ٱللَّهِ جِلَاءُ ٱلصُّدُورِ وَطُمَأْنِينَةُ ٱلْقُلُوبِ،
ذِكْرُ ٱللَّهِ تَنْبِيهٌ مِنَ ٱلْغَفْلَةِ وَنُورٌ مِنَ ٱلظُّلْمَةِ، 140
ذِكْرُ ٱللَّهِ دَوَآءُ أَعْلَالِ ٱلنُّفُوسِ وَطَارِدُ ٱلْأَدْوَآءِ وَٱلْبُوسِ،
ذَهَابُ ٱلنَّظْرِ خَيْرٌ مِنَ ٱلنَّظْرِ إِلَى مَا يُشِينُ ٱلدِّينَ،
ذَرْ مَا قَلَّ لَهَا كَثُرَ وَمَا ضَاقَ لَهَا ٱتَّسَعَ،
ذُو ٱلْمَعْرُوفِ مَحْبُوبُ ٱلسِّيَادَةِ وَمَشْكُورُ ٱلْعِبَادَةِ،

Nummus argenteus, qui prodeſt, melior eſt aureo, qui proſternit.

Nummus argenteus pauperis apud Deum magis fulget, quam divitis denarius aureus.

Domus retributionis [i. e. *Paradiſus*] haud vacua eſt generoſis; aſt in ea non commoratur avarus.

Homines leniter tracta, ſecurus eris a malis, quæ tibi inferant; et incolumis a dolis, quos tibi ſtruunt.

Leniter hoſtem tuum tracta, et ſincere amicum tuum cole, ſervabis vitam alteram, virtutemque maſculam aſſequeris.

Miſſum fac, quod ad te non ſpectat, et occupatus eſto in negotiis tuis gravioribus, quæ tibi ſaluti ſunt.

Tentaminum duratio maxima ærumnarum *eſt*.

Injuſtitiæ duratio vindictam poſt ſe trahit, et gratiam aufert.

Sanitatis duratio lautiſſimum donum, et præſtantiſſima ſors eſt.

Socordiæ duratio mentis perſpicaciam occæcat.

Medicamini iram ſilentio, et cupiditatem intellectu.

LITERA DSAL.

Dei commemoratio piorum ſymbolum.

Dei commemoratio pectorum ſplendor, et cordium quies.

Dei commemoratio excitat ſocordiam, et illuminat tenebras.

Dei commemoratio ſanat ægrotos animos, et repellit morbos atque miſerias.

Præſtat perdere oculos, quam adſpicere ad id quod religionem deturpat.

Miſſum fac id quod exiguum eſt, pro eo quod multum eſt, et id quod arctum eſt, pro eo quod amplum eſt.

Æqui juſtique ſtudioſus amatur ubi herus eſt, et laudatur ubi ſervus eſt.

S. 144. Cod. MS. minus recte l. ذرا. Ibid. العبادة ſic legendum loco العادة.

ذَرِ ٱلسَّرَفَ فَإِنَّ ٱلْمُسْرِفَ لَا تُحْمَدُ جُودُهُ وَلَا يُرْحَمُ فَقْرُهُ،
ذُو ٱلشَّرَفِ لَا تُبْطِرُهُ مَنْزِلَةٌ نَالَهَا وَإِنْ عَظُمَتْ كَٱلْجَبَلِ ٱلَّذِي لَا تُزَعْزِعُهُ ٱلرِّيَاحُ وَٱلدَّنِيُّ تُبْطِرُهُ أَدْنَى مَنْزِلَةٍ كَٱلْكَلَإِ ٱلَّذِي يُحَرِّكُهُ مَرُّ ٱلنَّسِيمِ،
ذُوو ٱلْعُيُوبِ يُحِبُّونَ إِشَاعَةَ مَعَايِبِ ٱلنَّاسِ لِتَسَعَ لَهُمُ ٱلْعُذْرُ فِي مَعَايِبِهِمْ،
ذِكْرُ ٱللَّهِ قُوتُ ٱلْقُلُوبِ وَمُجَالَسَةُ ٱلْمَحْبُوبِ،
ذِكْرُ ٱللَّهِ يُنِيرُ ٱلْبَصَائِرَ وَيُؤْنِسُ ٱلضَّمَائِرَ،
ذِكْرُ ٱلْآخِرَةِ دَوَاءٌ، ذِكْرُ ٱلدُّنْيَا أَدْوَاءٌ،
ذَرِ ٱلْإِسْرَافَ مُقْتَصِدًا وَٱذْكُرْ فِي ٱلْيَوْمِ غَدًا،
ذِرْوَةُ ٱلْغَايَاتِ لَا يَنَالُهَا إِلَّا ذُو ٱلْمُجَاهَدَاتِ،
ذَلِّلْ قَلْبَكَ بِٱلْيَقِينِ وَقَرِّرْهُ بِٱلْغَنَاءِ وَبَصِّرْهُ فَجَائِعَ ٱلدُّنْيَا،

حَرْفُ ٱلرَّاءِ

رَأْسُ ٱلْإِيمَانِ ٱلصِّدْقُ،
رَأْسُ ٱلْحِكْمَةِ لُزُومُ ٱلْحَقِّ
رَأْسُ ٱلْعُيُوبِ ٱلْحِقْدُ،
رَأْسُ ٱلسَّخِيِّ تَعْجِيلُ ٱلْعَطِيِّ

S. 151. الاسراف. MS. vitiose l. الاشراف. S. 153. ذَلِّلْ sic lego loco ذَلِّلْ similiter

Miſſum fac prodigalitatem; liberalitas enim prodigi non laudabitur, neque paupertas ejus miſericordiam inveniet.

Poſſeſſorem gloriæ inſolentem non facit dignitatis gradus, quem obtinet, etiamſi ſit altus adinſtar montis, quem venti non concutiunt; vilem vero gradus dignitatis facile inſolentem facit adinſtar herbæ aridæ, quam commovet aura præteriens.

Qui ſunt vitiis obnoxii, amant aliorum vitia divulgare, ut ipſis eo facilius pateat ſuorum criminum excuſatio.

Dei commemoratio alimentum cordium, et amicorum conſortium *eſt*.

Dei commemoratio illuminat oculos, et mentis cogitationes manſuefacit.

Recordatio vitæ alterius medicina; recordatio *vero* vitæ præſentis morborum graviſſimus *eſt*.

Relinque prodigentiam rectum tenendo modum, et recordare hodie diei craſtinæ.

Culmen perfectionum non aſſequitur, niſi qui bellum ſacrum ſtrenue gerit.

Subige animum tuum certitudine *religionis*, et fac ut agnoſcat hujus mundi vanitatem atque perſpiciat ejus miſerias.

LITERA RE.

Præcipuum fidei veracitas.

Præcipuum ſapientiæ adhærere veritati et juſtitiæ.

Præcipuum vitiorum odium occultum.

Culmen liberalitatis donorum feſtinatio.

وقرره loco وقرره uti in MS. legitur.

رَأْسُ ٱلْفَضَايِلِ مَلْكُ ٱلْغَضَبِ وَٱلشَّهْوَةِ،
رُبَّ عَطَبٍ تَحْتَ طَلَبٍ،
رُبَّ طَرَبٍ جَرَّ جَرَبًا،
رُبَّ سُكُوتٍ أَبْلَغُ مِنْ كَلَامٍ،
رَدْعُ ٱلْغَضَبِ بِٱلْحِلْمِ ثَمَرَةُ ٱلْعِلْمِ،
رَاكِبُ ٱلظُّلْمِ يَكْبُو بِهِ مَرْكَبُهُ،

حَرْفُ ٱلزَّاءِ

زَلَّةُ ٱلْعَالِمِ كَٱنْكِسَارِ ٱلسَّفِينَةِ تَغْرَقُ وَتُغْرِقُ مَعَهَا غَيْرَهَا،
زَلَّةُ ٱللِّسَانِ أَنْكَأُ مِنْ إِصَابَةِ ٱلسِّنَانِ،
زَلَّةُ ٱلْقَدَمِ تُدْمِي، زَلَّةُ ٱللِّسَانِ تُرْدِي،
زِيَادَةُ ٱلْفِعْلِ عَلَى ٱلْقَوْلِ فَضِيلَةٌ وَنَقْصُ ٱلْفِعْلِ عَنِ ٱلْقَوْلِ رَذِيلَةٌ،
زِيَادَةُ ٱلدُّنْيَا نُقْصَانُ ٱلْآخِرَةِ،
زَخَارِفُ ٱلدُّنْيَا يُفْسِدُ ٱلْعُقُولَ ٱلضَّعِيفَةَ،
زِدْ فِي ٱصْطِنَاعِ ٱلْمَعْرُوفِ وَأَكْثِرْ مِنْ أَشِدَّاءِ ٱلْإِحْسَانِ فَإِنَّهُ أَبْقَى ذُخْرٍ وَأَجْمَلُ ذِكْرٍ،
زَكَاةُ ٱلصِّحَّةِ ٱلسَّعْيُ فِي طَاعَةِ ٱللَّهِ، زَكَاةُ ٱلشَّجَاعَةِ ٱلْجِهَادُ فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ،
زَيْنُ ٱلْمُصَاحَبَةِ ٱلْإِحْتِمَالُ،

Culmen virtutum eſt imperare iræ et libidini.

Quandoque exitium ſub re quæſita.

Aliquando cupiditas nimia ſcabiem poſt ſe trahit.

Quandoque ſilentium efficacius ſermone.

Opprimere iram manſuetudine ſapientiæ fructus *eſt*.

Qui inequitat injuſtitiam, ejus currus proſternit ipſum.

LITERA ZE.

Sapientis error eſt inſtar naufragii, quo navis ipſa demergitur, cæterique cum illa demerguntur.

Lapſus linguæ magis vulnerat, quam haſta, quæ ſcopum recta ferit.

Lapſus pedis vulnerat; lapſus linguæ perdit.

Plus præſtare, quam promiſeris, magnificum; minus vero præſtare, quam promiſeris, demiſſum animum oſtendit.

Vitæ hujus emolumentum vitæ alterius detrimentum.

Specioſa bona hujus mundi intellectus debiles corrumpunt.

Abundans eſto in præſtandis beneficiis, et multiplica largiſſime beneficentiam; eſt enim theſaurus certiſſimus in futurum, et recordatio jucundiſſima.

Tributum ſanitatis *eſt* ſtudium in obſequio Dei; tributum ſtrenuitatis certamen in via Dei.

Societatis decus patientia, qua unus alterius vitia ferre valeat.

حَرْفُ ٱلسِّينِ

سَبَبُ ٱلْمِحَنِ حُبُّ ٱلدُّنْيَا،
سَبَبُ ٱلْبُغْضِ ٱلْحَسَدُ،
سَبَبُ ٱلْهِيَاجِ ٱللَّجَاجُ، 175
سَبَبُ ٱلسَّلَامَةِ ٱلصَّمْتُ،
سِلَاحُ ٱلْكِرَامِ تَرَادُفُ ٱلْإِنْعَامِ،
سِلَاحُ ٱللِّئَامِ قُبْحُ ٱلْكَلَامِ،
سِلَاحُ ٱلْمُؤْمِنِ ٱلدُّعَاءُ،
سُلْطَانُ ٱلْجَاهِلِ يُنْدِي مَعَايِبَهُ، سُلْطَانُ ٱلْعَاقِلِ يُظْهِرُ مَنَاقِبَهُ، 180
سَامِعُ هُجْرِ ٱلْقَوْلِ شَرِيكُ ٱلْقَائِلِ،
سِيَاسَةُ ٱلنَّفْسِ أَفْضَلُ سِيَاسَةٍ، وَرِيَاسَةُ ٱلْعِلْمِ أَشْرَفُ رِيَاسَةٍ،
سِيَاسَةُ ٱلْعَدْلِ ثَلَاثَةٌ رِقَّةٌ فِي حَزْمٍ وَٱسْتِقْصَاءٌ فِي عَدْلٍ وَإِفْضَالٌ فِي قَصْدٍ،
سُرُورُ ٱلْمُؤْمِنِ بِطَاعَةِ رَبِّهِ وَحُزْنُهُ فِي ذَنْبِهِ،
سَلْ عَنِ ٱلرَّفِيقِ قَبْلَ ٱلطَّرِيقِ، سَلْ عَنِ ٱلْجَارِ قَبْلَ ٱلدَّارِ، 185
سَمْعُ ٱلْأُذُنِ لَا يَنْفَعُ مَعَ غَفْلَةِ ٱلْقَلْبِ،
سَاعٍ سَرِيعٌ نَجَى وَطَالِبٌ بَطِيءٌ رَجَا،

LITERA SIN.

Amor mundi calamitatum cauſa.

Odii cauſa invidia.

Pugnæ cauſa litigatio.

Salutis cauſa ſilentium.

Continuo benigne facere ingenui armatura *eſt*.

Turpia loqui ſordidi armatura *eſt*.

Armatura pii preces *ſunt*.

Imperium ſtulti manifeſtat vitia ejus; ſapientis vero præclara ejus facinora.

Qui ſermonis futilitatem libenter audit, conſors eſt dicentis.

Regimen mentis præſtantiſſimum, et principatus ſcientiæ eminentiſſimus *eſt*.

Bona juſtitiæ adminiſtratio tribus in rebus cernitur: firmitatem mentis temperando clementia; ſummo ſtudio ſuum cuique tribuendo; et eximie modum ſervando, *ut neque dextrorſum, neque ſiniſtrorſum deflectas*.

Lætus eſt pius, ſi obediat Deo; triſtis vero ſi peccat.

Interroga de ſocio, priuſquam viam *cum eo* ingrediaris, et de vicino, priuſquam domum conducas.

Auditus aurium non prodeſt, ſi conjunctam habeat mentis ſocordiam.

Curſor celer ſervatur, aſt quæſitor tardus retromanet, *vel* ſperat, i. e. ſperare non deſinit, ſcil. nunquam ſpem ſuam explet.

سِتَّةٌ لَا يَعَادُوا ٱلْغَفِيهُ وَٱلرَّئِيسُ وَٱلدَّنِيُّ وَٱلْبَذِيُّ وَٱلْمَرْأَةُ وَٱلصَّبِيُّ،

سَهْرُ ٱللَّيْلِ رَبِيعُ ٱلْأَوْلِيَآءِ وَغَنِيمَةُ ٱلسُّعَدَآءِ،

سَخَنُ ٱلْمَنْطِقِ يُزْرِي بِٱلْبَهَآءِ ٱلْمُرُوَّةِ، 190

حَرْفُ ٱلشِّينِ

شُكْرُ ٱلْمُؤْمِنِ يُظْهِرُ فِي عَمَلِهِ، وَشُكْرُ ٱلْمُنَافِقِ لَا يَتَجَاوَزُ لِسَانَهُ،

شَرُّ ٱلْأَمْوَالِ مَا ٱكْتُسِبَ ٱلْآثَامَ،

شَرُّ مَا صَحِبَ ٱلْمَرْءَ ٱلْحَسَدُ،

شَرُّ ٱلْوُزَرَآءِ مَنْ كَانَ لِلْأَشْرَارِ وَزِيرًا،

شَرُّ ٱلثَّنَآءِ مَا جَرَى عَلَى أَلْسِنَةِ ٱلْأَشْرَارِ، 195

شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ لَا يُبَالِي إِنْ يَرَاهُ ٱلنَّاسُ مُسِيئًا،

شَرُّ ٱلْإِخْوَانِ ٱلْخَاذِلُ،

شَرُّ ٱلْوُلَاةِ مَنْ خَافَهُ ٱلْبَرِيُّ،

شَرُّ ٱلْغَفْرِ ٱلْمُنِّي،

شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ لَا يُرْجَى خَيْرُهُ وَلَا يُؤْمَنُ شَرُّهُ، 200

شَرُّ ٱلنَّوَالِ مَا تَقَدَّمَهُ ٱلْمَطْلُ وَتَعَقَّبَهُ ٱلْمَنُّ،

S. 188. والبذّي. Ita legendum puto loco والبدّي. S. 190. يزري. Sic lego pro يردي.

Sex ſunt, qui moram non concedunt; Preſbyter *Mohammedicæ religionis* et Princeps; Mœchus et Adulter; Mulier et Puer.

Vigilia noctis amicorum Dei ver, et beatorum præda opima *eſt*.

Virile decus et virilis animus minoris æſtimatus; quin vilipenditur, ſi tenuis et imbecillis ſermo ore egrediatur.

LITERA SJIN.

Hominis fidelis gratiarum actio manifeſtatur opere; hypocritæ vero linguam ejus non tranſgreditur.

Peſſimæ opes ſunt, quæ pro lucro ferunt crimina.

Peſſimus viri comes invidia *eſt*.

Peſſimus conſiliarius eſt, qui ad facinora perpetranda conſiliarium ſe præbet.

Laudari a malis peſſima laus eſt.

Peſſimus hominum, qui non curat, ſi homines eum videant malefacientem.

Peſſimus fratrum, qui amicum deſerit.

Peſſimus præfectorum, quem timent innocentes.

Semper optare (*ei nunquam contentum eſſe*) peſſima paupertas *eſt*.

Peſſimus hominum, cujus ſperari non poſſit beneficium, neque caveri maleficium.

Peſſimum donum, quod præceſſit procraſtinatio, et ſequitur exprobratio.

S. 192. الاثام. Ita legendum pro الاثام. S. 201. In Cod. MS. legitur. مطل.

شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ يُعِينُ عَلَى ٱلْمَظْلُومِ وَيَنْصُرُ ٱلظَّلُومَ،
شَاوِرْ قَبْلَ أَنْ تَعْزِمَ وَفَكِّرْ قَبْلَ أَنْ تَقْدُمَ،
شَيْأَنِ لَا يُعْرَفُ فَضْلُهُمَا إِلَّا مِنْ فَقْدِهِمَا ٱلشَّبَابُ وَٱلْعَافِيَةُ،
شَيْأَنِ هُمَا مَلَاكُ ٱلدِّينِ ٱلصِّدْقُ وَٱلْيَقِينُ،
شُقُّوا أَمْوَاجَ ٱلْفِتَنِ بِسُفُنِ ٱلنَّجَاةِ،

حَرْفُ ٱلصَّادِ

صَحَّةُ ٱلدُّنْيَا سَقَمٌ وَلَذَّتُهَا أَلَمٌ،
صَوَابُ ٱلرَّأْيِ يُؤْمِنُ ٱلزَّلَلَ،
صَوَابُ ٱلْجَاهِلِ كَٱلزَّلَّةِ مِنَ ٱلْعَاقِلِ،
صَاحِبُ ٱلسُّلْطَانِ كَرَاكِبِ ٱلْأَسَدِ،
صَدَقَةُ ٱلسِّرِّ مَثْرَاةٌ فِي ٱلْمَالِ،
صَدِيقُ ٱلْجَاهِلِ مُعَرَّضٌ لِلْعَطَبِ،
صَدِيقُ كُلِّ أَحَدٍ عَقْلُهُ وَعَدُوُّهُ جَهْلُهُ،
صَدِيقُكَ مَنْ نَهَاكَ وَعَدُوُّكَ مَنْ أَغْرَاكَ،
صُنْ إِيمَانَكَ مِنَ ٱلشَّكِّ فَإِنَّ ٱلشَّكَّ يُفْسِدُ ٱلْإِيمَانَ كَمَا يُفْسِدُ ٱلْمِلْحُ ٱلْعَسَلَ،
صُنْ دِينَكَ بِدُنْيَاكَ تَرْبَحْهُمَا وَلَا تُبَذِّلْ دِينَكَ لِصِيَانَةِ دُنْيَاكَ فَتَخْسَرُهُمَا،
صَمْتٌ يُعْقِبُكَ ٱلسَّلَامَةَ خَيْرٌ مِنْ نُطْقٍ يُعْقِبُكَ ٱلْمَلَامَةَ،

Peſſimus hominum, qui auxilium præſtat contra oppreſſum, et juvat opprimentem.

Conſilium cape priuſquam animum tuum ad aliquid applices; et attentus diſpice, priuſquam progrediaris.

Duæ ſunt res, quarum præſtantia non cognoſcitur, niſi quum deſiderantur, juventus et ſanitas.

Duæ ſunt res, quibus religio conſtat, veracitas et fides. 205

Findite ærumnarum fluctus navibus ſalutis.

LITERA TSAD.

Sanitas mundana ægritudo, et voluptas ejus dolor *eſt*.

Rectitudo conſilii tutum præſtat a lapſu.

Quum ſcopum ferit inſipiens perinde eſt, ac ſi ſapiens hallucinatur.

Præfectus imperio eſt ut inſeſſor leonis. 210

Eleemoſyna occulta multiplicatrix opum.

Amicus ſtulti calamitati expoſitus.

Sua cuique ſapientia amicus; ſua cuique inſipientia inimicus *eſt*.

Amicus eſt tuus, qui te reprehendit; hoſtis *vero*, qui te inſtigat.

Cuſtodi fidem tuam a dubitatione; nam dubitatio corrumpit fidem, ſicuti ſal corrumpit mel. 215

Cuſtodi religionem tuam erogatione opum tuarum, et lucraberis ambo; neque dilargiare religionem tuam ad cuſtodiendas opes tuas, nam perdes ambo.

Silentium, quod tandem tibi ſalutem afferat, præſtat ſermoni, qui tandem tibi afferat vituperium.

صُمْتُكَ حَتَّي تُسْتَنْطَقُ أَجْهَلُ مِنْ نُطْقِكَ حَتَّي تُسَكَّتُ،
صُيُومُ ٱلنَّفْسِ عَنْ لَذَّاتِ ٱلدُّنْيَا أَفْضَلُ ٱلصِيَامِ،
صَدْرُ ٱلْعَاقِلِ صُنْدُوقُ سِرِّهِ

حَرْفُ ٱلضَّادِ

ضُرُورَاتُ ٱلْأَحْوَالِ تَذِلُّ رِقَابَ ٱلرِّجَالِ،
ضُرُورَاتُ ٱلْأَحْوَالِ تَحْمِلُ عَلَي رُكُوبِ ٱلْأَهْوَالِ،
ضَالَّةُ ٱلْعَاقِلِ ٱلْحِكْمَةُ يَطْلُبُهَا حَيْثَ كَانَتْ،
ضَالَّةُ ٱلْجَاهِلِ غَيْرُ مَوْجُودَةٍ،
ضَرَرُ ٱلْغِنَي أَكْثَرُ مِنْ ضَرَرِ ٱلْفَقْرِ لِأَنَّ ضَرَرَ ٱلْفَقْرِ يُفْسِدُ ٱلْعَيْشَ
وَضَرَرُ ٱلْغِنَي يُفْسِدُ ٱلدِّينَ وَٱلْآخِرَةَ،
ضُعْفُ ٱلْعَيْنِ يُوَلِّدُ ٱلْعِثَارَ ضُعْفُ ٱلرَّأْيِ يُوَلِّدُ ٱلدِّمَارَ،
ضُعْفُ ٱلصَّبْرِ يُبَلْبِلُ ٱلرَّأْيَ وَيُضَاعِفُ ٱلْمُصِيبَةَ وَيُحْبِطُ ٱلْأَجْرَ،
ضَيْمُ ٱلْكِرَامِ أَحْسَنُ مِنْ إِكْرَامِ ٱللَّئِيمِ،
ضِنَّ بِدِينِكَ وَٱبْذُلْ دُنْيَاكَ وَٱبْخَلْ بِعِرْضِكَ وَٱسْمَحْ بِعَرَضِكَ
تَكْمُلْ مُرُوَّتُكَ وَتَسْعَدْ بِمُنْقَلَبِكَ،
ضَعْ فَخَرَكَ وَٱحْطُطْ كِبْرَكَ وَٱذْكُرْ قَبْرَكَ فَإِنَّ عَلَيْهِ مَمَرَّكَ
وَكَمَا تَزْرَعُ تَحْصُدُ وَكَمَا تَدِينُ تُدَانُ وَكَمَا قَدَّمْتَ ٱلْيَوْمَ
تُقَدَّمُ عَلَيْهِ غَدًا
ضِرَارَةُ ٱلْفَقْرِ تَبْعَثُ عَلَي قَبِيحِ ٱلْأَمْرِ،

Silere tui donec ad loquendum cogaris pulchrius eſt, quam loqui tui donec ſilere jubearis.

Jejunare facere appetitum a voluptatibus mundanis jejunium præſtantiſſimum *eſt*.

Pectus ſapientis ſui arcani ciſta *eſt*.

LITERA DAD.

Anguſtiæ fortunarum virorum ſubjugant colla.

Anguſtiæ fortunarum ad inſidendos terrores adigunt.

Sapientis animal errabundum ſapientia, quærit eam ubique eſt.

Stulti animal amiſſum nullibi adeſt.

Divitiarum noxa major eſt, quam noxa paupertatis; hæc enim vitam hanc perdit, illa *vero* perdit religionem et vitam futuram.

Debilitas oculi lapſus, conſilii *vero* exitii cauſa *eſt*.

Imbecillitas patientiæ confundit conſilium, duplicat malum, et perire facit mercedem.

Generoſi oppreſſio melior eſt, quam ignobilis honoratio.

Arcte ſerva religionem tuam, et munifice dona res mundanas; tenax eſto exiſtimationis tuæ, et largiter præbe opes tuas; hoc modo virilem tuum animum perficies, et in converſatione felix eris.

Depone gloriam tuam, et deprime ſuperbiam tuam, et memento ſepulcri tui; illuc enim tranſitus tuus erit, et quemadmodum ſeminaveris metes, et quemadmodum judicaveris judicaberis, et quemadmodum hodie præbuiſti, cras illud ipſum accipies.

Anguſtia paupertatis ad res turpiſſimas defert.

S. 219. Loco صبوم forte legendum صوم vel صيام *jejunium* animæ.

ضَلَالُ ٱلدَّلِيلِ هَلَاكُ ٱلْمُسْتَدِلِّ ،

ضِيَامُ ٱلْعُقُولِ فِي طَلَبِ ٱلْفُضُولِ ،

ضَعْفُ ٱلْيَقِينِ يُفْسِدُ ٱلدِّينَ ،

ضَعْفُ ٱلْبَصَرِ لَا يَضُرُّ مَعَ ٱسْتِنَارَةِ ٱلْبَصِيرَةِ ، 235

ضَرَاوَةُ ٱلشَّهْوَةِ تُؤْدِي إِلَى تَلَفِ ٱلْمُهْجَةِ ،

ضَرْبُ ٱلرِّقَابِ أَهْوَنُ مِنَ ٱلتَّدَلُّسِ بِٱلْمُعَابِ ،

ضِيَاعُ ٱلْأَعْمَارِ فِي غُرُورِ ٱلْأَمَالِ ،

حَرْفُ ٱلطَّآءِ

طُوبَى لِمَنْ شَغَلَ قَلْبَهُ بِٱلْفِكْرِ وَلِسَانَهُ بِٱلذِّكْرِ ،

طُوبَى لِكُلِّ نَادِمٍ عَلَى زَلَّتِهِ مُسْتَدْرِكٍ فَارِطَ عَثْرَتِهِ ، 240

طُوبَى لِمَنْ سَعَى لِفَكَاكِ نَفْسِهِ قَبْلَ ضِيْقِ ٱلْأَنْفَاسِ وَشِدَّةِ ٱلْإِبْلَاسِ ،

طُوبَى لِمَنْ غَلَبَ نَفْسَهُ وَلَمْ تَغْلِبْهُ وَمَلَكَ هَوَاهُ وَلَمْ يَمْلِكْهُ ،

طُوبَى لِمَنْ كَظَمَ غَيْظَهُ وَلَمْ يُطْلِقْهُ وَعَصَى إِمْرَةَ نَفْسِهِ وَلَمْ تُهْلِكْهُ ،

طُوبَى لِمَنْ تُجَلْبِبُ ٱلْقُنُوعَ وَتُجَنِّبُ ٱلْإِسْرَافَ ،

طُوبَى لِمَنْ خَلَا مِنَ ٱلْغِلِّ صَدْرُهُ وَسَلِمَ مِنَ ٱلْغِشِّ قَلْبُهُ ، 245

طُوبَى لِمَنْ بَادَرَ ٱلْهَدْيَ قَبْلَ أَنْ تُغْلَقَ أَبْوَابُهُ وَتَنْقَطِعَ أَسْبَابُهُ ،

طُوبَى لِمَنْ لَا تَغْتَالُهُ قَاتِلَاتُ ٱلْغُرُورِ ،

Aberratio ducis pernicies eſt ejus qui ducitur.

Nimium lucrum ſectari detrimento eſt intellectui.

Infirmitas perſuaſionis religionem perdit.

Debilitas oculorum non nocet, quum lucidi ſunt oculi mentis.

Exercitium cupiditatum ad puriſſimi ſanguinis interitum ducit.

Amputare capita *ſervorum* facilius eſt, quam celare vitia eorum.

Spei blandimentis ætas conſumitur.

LITERA TA.

Beatus ille, cujus cor in attenta cogitatione, et lingua in laude *Dei* occupatum eſt.

Beatus unuſquiſque, qui errores ſuos dolet, cum ſibi recordatur cæſpitationes ſuas præcedentes.

Beatus ille, qui ſtudioſe perſequitur ſuam ſalutem antequam anguſta fiat reſpiratio, et vehemens deſperatio.

Beatus ille, qui ſemet ipſe vincit, neque a ſe vincitur; et qui cupiditatem ſuam dominio tenet, neque ab ea ſe regi ſinit.

Beatus ille, qui iram ſuam reprimit, neque laxat eam; (*habenas ei committit*) et qui præfecturæ animæ ſuæ (appetitus ſui) ſe opponit, neque ab eadem perditur.

Beatus ille, qui contenti animi tranquillitatem inſtar amiculi induit, et prodigalitatem a ſe removet.

Beatus ille, cujus pectus odio vacuum, et cor integrum fraudis eſt.

Beatus ille, qui prævertit rectum ductum, antequam portæ ejus claudantur, et occaſiones præſcindantur.

Beatus ille, quem necatrices mundi illecebræ non occidunt.

طَاعَةُ ٱلنِّسَآءِ غَايَةُ ٱلْجَهْلِ،
طَلَبُ ٱلثَّنَآءِ بِغَيْرِ ٱسْتِحْقَاقٍ خُرْقٌ،
طُولُ ٱلْاِحْتِرَاسِ وَٱلْحَذَرِ لَا يَمْنَعُ ٱلْمَقْدُورِ
طَعْنُ ٱللِّسَانِ أَمَضُّ مِنْ جُرْحِ ٱلسِّنَانِ،
طَهِّرُوا قُلُوبَكُمْ مِنَ ٱلْحِقْدِ فَإِنَّهُ دَآءٌ مُضْنِي وَمَرَضٌ مُوبِي،

حَرْفُ ٱلظَّآءِ

ظَنُّ ٱلْعَاقِلِ أَصَحُّ مِنْ يَقِينِ ٱلْجَاهِلِ،
ظَفَرُ ٱلْكَرِيمِ يُنْجِي، ظَفَرُ ٱللَّئِيمِ يُرْدِي،
ظَفَرُ ٱلْكَرِيمِ عَفْوٌ وَإِحْسَانٌ وَٱحْتِسَامٌ، ظَفَرُ ٱللَّئِيمِ تَجَبُّرٌ وَطُغْيَانٌ وَٱنْتِقَامٌ،
ظَفِرَ ٱلشَّيْطَانُ بِمَنْ غَلَبَهُ غَضَبُهُ،
ظَفِرَ ٱلْهَوَي بِمَنْ ٱنْقَادَ لِشَهْوَتِهِ،
ظُلْمُ ٱلضَّعْفِ أَفْحَشُ ٱلظُّلْمِ،
ظُلْمُ ٱلْمُسْتَسْلِمِ أَعْظَمُ ٱلْجُرْمِ،
ظُلْمُ ٱلْاِحْسَانِ قَبِيحُ ٱلْاِمْتِنَانِ،
ظُلْمُ ٱلسَّخَآءِ مَنْعُ ٱلْعَطِي،
ظُلْمُ ٱلرَّجُلِ فِي ٱلدُّنْيَا عَنْوَانُ شَقَاوَهِ فِي ٱلْآخِرَةِ،
ظَلِمَ ٱلْمَعْرُوفَ مَنْ وَضَعَهُ فِي غَيْرِ أَهْلِهِ،
ظَلِمَ نَفْسَهُ مَنْ رَضِيَ بِدَارِ ٱلْفَنَآءِ عِوَضًا عَنْ دَارِ ٱلْبَقَآءِ،

Morem gerere mulieribus ſumma ſtultitia *eſt*.

Laudem quærere ſine meritis merus ſtupor *eſt*.

Diu ſe conſervare, et ſibi cavere non arcent fatum.

Confoſſio linguæ magis penetrat, quam vulnus haſtarum.

Purificate corda veſtra ab odio; eſt enim ægritudo emacians, et morbus peſtiferus.

LITERA DA.

Sapientis ſuſpicio verior eſt, quam certa inſipientis ſcientia.

Generoſi victoria ſervat, ignobilis vero perdit.

Generoſorum victoria *eſt* condonatio, beneficentia, et humanitas; ignobilium *vero* ſuperbia, inſolentia, et vindicta.

Victoriam reportat Satanas ab eo, quem ira ſua vincit.

Victoriam reportat cupiditas prava ab eo, qui ducendum ſe præbet voluptati ſuæ.

Injuria afficere infirmos turpiſſima injuſtitia *eſt*.

Injuria afficere eos, qui ſe alterius imperio ſubmittunt, maximum peccatum *eſt*.

Injuria afficere beneficentiam (i. e. *benefactorem*) turpiſſima exprobratio *eſt*.

Injuria afficere liberalitatem (i. e. *virum liberalem*) prohibet donum.

Injuſtitia viri in hac vita indicium eſt miſeriæ ejus in altera.

Peccat in beneficentiam, qui collocat eam in indignos.

Inique agit in ſe ipſum, qui acquieſcit in domo evaneſcentiæ (i. e. *in hac vita fluxa et evanida*) ſubſtituendo eam pro domo, quæ permanet.

ظِلُّ ٱلْكِرَامِ رَغْدٌ هَنِيٌّ، ظِلُّ ٱللَّئِيمِ نَكِدٌ وَبِيٌّ،
ظِلُّ ٱللَّهِ سُبْحَانَهُ فِي ٱلْقِيَامَةِ لِمَنْ أَعْطَاهُ فِي ٱلدُّنْيَا،
ظَلْفُ ٱلنَّفْسِ عَنْ مَا فِي أَيْدِي ٱلنَّاسِ هُوَ ٱلْغِنَي ٱلْمَحْمُودُ،
ظَرْفُ ٱلرَّجُلِ تَنَزُّهُهُ عَنِ ٱلْمَحَارِمِ وَمُبَادَرَتُهُ إِلَي ٱلْمَكَارِمِ،
ظَبْطُ ٱللِّسَانِ مَلَكٌ وَإِطْلَاقُهُ هَلَكٌ،
ظَبْطُ ٱلنَّفْسِ عِنْدَ حَادِثَاتِ ٱلْغَضَبِ يُؤْمِنُ مَوَاقِعَ ٱلْعَطَبِ،
ظَفِرَ بِغَرْحَةِ ٱلْبُشْرَي مَنْ أَعْرَضَ عَنْ زَخَارِفِ ٱلدُّنْيَا،

حَرْفُ ٱلْعَيْنِ

عَلَيْكَ بِٱلْآخِرَةِ تَأْتِكَ ٱلدُّنْيَا صَاغِرَةً،
عَلَيْكَ بِٱلْحِكْمَةِ فَإِنَّهَا حِلْيَةٌ فَاخِرَةٌ،
عَلَيْكَ بِٱلْمُشَاوَرَةِ فَإِنَّهَا آيَةُ ٱلْحَزْمِ،
عَلَيْكَ بِٱلرِّضَي فِي ٱلشِّدَّةِ وَٱلرَّخَآءِ، عَلَيْكَ بِٱلشُّكْرِ فِي ٱلسَّرَآءِ وَٱلضَّرَآءِ،
عَلَيْكَ بِٱلْأَدَبِ فَإِنَّهُ زَيْنُ ٱلْحَسَبِ،
عَلَيْكَ بِٱلْبَشَاشَةِ فَإِنَّهَا حِبَالَةُ ٱلْمَحَبَّةِ،
عَلَيْكَ بِلُزُومِ ٱلصَّمْتِ فَإِنَّهُ يُزِيلُكَ ٱلسَّلَامَةَ وَيُؤْمِنُكَ ٱلنَّدَامَةَ،
عَلَيْكَ بِإِخْوَانِ ٱلصَّفَآءِ فَإِنَّهُمْ زِينَةٌ فِي ٱلرَّخَآءِ وَعَوْنٌ فِي ٱلْبَلَآءِ،

S. 269. et 270. Loco ظَبْطُ in initio legendum puto ضَبْطُ atque has duas fententias

Umbra generoſi vitam præbet commodam et lautam; umbra *vero* ignobilis vitam moleſtam et peſtiferam.

Umbra Dei O. M. in reſurrectionis die erit ei, qui eandem *umbram aliis* præbuerit in hac vita.

Continere ſe ab iis, quæ in hominum manibus ſunt, αὐτάρκεια laudabilis eſt.

Hominis bonitas in eo ſita, quod ſe cohibeat a rebus vetitis, properetque ad virtutes præclaras.

Conſtringere linguam ſuam regnum; eandem *vero* laxare pernicies *eſt*.

Cohibere animum ſuum in initiis iracundiæ tutum reddit a præcipitationibus in exitium.

Exhilarantis lætitiæ particeps fit, qui declinat a blanditiis mundanis.

LITERA AIN.

Te decet operam dare vitæ alteri, tunc mundus tibi res parva erit.

Te decet operam dare ſapientiæ, eſt enim ornamentum præſtantiſſimum.

Tuum eſt aliorum uti conſilio, hoc enim circumſpectionis *eſt*.

Te decet contentum eſſe in anguſtia et amplitudine opum, nec non grato eſſe animo in lætitia et adverſitate.

Te decet operam dare bonis moribus, ſunt enim ornamentum exiſtimationis.

Te decet operam dare exporrectioni frontis, eſt enim amoris vinculum.

Te decet adhærere ſilentio, hoc enim pacem tibi conciliabit, et tutum te præſtabit a pœnitentia.

Te decet operam dare amicis ſinceris, ſunt enim ornamentum in proſpera et auxilium in adverſa fortuna.

---

locarem potius ſub litera ض. S. 272. عليك fortaſſe ſubintelligitur verbum الصاق *operam dare*, pp. *adhæreſcere*, quod conſtruitur cum ب rei.

عِنْدَ تَنَاهِي ٱلشِّدَّةِ يَكُونَ ٱلْفَرَجُ، 280
عِنْدَ نُزُولِ ٱلشِّدَّةِ تُظْهَرُ فَضَايِلُ ٱلْإِنْسَانِ،
عِنْدَ ٱلْإِمْتِحَانِ يُكَرَّمُ ٱلْمَرْءُ أَوْ يُهَانُ،
عِنْدَ ٱلْحِيرَةِ تُسْتَكْشَفُ عُقُولُ ٱلرِّجَالِ،
عِنْدَ حُضُورِ ٱلْآجَالِ ظُهُورُ خَيْبَةِ ٱلْآمَالِ،
عَجِبْتُ لِعَامِرِ دَارِ ٱلْفَنَآءِ وَتَرَكَ دَارَ ٱلْبَقَآءِ، 285
عَجِبْتُ لِغَافِلٍ وَٱلْمَوْتُ يَطْلُبُهُ،
عَجِبْتُ لِمَنْ يَنْشُدُ ضَالَّتَهُ وَقَدْ أَضَلَّ نَفْسَهُ وَلَا يَطْلُبُهَا،
عَجِبْتُ لِمَنْ يَظْلِمُ نَفْسَهُ كَيْفَ يُنْصِفُ غَيْرَهُ،
عَجِبْتُ لِمَنْ يَجْهَلُ نَفْسَهُ كَيْفَ يَعْرِفُ رَبَّهُ،
عَجِبْتُ لِمَنْ شَكَّ فِي ٱللَّهِ وَهُوَ يَرَي خَلْقَهُ، 290
عِلْمٌ بِلَا عَمَلٍ كَقَوْسٍ بِلَا وَتَرٍ،
عَبْدُ ٱلشَّهْوَةِ أَذَلُّ مِنْ عَبْدِ ٱلرِّقِّ،
عَبْدُ ٱلْمَطَامِعِ أَسِيرٌ لَا يُفَكُّ أَسْرُهُ،
عَثْرَةُ ٱللِّسَانِ تَأْتِي عَلَي ٱلْمُهْجَةِ،
عِظْمُ ٱلْخَالِقِ فِي نَفْسِكَ يُصْغِرُ ٱلْمَخْلُوقَ فِي عَيْنِكَ، 295
عَذِّبْ حُسَّادَكَ بِٱلْإِحْسَانِ إِلَيْهِمْ وَأَصْلِحْ أَعْدَايَكَ بِٱلتَّغَضُّلِ عَلَيْهِمْ،

S. 283. تستكشف. Ita lego pro تُسْتَشْكَفُ uti in Cod. MS. scribitur.

Quum anguſtia ad ſummum pervenerit terminum, liberatio erit.

Quum anguſtia incidat, manifeſtantur virtutes hominum.

Tempore probationis honorabitur vel contemnetur homo.

Tempore perturbationis (*negotiorum publicorum*) manifeſta fit virorum prudentia.

Cum immineat mors, apparet fruſtratio ſpei.

Miror eum, qui domum evaneſcentiæ inſtaurat, durationis vero domum derelinquit.

Miror eum, qui ſocors eſt, quum mors eum quærat.

Miror eum, qui animal amiſſum quærit, et interea animam ſuam aberrare ſinit, nec eam quærit.

Miror eum, qui ſemet ipſe injuria afficit, quomodo juſte acturus ſit cum altero.

Miror eum, qui ſemet ipſe ignorat, quomodo Dominum ſuum ſit cogniturus.

Miror eum, qui dubitat de Deo, cum videat creaturas ejus.

Scientia ſine praxi eſt inſtar arcus ſine nervo.

Servus voluptatum vilior eſt homine in ſervitutem redacto.

Servus concupiſcentiarum captivus eſt, nec ſolvuntur ejus vincula.

Offenſio linguæ cordis ſanguinem perdit.

Magnificentia Creatoris in anima tua creaturas diminuet in oculo tuo.

Caſtiga invidos tuos benefaciendo iis, et hoſtes tuos emenda bene de iis merendo.

عَفْوُ ٱللَّبِيبِ عَنْ كَثِيرِ ٱلذَّنْبِ أَهْوَنُ عَلَيْهِ مِنَ ٱلْمُكَافَأَةِ عَلَى صَغِيرِ ٱلْإِحْسَانِ،

عَيِيٌّ صَادِقٌ خَيْرٌ مِنْ بَلِيغٍ كَاذِبٍ،

عَدَاوَةُ ٱلْعَاقِلِ خَيْرٌ مِنْ صَدَاقَةِ ٱلْجَاهِلِ،

عِظَمُ ٱلْجَسَدِ وَطُولُهُ لَا يَنْفَعُ إِذَا كَانَ ٱلْقَلْبُ خَاوِيًا، 300

عَارُ ٱلْفَضِيحَةِ يُكَدِّرُ ٱللَّذَّةَ،

عَاشِرْ أَهْلَ ٱلْفَضَايِلِ تُنْبَلْ،

عَيْنُ ٱلْمُحِبِّ عَمِيَّةٌ عَنْ عَيْبِ ٱلْمَحْبُوبِ وَأُذُنُهُ صَمَّاءُ عَنْ قَبِيحِ مَا يَسْمَعُ فِيهِ،

عَدَاوَةُ ٱلْأَقَارِبِ أَمَسُّ مِنْ لَسْعِ ٱلْعَقَارِبِ،

حَرْفُ ٱلْغَيْنِ

غَايَةُ ٱلدِّينِ ٱلْإِيمَانُ، غَايَةُ ٱلْإِيمَانِ ٱلْإِيقَانُ، 305

غَايَةُ ٱلْمَعْرِفَةِ إِنْ يَعْرِفَ ٱلْمَرْءُ نَفْسَهُ،

غَايَةُ ٱلْعَدْلِ إِنْ يَعْدِلَ ٱلْإِنْسَانُ فِي نَفْسِهِ،

غَايَةُ ٱلْمُرُوَّةِ إِنْ يَسْتَحْيِيَ ٱلْمَرْءُ مِنْ نَفْسِهِ،

غِنَى ٱلْمُؤْمِنِ بِٱللَّهِ،

غَيْرُ مُدْرِكٍ لِلدَّرَجَاتِ مَنْ أَطَاعَ ٱلْعَادَاتِ، 310

S. 297. عن كثير. Ita lego loco عَلَى كثير. Radix enim عَفَا conſtruitur cum عن.

Homini ſordido levius eſt multa crimina condonare, quam pauca beneficia compenſare.

Blæſus, qui vera loquitur, melior eſt facundo, qui mentitur.

Sapientis inimicitia melior eſt, quam amicitia ſtulti.

Corporis craſſities et longitudo ejus non proſunt, cum cor ſit vacuum (*domus collapſa*).

Pudor ob rem turpem turbidam reddit vitæ jucunditatem.

Familiariter converſare cum hominibus qui virtutem colunt, et nobilitaberis.

Oculus amoris cæcus eſt in vitiis amaſii, aureſque ejus ſurdæ, cum turpe quid de eo audiant.

Inimicitia propinquorum magis nocet, quam aculei ſcorpionum.

LITERA GAIN.

Culmen religionis fides; culmen fidei perſuaſio.

Culmen cognitionis eſt, ſi quis ſemet ipſe noſcat.

Culmen juſtitiæ eſt, ſi homo ſecum ipſe juſte agat.

Culmen virilis animi eſt, ſi vir ſui ipſius pudore afficiatur.

Divitiæ pii in Deo *ſunt*.

Dignitatis gradum non aſſequitur, qui receptæ conſuetudini obediens eſt.

S. 303. Loco واذنه fortaſſe legendum واذناء.

غَلَبَةُ ٱلشَّهْوَةِ أَعْظَمُ هُلْكٍ وَمَلْكُهَا أَعْظَمُ مُلْكٍ،
غَلَبَةُ ٱلْهَزْلِ يُبْطِلُ ٱلْجِدَّ،
غَالِبِ ٱلْهَوَى مُغَالِبَةَ ٱلْخَصْمِ خَصْمَهُ وَحَارِبْهُ مُحَارَبَةَ ٱلْعَدُوِّ عَدُوَّهُ لَعَلَّكَ تَهْلِكُهُ،
غَرَضُ ٱلْعَاقِلِ إِصْلَاحُ ٱلْمَعَادِ،
غِنَى ٱلْعَاقِلِ فِي حِكْمَتِهِ، غِنَى ٱلْجَاهِلِ فِي قِنْيَتِهِ، 315
غَدَاةُ ٱلدُّنْيَا سِهَامٌ وَأَسْبَابُهَا رِمَامٌ،
غَايِبُ ٱلْمَوْتِ أَقْرَبُ قَادِمٍ،
غَوْصُ ٱلْغِطَنِ لَا تُبْلُغُهُ وَبَعْدَ ٱلْهِمَمِ لَا تَدْرُكُهُ،
غَضَبُ ٱلْمَلُوكِ رَسُولُ ٱلْمَوْتِ،

حَرْفُ ٱلْغَاءِ

فِي ٱلذِّكْرِ حَيَاةُ ٱلْقُلُوبِ، فِي رِضَى ٱللَّهِ نَيْلُ ٱلْمَطْلُوبِ، 320
فِي مُجَاهَدَةِ ٱلنَّفْسِ كَمَالُ ٱلصَّلَاحِ، فِي ٱلْعَمَلِ لِدَارِ ٱلْبَقَاءِ نَيْلُ ٱلْفَلَاحِ،
فِي ٱلْمَوْتِ غِبْطَةٌ أَوْ نَدَمَةٌ، فِي ٱلْفَوْتِ حَسْرَةٌ أَوْ مَلَامَةٌ،
فِي كُلِّ نَفْسٍ مَوْتٌ، فِي كُلِّ وَقْتٍ فَوْتٌ،
فِي ٱلْقَنَاعَةِ يَكُونُ ٱلْغِنَى، فِي ٱلْحِرْصِ يَكُونُ ٱلْعَنَاءُ،

S. 315. Loco في حكمته alibi legitur بعلمه et بماله pro في قنيته.

Victoria cupiditatis libidinoſæ exitium graviſſimum; eam vero ſubire ſupremum dominium eſt.

Quum joci prævalent, fruſtra ſunt res ſeriæ.

Certa contra cupiditatem, uti adverſarius contra adverſarium ſuum certat; et oppugna eam, uti hoſtis hoſtem oppugnat; forſan tunc eam ſubiges.

Scopus ſapientis eſt ſe ad extremum judicii diem parare.

Sapientis divitiæ in ſapientia ſua, inſipientis vero in poſſeſſione ſua.

Cibus mundi venenum, ejuſque ſupellex putredo.

Qui ſe abſcondit a morte, proximus eſt *eorum*, qui obviam ei eunt.

Ad fundum intelligentiarum nunquam pervenies, curarumque profunditatem non aſſequeris.

Ira regum mortis nuntius.

LITERA FE.

Dei laudatio vitam præbet cordibus; in beneplacito divino conſecutio votorum.

Contra ſe ipſum certare ſumma eſt perfectio; operari pro domo perenni (*vita futura*) ducit ad felicitatem.

In morte eſt felicitas aut pœnitentia, et in elapſa occaſione ſuſpirium aut opprobrium.

Omnis anima morti expoſita eſt, quæ inſtat omni tempore.

Αὐτάρκεια divitias poſſidet, aviditas vero ſollicitudines parit.

فِي تَصَارِيفِ ٱلْأَحْوَالِ تُعْلَمُ جَوَاهِرُ ٱلرِّجَالِ، فِي غُرُورِ ٱلْآمَالِ
يَكُونُ ٱنْقِضَاءُ ٱلْآجَالِ ؛

فِي ٱلشِّدَّةِ تَتَبَيَّنُ مَوَدَّةُ ٱلصَّدِيقِ، فِي ٱلضَّيْقِ يُظْهِرُ حُسْنَ
مَوَاسَاةِ ٱلصَّدِيقِ ؛

فِي شُكْرِ ٱلنِّعَمِ دَوَامُهَا، فِي كُفْرِ ٱلنِّعَمِ زَوَالُهَا ؛

فِي ٱلدُّنْيَا عَمَلٌ وَلَا حِسَابٌ، فِي ٱلْآخِرَةِ ٱلْحِسَابُ وَلَا عَمَلٌ ؛

فِي ٱلْٱسْتِشَارَةِ عَيْنُ ٱلْهِدَايَةِ،

فِي ٱلْعَدْلِ سَعَةٌ وَمَنْ ضَاقَ عَلَيْهِ ٱلْعَدْلُ فَٱلْجَوْرُ عَلَيْهِ أَضْيَقُ،

فَقْدُ ٱلْبَصَرِ أَهْوَنُ مِنْ فَقْدِ ٱلْبَصِيرَةِ،

فَقْدُ ٱلنَّفْسِ شَرُّ ٱلْفَقْرِ،

فَسَادُ ٱلْبَهَاءِ ٱلْكَذِبُ،

فَاقَةُ ٱلْكَرِيمِ أَحْسَنُ مِنْ غِنَى ٱللَّئِيمِ،

فَوْتُ ٱلدُّنْيَا غَنِيمَةُ ٱلْأَكْيَاسِ وَحَسْرَةُ ٱلْحَمْقَى،

فَقْدُ ٱلرُّؤَسَاءِ أَهْوَنُ مِنْ رِيَاسَةِ ٱلسِّفْلِ،

حَرْفُ ٱلْقَافِ

قَدْ يَزِلُّ ٱلْحَكِيمُ، قَدْ يَرْهَقُ ٱلْحَلِيمُ،

قَدْ يَبْعُدُ ٱلْقَرِيبُ، قَدْ يَلِينُ ٱلصَّلِيبُ ؛

S. 331. البَصَرِ. Ita lego loco الصَّبْرِ. S. 336. السُّفْلِ. Forfan legendum سُفَلِ collect.

In fortunarum viciſſitudinibus virorum indoles cognoſcitur, et in vana ſpei lactatione conſummatio mortis eſt.

In afflictione manifeſtatur amor amici, et in anguſtia conſolationis ejus præſtantia oſtenditur.

Gratus animus continuat beneficia; ingratus ea facit ceſſare.

In hac vita opus eſt, non vero rationum exactio; in altera vero hæc, ſed non illud locum habet.

In deliberatione cum alio directionis oculus (*optima directio*) eſt.

In juſtitia amplitudo, et cui arcta eſt juſtitia, hunc magis arctabit injuſtitia, (ſcil. *injuſtitiæ pœna.*)

Defectus oculorum levior eſt defectu perſpicaciæ.

Defectus animæ paupertas peſſima *eſt.*

Corruptela decoris mendacium.

Egeſtas generoſi pulchrior eſt divitiis ſordidi.

Amiſſio rerum mundanarum ſagacium præda; ſtultorum vero ſuſpirium.

Defectus magiſtratuum levior eſt quam plebis dominium.

LITERA KAF.

Aliquando cæſpitat ſapiens; aliquando difficilis eſt manſuetus.

Aliquando propinquus longius abeſt; aliquando durus mollis fit.

---

a ſing. سفلي. S. 337. In Cod. MS. الحكيم et الحليم male tranſponuntur.

قَدْ يَغُشُّ ٱلْمُنْتَصِحُ، قَدْ يَنْصَحُ غَيْرُ ٱلنَّاصِحِ،
قَدْ يَتَرَبَّا بِٱلْحِلْمِ غَيْرُ ٱلْحَلِيمِ، قَدْ يَقُولُ ٱلْحِكْمَةَ غَيْرُ ٱلْحَكِيمِ،
قَدْ أَمَرَّ مِنَ ٱلدُّنْيَا مَا كَانَ حُلْوًا وَكَدَرَ مِنْهَا مَا كَانَ صَفْوًا،
قَلِيلٌ أَدَبٌ خَيْرٌ مِنْ كَثِيرِ ٱلنَّسَبِ،
قَلِيلٌ مِنَ ٱلْإِخْوَانِ مَنْ يُنْصِفُ،
قِلَّةُ ٱلْأُكْلِ يَمْنَعُ كَثِيرًا مِنْ أَعْلَالِ ٱلْجِسْمِ،
قِلَّةُ ٱلْكَلَامِ يَسْتُرُ ٱلْعَوَارَ وَيُؤْمِنُ ٱلْعِثَارَ،
قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ،
قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ وَرَاءَ لِسَانِهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ وَرَاءَ قَلْبِهِ،
قُلِ ٱلْحَقَّ وَإِنْ كَانَ عَلَيْكَ،
قَلِيلُ ٱلْحَقِّ يَدْفَعُ كَثِيرَ ٱلْبَاطِلِ كَمَا إِنَّ قَلِيلَ ٱلنَّارِ يَحْرِقُ كَثِيرَ ٱلْحَطَبِ،
قَدِّرْ ثُمَّ ٱقْطَعْ وَفَكِّرْ ثُمَّ ٱنْطِقْ وَتَبَيَّنْ ثُمَّ أَعْمَلْ
قَطِيعَةُ الرَّحِمِ يُزِيلُ ٱلنِّعَمَ،
قَلِيلٌ يَكْفِي خَيْرٌ مِنْ كَثِيرٍ يُطْغِي،
قَوِّمْ لِسَانَكَ تَسْلَمْ،
قَرِينُ ٱلشَّهْوَةِ مَرِيضُ ٱلنَّفْسِ مَعْلُولُ ٱلْعَقْلِ،
قَبِيحٌ عَاقِلٌ خَيْرٌ مِنْ حُسْنِ جَاهِلٍ،

Aliquando fidelis monitor decipit; aliquando infidus monitor recte admonet.

Aliquando quis oſtentat manſuetudinem, qui non eſt manſuetus; aliquando quis loquitur ſapientiam, qui non eſt ſapiens.

Aliquando amarum fit in mundo, quod erat dulce; atque in eo turbatur, quod erat limpidum.

Pauca morum civilitas præſtat nobilitati multæ.

Pauci admodum ſunt fratres, qui juſte et ex æquo agunt.

Modice comedere corporis morbos arcet multos.

Modice loqui tegit vitia, tutumque præſtat a cæſpitatione.

Cor ſtulti in ejus ore, et lingua ſapientis in corde ejus *eſt*.

Cor ſtulti poſt linguam ejus; lingua *vero* ſapientis poſt ejus cor ſedet.

Loquere veritatem etſi ſit contra te.

Parum juſti ac veri multam propellit vanitatem, quemadmodum parum ignis multa comburit ligna.

Menſura ſua defini, et dein amputa; attente cogita, et dein loquere; clare et perſpicue vide, et dein operare.

Reſciſſio viſcerum miſericordiæ ceſſare facit gratiam.

Parum quod ſufficit melius eſt quam abundantia, quæ inſolentem facit.

Dirige linguam, ſalvus eris.

Socius cupiditatis mentis æger et intellectu debilis *eſt*.

Sapiens deformis præſtat ſtulto formoſo.

حَرْفُ ٱلْكَافِ

كُلُّ طَامِعٍ أَسِيرٌ، كُلُّ حَرِيصٍ فَقِيرٌ،
كُلُّ مَالِكٍ غَيْرَ ٱللَّهِ مَمْلُوكٌ،
كُلُّ طَيْرٍ يَأْوِي إِلَى شَكْلِهِ،
كُلُّ شَيْءٍ مِنَ ٱلدُّنْيَا سَمَاعُهُ أَعْظَمُ مِنْ عَيَانِهِ،
كُلُّ وِعَآءٍ يَضِيقُ بِمَا جُعِلَ فِيهِ إِلَّا ٱلْعِلْمُ فَإِنَّهُ يَتَّسِعُ،
كَمْ يُفْتَحُ بِٱلصَّبْرِ مِنْ غَلْقٍ،
كَمْ مِنْ حَزِينٍ وَفَدَ بِهِ حُزْنُهُ عَلَى سُرُورِ ٱلْأَبَدِ،
كَمْ مِنْ فَرِحٍ وَفَدَ بِهِ فَرَحُهُ عَلَى حُزْنٍ مُخَلَّدٍ،
كَيْفَ يَتَفَرَّغُ لِعَمَلِ ٱلْآخِرَةِ ٱلْمَشْغُولُ ٱلْقَلْبُ بِٱلدُّنْيَا،
كَيْفَ يَنْجُوا مِنَ ٱللَّهِ هَارِبُهُ، كَيْفَ يَسْلَمُ مِنَ ٱلْهَوْتِ طَالِبُهُ،
كَيْفَ يَهْدِي غَيْرَهُ مَنْ يُضِلُّ نَفْسَهُ،
كَفَى بِٱلْمَرْءِ كَيْسًا إِنْ يَعْرِفْ مَعَايِبَهُ،
كَفَاكَ مُؤَنِّبًا عَلَى ٱلْكَذِبِ عِلْمُكَ أَنَّكَ كَاذِبٌ،
كُنْ قَنِعًا تَكُنْ غَنِيًّا، كُنْ مُتَوَكِّلًا تَكُنْ قَوِيًّا،
كُنْ لِلْمَظْلُومِ عَوْنًا وَلِلظَّالِمِ خَصْمًا،
كُنْ عَالِمًا نَاطِقًا أَوْ مُسْتَمِعًا وَاعِيًا،
كُنْ صَمُوتًا فَإِنَّ ٱلصَّمْتَ زِينَةُ ٱلْعَالِمِ وَسِتْرُ ٱلْجَاهِلِ،

LITERA KEF.

Omnis concupiſcens captivus, et omnis avidus pauper.

Omnis rex præter Deum ſervus eſt.

Omnis avis ſe recipit ad ſui ſimilem.

Cujuſlibet rei mundanæ fama major eſt, quam contemplatio a propinquo.

Omnis loculus arctior fit eo, quod illi imponitur, excepta ſcientia, quæ ſe magis ac magis extendit.

Quot obices aperiuntur patientia!

Quot ſunt triſtes, quorum triſtitia tendit ad lætitiam æternam!

Quot ſunt læti, quorum lætitia tendit ad triſtitiam perennem!

Quomodo quis vacabit vitæ alteri, cujus cor occupatum eſt in rebus mundanis?

Quomodo quis Deum effugiet, qui ipſum fugit? *et* quomodo quis mortem (*perniciem*) evadet, qui eam quærit?

Quomodo quis alium ducet, qui ipſe errat?

Aſtutiæ ſatis eſt homini, ſi noſcat ſua vitia.

Sufficit tibi pro increpatore mendacii tua ipſius conſcientia.

Eſto contentus, eris dives; eſto confidens, potens eris.

Eſto oppreſſo defenſor; oppreſſori vero adverſarius.

Eſto ſapiens, qui facunde loquitur, vel auditor qui memoria retinet.

Eſto taciturnus, ſilentium enim eſt ſapientis decus, et inſipientis velum.

كُنْ مِنَ ٱلْكَرِيمِ عَلَي حِذْرٍ إِنْ أَهَنْتَهُ وَمِنَ ٱللَّئِيمِ إِنْ أَكْرَمْتَهُ وَمِنَ ٱلْفَاجِرِ إِنْ عَاشَرْتَهُ وَمِنَ ٱلْجَاهِلِ إِنْ جَاوَرْتَهُ،

كَلَامُ ٱلرَّجُلِ مِيزَانُ عَقْلِهِ،

كُلُّ عِلْمٍ لَا يُؤَيِّدُهُ عَقْلٌ مَضَلَّةٌ، كُلُّ عَزٍّ لَا يُؤَيِّدُهُ دِينٌ مَذَلَّةٌ،

375

كُلُّ يَومٍ يَسُوقُ إِلَي غَدِهِ،

كُلَّمَا قَارَبْتَ أَجَلًا فَأَحْسِنْ عَمَلًا،

كَمْ مِنْ مَغْتُونٍ بِحُسْنِ ٱلثَّنَآءِ عَلَيْهِ،

كَيْفَ يَرْضِي بِٱلْقَضَآءِ مَنْ سَكَنَ قَلْبَهُ حُبُّ ٱلدُّنْيَا،

كِثْرَةُ ٱلْأُكْلِ يُدْفِنُ وَكِثْرَةُ ٱلسَّرْفِ يُدَمِّرُ،

380

كُونُوا مِنَ أَبْنَآءِ ٱلْآخِرَةِ وَلَا تَكُونُوا مِنَ أَبْنَآءِ ٱلدُّنْيَا فَإِنَّ كُلَّ وَلَدٍ سَيَلْحَقُ بِأُمِّهِ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ،

حَرْفُ ٱللَّامِ

لِكُلِّ حَيٍّ دَآءٌ، لِكُلِّ عِلَّةٍ دَوَآءٌ،

لِكُلِّ أَمْرٍ عَاقِبَةٌ حُلْوَةٌ أَوْ مُرَّةٌ،

لَنْ يُفِيدَ ٱلْأَدَبُ حَتَّي يُقَارِنَهُ ٱلْعَقْلُ، لَنْ يَجْدِيَ ٱلْقَوْلُ حَتَّي يُتَّصَلَ بِٱلْفِعْلِ،

S. 377. عَمَلًا. Sic lego pro مالا uti in Cod. MS. fcribitur.

Cave tibi a generoſo, ſi vilipenderis eum; et a ſordido, ſi honoraveris eum; et ab obſcœno, ſi cum eo ſocietatem iniveris; et a ſtulto, ſi ipſum in clientelam receperis.

Sermo viri intellectus ejus libra.

Omnis ſcientia, intellectu non firmata, error eſt; omniſque gloria, religione non adjuta, dedecus eſt.

Omnis dies labitur ad craſtinam ſuam.

Quo propius accedis ad mortem, eo melius age res tuas.

Quot ſunt, qui tentantur pulchritudine laudis, quæ in eos confertur?

Quomodo quis beneplacitum haberet in morte, in cujus cor inhabitat amor mundi?

Multitudo cibi ſepelit, prodigentiæ vero exitio dat.

Eſtote de filiis vitæ alterius, neque eſtote de filiis mundanis; omnis enim filius matri ſuæ adhærebit reſurrectionis die.

LITERA LAM.

Omni viventi morbus; et omni morbo medicina.

Cuilibet rei finis dulcis vel amarus eſt.

Nequaquam proderit eruditio, niſi intellectus ſit ſocius ejus; nec unquam ſufficiet dictum, niſi praxin conjunctam habeat.

لَنْ يَنْجُوا مِنَ ٱلْمَوْتِ غَنِيٌّ بِكَثْرَةِ مَالِهِ، لَنْ يَسْلَمَ مِنَ ٱلْمَوْتِ فَقِيرٌ لِاقْلَالِهِ،

لَيْسَ مَعَ ٱلْفُجُورِ غِنًى،

لَيْسَ لِقَاطِعِ رَحِمٍ قَرِينٌ لَيْسَ لِبَخِيلٍ حَبِيبٌ،

لَنْ يَفُوتَكَ مَا قُدِّرَ لَكَ فَاجْهَدْ فِي ٱلطَّلَبِ، لَنْ تَدْرُكَ مَا زُوِيَ عَنْكَ فَاجْهَدْ فِي ٱلْمُكْتَسَبِ،

لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْكِرَامِ تَأْخِيرُ ٱلْأَنْعَامِ، لَيْسَ مِنْ عَادَةِ ٱلْأَشْرَافِ تَعْجِيلُ ٱلْانْتِقَامِ،

لَيْسَ بِحَكِيمٍ مَنْ شَكَى ضُرَّهُ إِلَى غَيْرِ رَحِيمٍ، لَيْسَ بِحَكِيمٍ مَنْ جَعَلَ ٱنْبِسَاطَهُ إِلَى غَيْرِ حَمِيمٍ،

لَمْ يَكْتَسِبْ مَالًا مَنْ لَمْ يُصْلِحْهُ،

لَمْ يَأْمُرْكَ ٱللّٰهُ إِلَّا بِحُسْنٍ وَلَمْ يَنْهَكَ إِلَّا عَنْ قَبِيحٍ،

لِلْبَاطِلِ دَوْلَةٌ وَلِلْحَقِّ دَوْلَةٌ،

لِسَانُ ٱلْجَاهِلِ مِفْتَاحُ حَتْفِهِ،

لِلْعَاقِلِ فِي كُلِّ عَمَلٍ إِحْسَانٌ، لِلْجَاهِلِ فِي كُلِّ حَالَةٍ خُسْرَانٌ،

لِلشَّدَائِدِ تُذَّخَرُ ٱلرِّجَالُ،

لِسَانُ ٱلْعِلْمِ ٱلصِّدْقُ، لِسَانُ ٱلْجَهْلِ ٱلْخُرْقُ،

لِسَانُ ٱلصِّدْقِ خَيْرٌ لِلْمُؤْمِنِ مِنَ ٱلْمَالِ يُورِثُهُ مَنْ لَا يَشْكُرُهُ،

Nequaquam a morte liber erit dives multitudine divitiarum ſuarum; nec unquam ab eadem ſalvus erit pauper propter egeſtatem ſuam.

Improbus contentam animi quietem habet nunquam.

Non eſt propinquus ei, qui abrumpit amicitiam, neque amicus avaro.

Nunquam elabetur tibi, quod tibi deſtinatum eſt; igitur patiens eſto in quærendo: nunquam aſſequeris, quod a te remotum eſt; igitur bene utere quæſitis.

Differre beneficia non eſt generoſi hominis; neque hominis eminentis eſt accelerare vindictam.

Non eſt vere ſapiens, qui queritur de anguſtia rerum ſuarum apud immiſericordem; neque vere prudens, qui explicat frontem ſuam apud inimicum ſuum.

Non lucratur opes, qui iis non bene utitur.

Non præcipit tibi Deus aliquid, niſi quod honeſtum eſt; nec interdicit tibi aliquid, niſi quod turpe eſt.

Mendacio æque ac veritati ſuum eſt imperium (ſcil. *ſuæ ſunt vices.*)

Inſipientis lingua mortis ſuæ clavis eſt.

In omni opere pulchre ſe gerit ſapiens; ſtultus *vero* omnibus modis jacturam patitur.

Ad res adverſas reſervantur viri.

Sapientiæ lingua veracitas; ſtultitiæ *vero* ſtupor (*mendacium*).

Homini pio melior eſt lingua verax, quam opes, quas relinquere cogitur hæredi ingrato.

لِيَكُنْ أَوْثَقَ ٱلنَّاسِ لَدَيْكَ ٱنْطِقُهُمْ بِٱلصِّدْقِ،

حَرْفُ ٱلْبِيمِ

مَنْ عَمِلَ بِٱلْحَقِّ غَنِمَ، مَنْ رَكِبَ ٱلْبَاطِلَ نَدِمَ،
مَنْ سَأَلَ عَلِمَ،
مَنْ حَسُنَ ظَنُّهُ أَهْمَلَ، مَنْ سَاءَ ظَنُّهُ تَأَمَّلَ،
مَنْ تَوَقَّرَ وُقِرَ، مَنْ تَكَبَّرَ حُقِرَ،
مَنِ ٱسْتَحْيَى حُرِمَ،
مَنْ تَعَجَّلَ يَعْثُرْ
مَنْ تَكَبَّرَ فِي سُلْطَانِهِ صَغَّرَهُ، مَنْ مَنَّ بِإِحْسَانِهِ كَدَّرَهُ،
مَنِ ٱسْتَشَارَ ٱلْعَاقِلَ مَلَكَ، مَنِ ٱسْتَبَدَّ بِرَأْيِهِ هَلَكَ،
مَنْ أَكْرَمَ نَفْسَهُ أَهَانَتْهُ، مَنْ وَثِقَ بِنَفْسِهِ خَانَتْهُ،
مَنْ حَسَبَ نَفْسَهُ رَبِحَ،
مَنْ خَادَعَ ٱللَّهَ خُدِعَ،
مَنْ ظَلَمَ يَتِيمًا عَقَّ أَوْلَادَهُ، مَنْ بَغَى نَصَرَ أَضْدَادَهُ،
مَنْ أَفْحَشَ شَغَا حُسَّادَهُ،
مَنِ ٱسْتَنْصَحَكَ فَلَا تَغُشَّهُ، مَنْ وَعَظَكَ فَلَا تُوحِشْهُ،
مَنْ نَدِمَ فَقَدْ تَابَ،

S. 408. اهانت in fœm. gen. quia pertinet ad نَفْسٌ. S. 413. Cod. MS. l. توحّش.

Ut homines tibi confidant, loquere veritatem.

LITERA MIM.

Qui operam dat veritati, prædam aufert opimam; qui *vero* mendacium equitat, pœnitentia ducitur.

Qui rogat, diſcit.

Qui bene opinatur *de aliis*, libere pergit, *nihil mali metuens*; qui vero male opinatur, continue circumſpicit.

Qui modeſte ſe gerit, honoratur; qui *vero* ſuperbit, contemnitur.

Qui verecundia afficitur, venerabilis eſt.

Qui feſtinat, cæſpitat.

Qui ſemet effert propter imperium ſuum, diminuet illud; et qui exprobrat beneficentiam ſuam, turbidam reddit eam.

Qui ſapientem conſulit, regnat; qui vero in conſilio ſuo ſolus verſatur, perit.

Qui honorat animum ſuum, hunc *ipſe ille animus* exponit contemtui; qui animo ſuo confidit, hunc decipit.

Qui cum ſe ipſo computum init, quæſtum facit.

Qui Deum fallere ſtudet, fallitur.

Qui orphanum injuria afficit, rebellis eſt contra filios ſuos; et qui injuſtum et inſolentem ſe gerit, adverſarios ſuos juvat.

Qui turpia loquitur, medicatur invidis ſuis.

Qui te conſilium rogat, eum ne decipias; neque mœrore afficias eum, qui te exhortatur.

Qui pœnitentia ducitur, ſane jam reſipuit.

S. 414. تَابَ. Ita lego loco طَابَ.

مَنْ أَطَاعَ نَفْسَهُ تَتْلَفُهَا، مَنْ عَصَى نَفْسَهُ وَصَلَهَا،
مِنْ طَبَايِعِ ٱلْأَغْمَارِ ٱنْغَابُ ٱلنُّفُوسِ فِي ٱلْاِحْتِكَالِ،
مِنْ حَقِّ ٱلرَّاعِي أَنْ يَخْتَارَ لِرَعِيَّتِهِ مَا يَخْتَارُهُ لِنَفْسِهِ،
مِنْ حَقِّ ٱلْمَلِكِ أَنْ يَسُودَ نَفْسَهُ قَبْلَ جُنْدِهِ،
مِنْ حَقِّ ٱلْعَاقِلِ أَنْ يَقْهَرَ هَوَاهُ قَبْلَ ضِدِّهِ،
مِنْ حَقِّ ٱلْعَاقِلِ أَنْ يَعُدَّ سَوْءَ عَمَلِهِ وَسِيرَتِهِ مِنْ شَقَاوَتِهِ وَنَحْسِهِ،
مِنْ كَمَالِ ٱلْكَرَمِ تَعْجِيلُ ٱلْمَثُوبَةِ، مِنْ كَمَالِ ٱلْحِلْمِ تَأْخِيرُ ٱلْعُقُوبَةِ،
مِنْ كُنُوزِ ٱلْإِيمَانِ ٱلصَّبْرُ عَلَى ٱلْمَصَائِبِ،
مِنْ طَبَائِعِ ٱلْجَهَّالِ ٱلتَّسَرُّعُ إِلَى ٱلْغَضَبِ فِي كُلِّ حَالٍ،
مِنْ أَعْظَمِ ٱلشَّقَاوَةِ ٱلْقَسَاوَةُ، مِنْ أَقْبَحِ ٱلشِّيَمِ ٱلْغَبَاوَةُ،
مِنْ أَفْضَلِ ٱلْمَكَارِمِ تَحَمُّلُ ٱلْمَغَارِمِ،
مَا حَقَرَ نَفْسَهُ إِلَّا عَاقِلٌ، مَا أَعْجَبَ بِرَأْيِهِ إِلَّا جَاهِلٌ،
مَا مَاتَ مَنْ أَحْيَا عِلْمًا،
مَا آمَنَ بِٱللَّهِ مَنْ سَكَنَ ٱلشَّكُّ قَلْبَهُ،
مُجَالَسَةُ ٱلْأَبْرَارِ تُوجِبُ ٱلشَّرَفَ، مُصَاحَبَةُ ٱلْأَشْرَارِ تُوجِبُ ٱلتَّلَفَ،

S. 416. انغاب refero ad rad. نغب.

Qui animæ ſuæ morem gerit, occidit eam; qui vero ei ſe opponit, propitius eſt ei.

Ingurgitare ſe in res obſcuras et perplexas imperitorum eſt.

Paſtoris eſt gregi ſuo eligere, quod ſibi eligit.

Oportet regem prius ſe ipſum, quam milites ſuos regere.

Æquum eſt ſapienti, ut prius cupiditatem ſuam quam adverſarium vincat.

Oportet ſapientem pravas ſuas actiones vitæque ſuæ modum referre in numerum calamitatum ſuarum.

Summa liberalitas eſt accelerare præmia; et ſumma manſuetudo differre pœnas.

Inter fidei theſauros patientia eſt in adverſis.

Qualibet in re ſubito commoveri ad iram ſtultorum indoles eſt.

Maxima miſeria eſt obduratio cordis, turpiſſimaque indoles ſocordia.

Præſtantiſſima generoſitas eſt miſericordia affici erga obæratos.

Non contemnit ſe niſi ſapiens, neque acquieſcit in conſilio ſuo niſi ſtultus.

Non moritur, qui vivere facit ſcientiam.

Non credit in Deum, in cujus corde habitat dubitatio.

Piorum conſortium celſitatis animi, malorum *vero* perniciei cauſa eſt.

مَرَارَةُ ٱلدُّنْيَا حَلَاوَةُ ٱلْآخِرَةِ،
مَرَارَةُ ٱلنُّصْحِ أَنْفَعُ مِنْ حَلَاوَةِ ٱلْغَشِّ،
مَوْتَاتُ ٱلدُّنْيَا أَهْوَنُ مِنْ مَوْتَاتِ ٱلْآخِرَةِ،
مَلُوكُ ٱلدُّنْيَا وَٱلْآخِرَةِ ٱلْغُغَرَاءُ ٱلرَّاضُونَ، مَلُوكُ ٱلْجَنَّةِ ٱلْأَتْقِيَاءُ ٱلْمُخْلِصُونَ،
مَوَدَّةُ ٱلْأَحْمَقِ تَزُولُ كَمَا يَزُولُ ٱلسَّرَابُ،

حَرْفُ ٱلنُّونِ

نِعْمَ قَرِينُ ٱلسَّخَاءِ ٱلْحَيَاءُ،
نِعْمَ ٱلْحَاجِزُ عَنِ ٱلْمَعَاصِي ٱلْخَوْفُ،
نِعْمَ ٱلطَّارِدُ لِلْهَمِّ ٱلرِّضَاءُ بِٱلْقَضَاءِ،
نِعْمَ ٱلْإِدَامُ ٱلْجُوعُ،
نُعْمُ ٱلْجُهَالِ كَرَوْضَةٍ عَلَى مَزْبَلَةٍ،
نَوْمٌ عَلَى يَقِينٍ خَيْرٌ مِنْ صَلَاةٍ فِي شَكٍّ،
نَزِّهْ نَفْسَكَ عَنْ كُلِّ دَنِيَّةٍ وَإِنْ سَاقَتْكَ إِلَى ٱلرَّغَائِبِ،
نَصْحُكَ بَيْنَ ٱلْمَلَاءِ تَقْرِيعٌ،
نَظَرُ ٱلْبَصَرِ لَا يُجْدِي إِذَا عَمِيَتِ ٱلْبَصِيرَةُ،
نِظَامُ ٱلْكَرَمِ خَصْلَتَانِ إِنْصَافُكَ مِنْ نَفْسِكَ وَمُوَاسَاةُ إِخْوَانِكَ،

S. 436. الخوف. Cod. MS. l. الحوف.

Amaritudo vitæ hujus dulcedo alterius.

Sinceræ admonitionis amaritudo utilior eſt dulcedine perſuaſionis falſæ.

Mortes vitæ hujus leviores ſunt, quam mortes alterius.

Reges vitæ hujus et alterius pauperes contenti; reges vitæ Paradiſi pii ſinceri ſunt.

Inſipientis amor dimovetur veluti vapor camporum meridianus.

LITERA NUN.

Euge præclara liberalitatis ſocia eſt verecundia!

Quam potens rebellionis obex eſt metus!

Quam egregie animi ſollicitudines propulſat acquieſcentia in decreto Dei!

Quale opſonium fames!

Proſperitas ſtultorum eſt inſtar horti ſuper ſterquilinio.

Somnus cum fiducia melior eſt, quam precatio cum dubitatione.

Cohibe animam tuam ab omni vitio, etſi impellat te ad res expetitas.

Primoribus viris conſilium dare velle exponit verberibus.

Viſio oculorum non prodeſt, quum cæca ſit mentis perſpicacia.

Duplici ratione acquiritur honor juſte agendo, et adjuvando fratres ſuos.

نَاظِرُ قَلْبِ ٱلْبَيْتِ بِهِ يَبْصُرُ أَمَدَهُ وَيَعْرِفُ غَوْرَهُ وَنَجْدَهُ، 445
نَغَاقُ ٱلْمَرْءِ مِنْ ذُلٍ يَجِدُهُ فِي نَفْسِهِ،
نَزِّهْ عَنْ كُلِّ دَنِيَّةٍ نَفْسَكَ وَٱبْذُلْ فِي ٱلْمَكَارِمِ جُهْدَكَ تَخْلُصُ مِنَ ٱلْمَأْثَمِ وَتَحْرُزُ ٱلْمَكَارِمَ،
نَكِيرُ ٱلْجَوَابِ مِنْ نَكِيرِ ٱلْخِطَابِ،
نَالَ ٱلْغِنَى مِنْ رِزْقٍ ثَلَاثًا ٱلْقَنَاعَةُ بِمَا أُوتِيَ وَٱلْيَأْسُ مِمَّا فِي أَيْدِي ٱلنَّاسِ وَٱلرِّضَى بِٱلْقَضَاءِ،
نَزِّهْ نَفْسَكَ عَنِ ٱلشُّبَهَاتِ وَأَمَاكِنِ ٱلرِّيَبِ ٱلْمُوبِقَاتِ، 450
نِظَامُ ٱلدِّينِ فِي مُخَالَفَةِ ٱلْهَوَى وَٱلتَّنَزُّهِ عَنِ ٱلدُّنْيَا،

حَرْفُ ٱلْهَاءِ

هَدَى ٱللَّهِ أَحْسَنُ ٱلْهَدَى،
هَدَى مَنْ أَشْعَرَ قَلْبَهُ ٱلْيَقِينُ وَنَفْسَهُ ٱلتَّقْوَى،
هَدَى مَنْ أَطَاعَ رَبَّهُ وَخَافَ ذَنْبَهُ،
هَلَكَ مَنْ رَضِيَ عَنْ نَفْسِهِ وَوَثِقَ بِكُلِّ مَا تُسَوِّلُهُ، 455
هَلَكَ مَنَ ٱدَّعَى وَخَابَ مَنِ ٱفْتَرَى،
هَلَكَ ٱمْرُؤٌ لَا يَعْرِفُ قَدْرَهُ،
هَلَكَ خُزَّانُ ٱلْأَمْوَالِ وَهُمْ أَحْيَاءٌ وَٱلْعُلَمَاءُ بَقُونَ مَا بَقِيَ ٱللَّيْلُ وَٱلنَّهَارُ أَعْيَانُهُمْ مَفْقُودَةٌ وَأَمْثَالُهُمْ فِي ٱلْقُلُوبِ مَوْجُودَةٌ،

S. 456. وخَابَ pro وخبب.

Contemplator mediæ partis domus videt extenſionem ejus, ſimulque intelligit profunditatem et altitudinem ejus.

Hypocriſis viri oritur ex vilitate, quam in anima ſua invenit.

Cohibe animam tuam ab omni vitio, ſtudiumque tuum actionibus generoſis prolixe impende; tunc liber eris ab iniquitate, et virtutes præclaras cuſtodies.

Durum reſponſum ex duro alloquio oritur.

Tribus modis αὐτάρκεια in victu acquiritur; animo contento eſſe in iis quæ donantur; deſperando de iis quæ in hominum manibus ſunt; et acquieſcendo in decreto divino.

Cohibe animam tuam a rebus dubiis, et a locis ſcandalorum pernicioſorum.

Adverſari cupiditati et integrum eſſe a rebus mundanis monile religionis eſt.

LITERA HE.

Ductus Dei eſt ductus optimus.

Recte inſtituit viam ſuam is, cujus cordi fiducia et animæ timor Dei inhærent.

Recte inſtituit viam ſuam, qui Domino ſuo obſequens eſt, et metuit peccata ſua.

Perit qui ſibi placet, et in omni re, quam ſibi fingit, fiduciam ponit.

Perit qui gloriatur, et fruſtratur qui mendacium fingit.

Perit vir, qui non noſcit pretium ſuum.

Pereunt divitiarum cuſtodes, dum vivunt; ſapientes vero permanent, quamdiu nox et dies durabunt; perſonæ quidem eorum deſiderantur; adagia autem (*imagines*) eorum in cordibus remanent.

هَلْ يَنْظِرُ أَهْلُ ٱلْغَضَاضَةِ ٱلشَّبَابَ إِلَّا حَوَانِي ٱلْهَرَمِ،
هَلْ يَنْظِرُ أَهْلُ ٱلْغَضَارَةِ ٱلصِّحَّةَ إِلَّا نَوَازِلَ ٱلسُّقْمِ، 460
هَلْ يَنْظِرُ أَهْلُ مَدَّةِ ٱلْبَقَآءِ إِلَّا أَوِنَةَ ٱلْفَنَآءِ مَعَ قُرْبِ ٱلزَّوَالِ وَأُزُوفِ ٱلِٱنْتِقَالِ،
هَيْهَاتَ لَوْ لَا ٱلتُّقَى لَكُنْتُ أَدْهَى ٱلْعَرَبِ،
هَيْهَاتَ مِنْ نَيْلِ ٱلسَّعَادَةِ ٱلسُّكُونُ إِلَى ٱلْهُوَيْنَا وَٱلْبَطَالَةِ،
هُو [الاشتر رحمه الله] سَيْفُ ٱللَّهِ لَا يَنْبُوا عَنِ ٱلضَّرْبِ وَلَا كَلِيلُ ٱلْحَدِّ،
هَانَتْ عَلَيْهِ نَفْسُهُ مَنْ أَمَرَّ عَلَيْهِ لِسَانُهُ، 465
هَوَاكَ أَعْدَى عَلَيْكَ مِنْ كُلِّ عَدُوٍّ فَٱغْلِبْهُ وَإِلَّا أَهْلَكَكَ،

حَرْفُ ٱلْوَاوِ

وَصُولٌ مُعْدِمٌ خَيْرٌ مِنْ جَافٍ مُكْثِرٍ،
وَيْحَ ٱلنَّائِمِ مَا أَخْسَرَهُ قِصَرَ عُمْرِهِ وَقِلَّ أَجْرِهِ،
وَيْحَ إِبْنِ أَدَمَ مَا أَجْهَلَهُ وَعَنْ رَشَدِهِ مَا أَغْفَلَهُ،
وَيْحَ إِبْنِ أَدَمَ أَسِيرُ ٱلْجُوعِ صَرِيعُ ٱلشِّبَعِ عَرْضُ ٱلْآفَاتِ خَلِيغَةُ ٱلْأَمْوَاتِ، 470

S. 459. يَنْظِرُ. Ita lego pro يَنْتَظِرُ. Ibid. أَهْلُ ٱلْغَضَاضَةِ ٱلشَّبَابَ. Sic legendum puto يَنْتَظِرُ أَهْلُ pro. S. 460. يَنْظِرُ أَهْلُ ٱلْغَضَارَةِ ٱلصِّحَّةَ. أَهْلُ غَضَاضَةِ ٱلشَّبَابِ

An unquam reſpicient juventutem ſuam *illi*, qui recenti annorum vigore utuntur, niſi cum curva *et veluti arcuata* ſit ſenectus?

An unquam reſpicient ſanitatem *illi*, qui bonorum affluentia gaudent, niſi incidentibus morbis?

An unquam reſpicient æternitatem *illi*, qui diu vixerunt, niſi tempore mortis, cum appropinquat diſceſſus, et ſupervenit migratio?

Apage, ſi mihi non eſſet timor Dei, ſane vaferrimus Arabum eſſem.

Procul abſit a beatitudinis poſſeſſione ſe recipere ad commodiuſculam (*commodiorem fortunam*) et otium.

Ille [ſcil. Aſchtar, cui Deus propitius ſit,] eſt gladius Dei, qui non retunditur ab ictu, neque obtuſus eſt acie.

Cujus lingua præcurrit mentem, is hanc vilipendit.

Cupiditas tua infenſiſſimus omnium hoſtis eſt contra te, vince igitur eam; ſin minus te perdet.

LITERA WAW.

Amicus opibus deſtitutus melior eſt divite difficili.

Vah dormitatorem, quantum damni patitur! vita ejus abbreviatur, et merces ejus imminuitur.

Vah Adami filium! quam ſtultus eſt, et quam negligit rectam viam.

Vah Adami filium! mancipium famis, proſterni ſolitus a ſatietate, ante ſe habet ærumnas, pone ſequuntur mortes.

غضارة الصحة. Similiter in S. 461. Loco ينتظر اهل مدة البقاء, legere malim ينظر اهل المدة البقاء. Ibid Cod. MS. l. وازوف. S. 462. Forte leg. لكنت, S. 467. Cod. MS. l. معديم, S. 469. Conf. Golii Lex. col. 2185 in ما.

وَيْحَ ٱلْبَخِيلِ ٱلْمُتَعَجِّلُ ٱلْفَقْرَ ٱلَّذِي مِنْهُ هَرَبَ وَٱلتَّارِكُ ٱلْغِنَى ٱلَّذِي أَيَّاهُ طَلَبَ،

وَقِّرُوا كِبَارَكُمْ تُوَقِّرُكُمْ صِغَارُكُمْ،

وِقَارُ ٱلشَّيْبِ أَجْمَلُ مِنْ نَضَارَةِ ٱلشَّبَابِ،

وَافِدُ ٱلْمَوْتِ يَقْطَعُ ٱلْعَمَلَ وَيَفْضَحُ ٱلْأَمَلَ،

وَدُّ أَبْنَاءِ ٱلدُّنْيَا يَدُومُ بِدَوَامِ سَبَبِهِ، وَيَنْقَطِعُ بِٱنْقِطَاعِ سَبَبِهِ؛ 475

وُزَرَاءُ ٱلسُّوءِ أَعْوَانُ ٱلظَّلَمَةِ وَإِخْوَانُ ٱلْآثَمَةِ،

وَرَعُ ٱلْمُؤْمِنِ فِي عَمَلِهِ وَوَرَعُ ٱلْمُنَافِقِ عَلَى لِسَانِهِ،

وَٱللَّهِ لَئِنْ أَبِيتُ عَلَى حَسَكِ ٱلسَّعْدَانِ مُسَهَّدًا، وَأُجَرُّ فِي ٱلْأَغْلَالِ مُصَفَّدًا، أَحَبَّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أَلْقَى ٱللَّهَ وَرَسُولَهُ ظَالِمًا لِبَعْضِ ٱلْعِبَادِ أَوْ غَاصِبًا لِشَيْءٍ مِنَ ٱلْحُطَامِ؛

وَجْهُكَ مَاءٌ جَامِدٌ يَقْطُرُهُ ٱلسُّؤَالُ فَٱنْظُرْ عِنْدَ مَا تُقَطِّرُهُ،

وَيْلٌ لِمَنْ تَهَادَى فِي جَهْلِهِ وَطُوبَى لِمَنْ عَقَلَ وَٱهْتَدَى، 480

وَيْحَ ٱلْعَاصِي مَا أَجْهَلُ وَعَنْ حَظِّهِ مَا أَجْهَلَهُ،

وَيْحَ ٱلْحَسَدِ مَا أَعْدَلَهُ بَدْأً بِصَاحِبِهِ فَقَتَلَهُ،

وَيْحَ لِلْبَاغِينَ مِنْ أَحْكَمِ ٱلْحَاكِمِينَ وَعَالِمِ ضَمِيرِ ٱلْمُضْمِرِينَ،

S. 472. Loco كباركم Cod. MS. legit اكباركم. S. 476. In Cod. MS. pro

Vah avarum! feſtinat ad paupertatem, quæ ab ipſo fugit, et deſerit αὐτάρκειαν, quæ ipſum quærit.

Reveremini majores veſtros, et reverebuntur te minores veſtri.

Senectutis gravitas pulchrior eſt juventutis flore.

Legatus mortis abrumpit opus, et ignominiæ exponit ſpem.

Amor filiorum mundi durat, quamdiu ejus vinculum perſeverat; finitur, cum vinculum ejus reſcinditur.

Mali conſiliarii injuſtitiæ adjutores, et iniquitatis fratres *ſunt*.

Pietas fidelis in opere; pietas vero hypocritæ in lingua ejus *fita eſt*.

Per Deum! etiamſi pernoctarem in tribulis plantarum ſpinoſarum, ut dormire non poſſem, et traherer in vinculis firmiſſime conſtrictus, hoc tamen mihi jucundius eſſet, quam ſi rejicerem Deum, ejuſque legatum, injuria afficiendo quoſdam ſervorum ejus, aut violenter eripiendo aliquid creaturis (*rebus minutiſſimis*) ejus.

Facies tua ſit aqua concreta, quam ſtillare facit rogans; ſed attende interea, dum eam ſtillare facias.

Væ illi, qui perſeverat in ſtultitia ſua; at beatus ille, qui intelligit, et in rectam viam ſe reduci ſinit.

Vah contumacem! quam ſtultus eſt, et felicitatis ſuæ negligens!

Vah invidiam! quam juſte agit! herum (*poſſeſſorem*) ſuum primo aggreditur, eumque perdit.

Væ tyrannis a ſummo judice, qui ſcit arcana celantium.

اعوان vitioſe ſcribitur اهون. S. 478. Loco القَي forte melius legitur القِي.

مَا وَرَدَ بِلَفْظِ لَا فِي ٱلنَّهْيِ

لَا تَثِقَنَّ بِعَهْدِ مَنْ لَا دِيْنَ لَهُ، لَا تَهْتَمَّنَّ وَدَّ مَنْ لَا وَفَآءَ لَهُ، لَا تَصْحَبَنَّ مَنْ لَا عَقْلَ لَهُ، لَا تُودِعَنَّ سِرَّكَ مَنْ لَا أَمَانَةَ لَهُ،

لَا تَرْهَدَنَّ فِي شَيْءٍ حَتَّي تَعْرِفَهُ، 485

لَا تَسْأَلْ مَنْ تَخَافُ مَنْعَهُ،

لَا تَغَالِبْ مَنْ لَا تَقْدِرْ عَلَي دَفْعِهِ،

لَا تَعِدْ مَا تَعْجِزُ عَنِ ٱلْوَفَآءِ بِهِ،

لَا تَعْزِمْ عَلَي مَا لَمْ تَسْتَوْضِحِ ٱلرُّشْدَ فِيهِ،

لَا تُعَامِلْ مَنْ لَا تَقْدِرْ عَلَي ٱلْإِنْتِصَافِ مِنْهُ، 490

لَا تَعُدَّنَّ شَرًّا مَا أَدْرَكْتَ بِهِ خَيْرًا، لَا تَعُدَّنَّ خَيْرًا مَا أَدْرَكْتَ بِهِ شَرًّا،

لَا تَتَكَلَّمْ بِكُلِّ مَا تَعْلَمُ فَكَفَي بِهِ جَهْلًا،

لَا تُفْسِدْ مَا يُعْنِيكَ إِصْلَاحُهُ، لَا تُغْلِقْ بَابًا يَعْجِزُكَ ٱفْتِتَاحُهُ،

لَا تُبْدِ عَنْ وَاضِحَةٍ وَقَدْ فَعَلْتَ ٱلْأُمُورَ ٱلْفَاضِحَةَ،

لَا تَقْطَعْ صَدِيقًا وَإِنْ كَفَرَ لَا تَأْمَنْ عَدُوًّا وَلَوْ شَكَرَ، 495

لَا تُشَاوِرْ عَدُوَّكَ وَآسْتُرْهُ خَيْرَكَ،

S. 491. Loco ادركت Cod. MS. vitiose legit ادركك.

LAM ELIPH.

Ne confidas fœdere ejus, cui nulla eſt religio; neque amicitiam tuam præbeas illi, cui nulla eſt fidelitas; neque ſocius ſis ei, cui non eſt intellectus; neque ſecretum tuum committas ei, cui non eſt fides.

Ne repudies aliquam rem, quamdiu non cognoveris eam.

Ne roges eum, cujus recuſationem metuis.

Ne certes adverſus aliquem, quem repellere nequeas.

Ne promittas aliquid, quod præſtare non poſſis.

Ne aggredere aliquid, ad quod non rogaveris, qua via perveniendum ſit.

Ne commercium habeas cum eo, a quo juſtitiam expectare non licet.

Ne quid malis annumeres, quo boni quid affecutus fuiſti; nec aliquid bonum reputes, quo malum tibi evenit.

Ne loquaris omnia, quæ noſti; nam in iis ſtultitiæ ſatis.

Cave aliquid perdas, cujus reparatio te defatigaret; neque portam claudas, quam aperire prorſus nequeas.

Ne riſu apparere facias dentes tuos anteriores, quando res feciſti turpiſſimas.

Ne repudies amicum, etſi ingratus ſit; neque inimico credas, quamvis gratias agat.

Hoſtem tuum ne conſulas, ſed fortunam tuam ipſi occultes.

لَا تَثِقْ بِمَنْ يُذِيعُ سِرَّكَ،

لَا تُطْلِعْ زَوْجَتَكَ وَعَبْدَكَ عَلَى سِرٍّ فَيَسْتَرِقَّانِكَ، لَا تَسْرُفْ فِي شَهْوَتِكَ وَغَضَبِكَ فَيَزْرِيَانِكَ،

لَا تَسْتَصْغِرْ عَدُوًّا وَإِنْ ضَعُفَ،

لَا تَشْتَغِلْ بِمَا لَا يُعْنِيكَ وَلَا تَتَكَلَّفْ فَوْقَ مَا يَكْفِيكَ وَاجْعَلْ هَمَّكَ لِمَا يُنْجِيكَ،

لَا يَسْتَرِقَّكَ الطَّمَعُ وَكُنْ عَزُوفًا، لَا تَمْنَعِ الْمَعْرُوفَ وَإِنْ لَمْ تَجِدْ عُرُوفًا،

لَا تُمَازِحِ الشَّرِيفَ فَيَحْقِدْ عَلَيْكَ،

لَا يَغْلِبَنَّ غَضَبُكَ حِلْمَكَ، لَا يُبْعِدَنَّ هَوَاكَ عِلْمَكَ،

لَا تَفْعَلْ مَا يُشِينُ الْعِرْضَ وَالِاسْمَ،

لَا تَضَعْ مَنْ رَفَعَهُ التَّقْوَى، لَا تَرْفَعْ مَنْ رَفَعَتْهُ الدُّنْيَا

لَا تَغُلَّ مَا تَغَلَّ وِزْرَكَ، لَا تَفْعَلْ مَا يَضَعُ قَدْرَكَ،

لَا تُحَاسِدُوا فَإِنَّ الْحَسَدَ يَأْكُلُ الْإِيمَانَ كَمَا يَأْكُلُ النَّارُ الْحَطَبَ وَلَا تُبَاغِضُوا فَإِنَّهَا الْحَالِقَةُ،

لَا تَثِقْ بِالصَّدِيقِ قَبْلَ الْخِبْرَةِ، لَا تُوقِعْ بِالْعَدُوِّ قَبْلَ الْقُدْرَةِ،

لَا تُنَافِسْ فِي مَوَاهِبِ الدُّنْيَا فَإِنَّ مَوَاهِبَهَا حَقِيرَةٌ،

S. 498. فَيَسْتَرِقَّانِكَ Cod. MS. l. fine *Teſdid.*

Cave fidem habeas illi, qui ſecretum divulgat.

Secretum tuum ne detegas uxori tuæ aut ſervo tuo, nam in ſervitutem te redigerent; neque modum excedas in tua cupiditate et ira, nam te diffamarent.

Inimicum ne parvi æſtimes, licet ſit debilis.

Ne occupatus ſis in eo, quod ad te non ſpectat, neque deditus ſis *alicui rei* magis, quam tibi ſufficit; ſed impendas ſollicitudinem tuam ad id, quod te ſalvat.

In ſervitutem ne redigat te concupiſcentia, ſed eſto abſtinens; neque beneficium cohibeas, etſi non invenias, qui illud pretio ſuo æſtimat.

Cum principe ne joceris, nam iram ſuam in te ſervabit diu.

Manſuetudinem tuam ne vincat ira tua; neque ſcientiam tuam removeat a te cupiditas.

Ne quid facias, quod exiſtimationem, bonamque famam tuam dehoneſtat.

Ne deprimas eum, quem pietas extollit; neque extollas eum, quem mundus exaltat.

Cave quid dicas, quod crimen tuum aggravet; aut aliquid facias, quod pretium tuum diminuat.

Ne invicem vobis invideatis, nam invidia fidem devorat, quemadmodum ignis devorat lignum; neque odio vos invicem habeatis, odia enim deradunt et excruciant.

Cave confidas amico, antequam probaſti eum; neque irruas inimico, antequam ei prævalere potes.

Ne adſpires mundi dona, illa enim ſunt vilia.

لَا يَسْتَرِقَّكَ ٱلطَّمَعُ فَقَدْ جَعَلَكَ ٱللَّهُ حُرًّا، 510

لَا تَنْدَمَنَّ عَلَى عَفْوٍ وَلَا تَبْهَجَنَّ بِعُقُوبَةٍ،

لَا تُكْثِرَنَّ ٱلدُّخُولَ عَلَى ٱلْمُلُوكِ فَإِنَّكَ إِنْ صَحِبْتَهُمْ مَلُّوكَ وَإِنْ نَصَحْتَهُمْ غَشُّوكَ،

لَا تَصْحَبَنَّ أَبْنَآءَ ٱلدُّنْيَا فَإِنَّكَ إِنْ أَقْلَلْتَ ٱسْتَغَلُّوكَ وَإِنْ أَكْثَرْتَ حَسَدُوكَ

لَا تَفْرَحْ بِٱلْغِنَى وَٱلرَّخَآءِ وَلَا تَغْتَمَّ بِٱلْفَقْرِ وَٱلْبَلَآءِ فَإِنَّ ٱلذَّهَبَ يُجَرَّبُ بِٱلنَّارِ وَٱلْمُؤْمِنُ يُجَرَّبُ بِٱلْبَلَآءِ،

لَا تَصْحَبْ إِلَّا عَاقِلًا تَقِيًّا وَلَا تُخَالِطْ إِلَّا عَالِمًا زَكِيًّا وَلَا تُودِعْ سِرَّكَ إِلَّا مُؤْمِنًا وَفِيًّا، 515

لَا تَلْتَبِسَنَّ بِٱلسُّلْطَانِ فِي وَقْتِ ٱضْطِرَابِ ٱلْأُمُورِ عَلَيْهِ فَإِنَّ ٱلْبَحْرَ لَا يَكَادُ يَسْلَمُ رَاكِبُهُ مَعَ سُكُونِهِ فَكَيْفَ لَا يَكْلِكَ مَعَ ٱخْتِلَافِ رِيَاحِهِ وَٱضْطِرَابِ أَمْوَاجِهِ،

لَا تَحْمِلْ عَلَى يَوْمِكَ هَمَّ سَنَتِكَ كَفَاكَ كُلُّ يَوْمٍ مَا قُدِرَ لَكَ فِيهِ فَإِنْ تَكُنِ ٱلسَّنَةُ مِنْ عُمْرِكَ فَإِنَّ ٱللَّهَ سُبْحَانَهُ سَيَاتِيكَ فِي كُلِّ غَدٍ جَدِيدٍ بِمَا قُسِمَ لَكَ فَإِنْ لَمْ تَكُنْ مِنْ عُمْرِكَ فَمَا هَمُّكَ بِمَا لَيْسَ لَكَ،

لَا يَسْتَعِدِ ٱلْمَرْءُ إِلَّا بِطَاعَةِ ٱللَّهِ وَلَا يَشْقَى إِلَّا بِمَعْصِيَةِ ٱللَّهِ،

لَا يَأْمَنُ أَحَدٌ مِنْ صُرُوفِ ٱلزَّمَانِ وَلَا يَسْلَمُ مِنْ نَوَائِبِ ٱلْأَيَّامِ،

Concupiſcentia ne in ſervitutem te redigat; Deus enim te liberum creavit.

Veniam aliis conceſſam ne doleas, aut ob pœnam aliis inflictam ne exhilares.

Noli reges nimium frequentare, nam ſi diu eos comiteris, faſtidient te, et ſi eos admoneas, tractabunt te fraudulenter.

Cave aſſocieris cum filiis mundanis; ſi enim ſis pauper, parvi te facient, ſin vero dives ſis, invidebunt tibi.

Ne gaviſus ſis opulentia et amplitudine opum, neque mœſtus ſis ob paupertatem et adflictiones; nam aurum probatur igne, et pius adflictionibus.

Societatem ne ineas niſi cum docto, qui Deum timet; neque commercium habeas familiarius, niſi cum ſapiente, qui virtute ſit ingenuus; neque ſecretum alicui ſervandum concredas, niſi pio qui promiſſis ſtat.

Ne immiſceas te rebus ad imperium ſpectantibus, quo tempore fluctuant; nam ſi mare tranquillum vix ſervat navigantem, quomodo non perderet, cum venti ejus huc illuc ſpirent, et fluctus ejus commoti ſint?

Ne imponas diei tuo ſollicitudinem anni totius; quolibet die ſufficiat tibi, quod in eo tibi decretum eſt; ſi enim annus ille ſit ex vita tua, (i. e. *ſi totum illum annum ſis victurus,*) utique Deus O. M. quolibet craſtino die recenti id tibi dabit, quod tibi deſtinatum eſt; ſin vero annus iſte non ſit ex vita tua, ecquid ſollicitudo tua tunc erit de eo, quod tibi non eſt?

Vir non beatus eſt niſi obediens, neque infelix niſi immorigerus ſit Deo.

Nemo ſecurus eſt a fortunæ viciſſitudine, neque ſalvus ab infortunio dierum.

لَا يُدْرِكُ ٱللَّهُ سُبْحَانَهُ وَتَعَالِي ٱلْغُيُوبَ بِمُشَاهَدَةِ ٱلْعِيَانِ لَكِنْ
يُدْرِكُ ٱلْقُلُوبَ بِحَقَايِقِ ٱلْإِيمَانِ،
لَا يَقُومُ حَلَاوَةُ ٱللَّذَّاتِ بِمَرَارَةِ ٱلْآفَاتِ،
لَا يَفُوزُ بِٱلْجَنَّةِ إِلَّا مَنْ حَسُنَتْ سَرِيرَتُهُ وَخَلَصَ نِيَّتُهُ،
لَا يُقَرِّبُ مِنَ ٱللَّهِ إِلَّا كِثْرَةُ ٱلسُّجُودِ وَٱلرُّكُوعِ، لَا يَذْهَبُ
ٱلْغَاقَةَ مِثْلَ ٱلرِّضَي وَٱلْخُنُوعِ،

حَرْفُ ٱلْبَآءِ

يَنْبَغِي لِمَنْ عَرَفَ دَارَ ٱلْفَنَآءِ أَنْ يَعْمَلَ لِدَارِ ٱلْبَقَآءِ،
يَنْبَغِي لِمَنْ عَرَفَ نَفْسَهُ أَنْ لَا يُفَارِقُهُ ٱلْحَزَنُ وَٱلْحَذَرُ،
يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ يُخَاطِبَ ٱلْجَاهِلَ مُخَاطَبَةَ ٱلطَّبِيبِ
لِلْمَرِيضِ،
يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ يَحْتَرِسَ مِنْ سُكْرِ ٱلْمَالِ وَسُكْرِ ٱلْقُدْرَةِ
وَسُكْرِ ٱلْعِلْمِ وَسُكْرِ ٱلْمَدْحِ وَسُكْرِ ٱلشَّبَابِ فَإِنَّ لِكُلٍّ مِنْ
ذَلِكَ رِيحًا خَبِيثَةً تَسْلُبُ ٱلْعَقْلَ وَتَسْتَخِفُّ ٱلْوَقَارَ،
يَسْتَدِلُّ عَلَي ٱلْكَرِيمِ بِحُسْنِ بِشْرِهِ وَبَذْلِ خَيْرِهِ،
يَسْتَدِلُّ عَلَي إِدْبَارِ ٱلدُّوَلِ بِأَرْبَعٍ تَضْيِيعُ ٱلْأُصُولِ وَٱلتَّمَسُّكَ
بِٱلْفُرُوعِ وَتَقْدِيمُ ٱلْأَرَاذِلِ وَتَأْخِيرُ ٱلْأَفَاضِلِ،

S. 521. بِمَرَارَةِ. Ita legendum puto loco بِمَزَارَةِ propter præcedens حَلَاوَةُ, cui op-

Deus O. M. non videt vitia, ſpectando quod ob oculos eſt; ſed videt corda ſecundum præſcripta fidei (*religionis*).

In amaritudine calamitatum non conſiſtit voluptatum dulcedo.

Nemo potietur Paradiſo, niſi is, cujus cogitationes intimæ bonæ, et cujus intentiones ſinceræ *ſunt*.

Nihil *hominem* interioris apud Deum admiſſionis miniſtrum facit niſi multitudo ſubmiſſionis ac reverentiæ, nihilque removet paupertatem, veluti acquieſcentia *in decreto Dei*, et animus contentus (αὐτάρκεια).

LITERA JE.

Oportet eum, qui domum evaneſcentiæ cognoverit, ut operam ſuam impendat domui æternitatis.

Oportet eum, qui ſe ipſum noverit, ut triſtitia et cautio (*metus*) ab eo non diſcedant.

Oportet ſapientem, ut ſtultum alloquatur, uti medicus ægrotum.

Oportet ſapientem, ut ſe ipſum cuſtodiat a potu inebriante divitiarum, et potentiæ, et ſcientiæ, et encomii, et fervoris juventutis; nam in omnibus hiſce ineſt odor impurus, qui intellectum aufert, et gravitatem diminuit.

Liberalem declarat explicitæ frontis pulchritudo, et larga bonorum donatio.

Quatuor rebus apparet imperiorum decrementum: quum ſtirpes *proſperitatis* intereunt, (i. e. *cum nulla ratio habetur nobilitatis*,) et ſolis adhæretur frondibus, quum promoventur ignobiles, et removentur præſtantiſſimi.

---

ponitur. S. 523. يقرب Conf. Gol. in قرب N. 2.

يَسْتَدِلُّ عَلَي ٱلْأَدْبَارِ بِأَرْبَعٍ سَوْءُ ٱلتَّدْبِيرِ وَقُبْحُ ٱلتَّبْذِيرِ وَقِلَّةُ ٱلْاعْتِبَارِ وَكَثْرَةُ ٱلْاغْتِرَارِ،

يَسْتَدِلُّ عَلَي ٱلْمُرُوَّةِ بِكَثْرَةِ ٱلْحَيَآءِ وَبَذْلِ ٱلنَّدَآءِ وَكَفِّ ٱلْأَذَي،

يَسِيرُ ٱلْعَطَآءِ أَحْسَنُ مِنَ ٱلتَّعَلُّلِ بِٱلْاعْتِذَارِ،

يَحْتَاجُ ٱلشَّرَفُ إِلَي ٱلتَّوَاضُعِ،

يَتَفَاضَلُ ٱلنَّاسُ بِٱلْعُلُومِ وَٱلْعُقُولِ لَا بِٱلْأَمْوَالِ وَٱلْأُصُولِ،

يَبْلُغُ ٱلصَّادِقُ بِصِدْقِهِ مَا لَا يَبْلُغُهُ ٱلْكَاذِبُ بِٱحْتِيَالِهِ،

يَنَامُ ٱلرَّجُلُ عَلَي ٱلثَّكَلِ وَلَا يَنَامُ عَلَي ٱلظُّلْمِ،

يَوْمُ ٱلْمَظْلُومِ عَلَي ٱلظَّالِمِ أَشَدُّ مِنْ يَوْمِ ٱلظَّالِمِ عَلَي ٱلْمَظْلُومِ،

Quatuor ſunt indicia retrogradientis fortunæ : prava rerum adminiſtratio, turpis earum profuſio, parum attentæ conſiderationis, et multum ſocordiæ.

Declarat animum virilem multum verecundiæ, liberalitas larga, et abſtinentia ab injuriis (*a læſione*).

Donatio modica pulchrior (*melior*) eſt lactatione ſpei (*conjuncta*) cum excuſatione.

Quidquid elatum eſt, deprimi oportet.

Contendant inter ſe homines de ſcientia et intellectu, non vero de opibus aut ſtirpibus.

Veracitate ſua conſequitur verax (*ingenuus*) quod technis ſuis nunquam obtinebit mendax.

Indormiat (*ſecurus dormiat* vel *ſecurus ſit*) vir ſuper orbitate, non vero ſuper injuſtitia ſua.

Dies oppreſſi (*infortunium oppreſſo illatum*) magis anget oppreſſorem, quam dies oppreſſoris oppreſſum.

COLLECTIO TERTIA.

بَعْضُ ٱلْأَمْثَالِ

جَمَعَهُ أَبِي ٱلْفَضْلِ أَحْمَدَ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ أَحْمَدِ بْنِ إِبْرَاهِيمَ ٱلْمَيْدَانِيُّ ٱلنَّيْسَابُورِيُّ مِنْ كَلَامِ ٱلْمُرْتَضَى

عَلِيِّ بْنِ أَبِي طَالِبٍ

رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ

مَنْ رَضِيَ عَنْ نَفْسِهِ كَثُرَ ٱلسَّاخِطُ عَلَيْهِ،
وَمَنْ ضَيَّعَهُ ٱلْأَقْرَبُ أُتِيحَ لَهُ ٱلْأَبْعَدُ،
وَمَنْ بَالَغَ فِي ٱلْخُصُومَةِ أَثِمَ وَمَنْ قَصَّرَ فِيهَا ظُلِمَ،
مَنْ كَرُمَتْ عَلَيْهِ نَفْسُهُ هَانَتْ عَلَيْهِ شَهْوَتُهُ،
أَلَا حُرٌّ يَدَعُ هَذِهِ ٱللُّهَاظَةَ لِأَهْلِهَا، ٥

S. 2. Pro ضَيَّعَهُ legendum ضَيَّقَهُ. Porro ſecundum Cod. Scheid. eandem ſententiam his verbis expreſſam dederat Meidanius alio loco p. 721. N. 5117. مَنْ ضَاقَ عنه الاقرب اتاح الله له الابعد, *Cujus propinquitas ad anguſtiam redacta eſt, illi determinavit Deus remotos.* Scil. *in ſubſidium, ut afflictio miſere opem ferant.* Ubi tamen imperatoris mentionem non facit, tanquam ejuſdem auctoris. S. 3. *Qui reſecat,*

PROVERBIA QUÆDAM

QUÆ COLLEGIT

ABUL-FADL ACHMED EBN MOHAMMED EBN ACHMED EBN IBRAHIM AL-MEIDANI NISABURIENSIS

E DICTIS DEO ACCEPTI

ALI EBN ABI TALEBI,

CUI DEUS PROPITIUS SIT.

QUI ſibi placet, multos habet, qui indignantur ipſum.

Quem premunt propinqui, illi divinitus determinati ſunt remoti.

Qui modum excedit in movendis litibus, peccat; qui *vero* eas reſecat, afficitur injuria.

Quem regit mens generoſa, ſpernit ille cupiditates ſuas.

Enimvero ingenuus viliores haſce cibi reliquias relinquet ſectatoribus earum. 5

---

i. e. *Qui in illis litibus perſequendis negligens eſt.* Conf. cum h. ſent. Gol. ſent. Poet. pag. 164. N. 41. in fine. S. 4. *Quem regit mens generoſa*, i. e. *Cujus prædominans principium eſt generoſitas.* S. 5. لعاظة notat, *cibi reliquias* eaſque *viliores*, a لعظ *linguam per labia circumduxit ad auferendas detergendaſque cibi reliquias.* Conf. Schult. ad Har. v. p. 91.

انَّهُ لَيْسَ لِأَنْفُسِكُمْ ثَمَنٌ اِلَّا ٱلْجَنَّةَ فَلَا تَبِيعُوهَا اِلَّا بِهَا،

مَنْ عَظَّمَ صِغَارَ ٱلْمَصَايِبِ ٱبْتَلَاهُ ٱللَّهُ بِكِبَارِهَا،

أَلْوِلَايَاتُ مَضَامِيرُ ٱلرِّجَالِ،

لَيْسَ بَلَدٌ بِأَحَقَّ بِكَ مِنْ بَلَدٍ خَيْرُ ٱلْبَلَدِ مَا حَمَلَكَ،

اِذَا كَانَ فِي رَجُلٍ خَلَّةٌ رَابِعَةٌ فَانْتَظِرْهُ اِخْوَاتِهَا، 10

أَلْعِيبَةُ جِهَادُ ٱلْعَاجِزِ،

رُبَّ مَغْبُونٍ بِحُسْنِ ٱلْقَوْلِ فِيهِ،

مَا لِٱبْنِ آدَمَ وَٱلْفَخْرِ فَانَّ أَوَّلَهُ نُطْفَةٌ وَأَخِرُهُ جِيفَةٌ لَا يَوْزُنُ نَفْسَهُ وَلَا يَدْفَعُ حَتْفَهُ،

أَلدُّنْيَا تَغُرُّ وَتَضُرُّ وَتَمُرُّ اِنَّ ٱللَّهُ تَعَالِي لَمْ يَرْضَ فِيهَا ثَوَابًا لِأَوْلِيَائِهِ وَلَا عِقَابًا لِأَعْدَائِهِ وَاِنَّ أَهْلَ ٱلدُّنْيَا كَرَكْبٍ بَيْنَاهُمْ حَلُّوا اِذَا صَاحَ سَائِقُهُمْ وَٱرْتَحَلُوا،

مَنْ صَارَعَ ٱلْحَقَّ صَرَعَهُ 15

أَلْقَلْبُ مِصْحَفُ ٱلْبَصَرِ،

S. 9. Scil. *Patrium ſolum omnium optimum.* Pro خير البلد Cod. Scheid. recte l. خير البلاد. S. 10. فانتظره fine dubio vitioſum eſt. Legendum omnino ſecundum Cod. Scheid. فانظر i. e. فانظُرْ vel فانظِرْ *patienter ferto* ſorores ipſius i. e. *dotes ejus ſequiores.* S. 11. Cod. Scheid. loco جهاد exhibet جُهْد. S. 12. Belgæ: *Wie luiſtert naar verleidende taal, die is reeds verſtrikt.* S. 13. Pro يوزن Cod. Scheid.

Utique non eſt animabus veſtris pretium, niſi Paradiſus; itaque ne vendatis eas, niſi pro illo *Paradiſo*.

Qui minimas adverſitates graves judicat, eum tentabit Deus per maximas.

Virorum palæſtra principatus ſunt.

Una regio aptior tibi non eſt altera; optima tamen illarum ea eſt, quæ te protulit.

Quando in homine fuerit proprietas *una* excellentior, patienter feras ſorores ipſius.

Impotentis ſtudium obtrectatio.

Permulti homines tentantur dictis ingenioſis.

Quid filio Adami cum gloria commune eſt? ſiquidem principium ejus ſit ſperma genitale, et extremum ejus cadaver; non ſuſtentat ſe, neque repellit mortem ſuam.

Mundus ſpe lactat, et nocet, et cito finit; nam Deus O. M. remunerationem non dat in eo amicis ſuis, neque hoſtibus ſuis pœnam. Sane populus mundanus eſt inſtar manus eorum, qui camelis in itinere ſimul vehuntur; interea dum diverſorium petunt, ecce abactor clamat, et diſcedunt.

Qui luctatur cum veritate, proſternit ipſum *veritas*.

Cor liber eſt viſus.

---

recte legit يرزق Conf. פרקי אבות Edit. Fagii Cap. iv. N. 4. p. m. 69. et ibid. not. vide etiam Gol. ſent. Poet. pag. 165. N. 44. S. 14. Cod. Scheid. pro اذا habet اذ. Pro يـرى recte leg. يرَ ob præced. لم. Et pro وارتحلوا cum و præfixo habet فـ præfixum. S. 15. *Proſternit ipſum veritas* h. e. *ſuperatur ab ea*. Non enim ei par eſt congreſſu. S. 16. h. e. *Quæ videt homo, in cor ſuum refert haud aliter atque in tabulam*, ſcil. *librum*.

ٱلتُّقَى رَئِيسُ ٱلْأَخْلَاقِ،

مَا أَحْسَنَ تَوَاضُعَ ٱلْأَغْنِيَآءِ لِلْفُقَرَآءِ طَلَبًا لِمَا عِنْدَ ٱللَّهِ وَأَحْسَنُ مِنْهُ تِيهُ ٱلْفُقَرَآءِ عَلَى ٱلْأَغْنِيَآءِ ٱتِّكَالًا عَلَى ٱللَّهِ،

كُلُّ مُقْتَصِرٍ عَلَيْهِ كَافٍ

مَنْ لَمْ يُعْطَ قَاعِدًا لَمْ يُعْطَ قَايِمًا، 20

ٱلدَّهْرُ يَوْمَانِ يَوْمٌ لَكَ وَيَوْمٌ عَلَيْكَ وَإِنْ كَانَ لَكَ فَلَا تَبْطَرْ وَإِنْ كَانَ عَلَيْكَ فَلَا تَضْجَرْ،

مَنْ طَلَبَ شَيْأً نَالَهُ أَوْ بَعْضَهُ،

ٱلرُّكُونُ إِلَى ٱلدُّنْيَا مَعَ مَا تَعَايَنَ مِنْهَا جَهْلٌ وَٱلتَّقْصِيرُ فِي حُسْنِ ٱلْعَمَلِ إِذَا وَثِقْتَ بِٱلثَّوَابِ عَلَيْهِ غَبْنٌ وَٱلطُّمَانِينَةُ إِلَى كُلِّ أَحَدٍ قَبْلَ ٱلْاِخْتِبَارِ عَجْزٌ،

ٱلْبَخْلُ جَامِعُ ٱلْمَسَاوِي ٱلْأَخْلَاقِ،

مَنْ كَثُرَتْ نِعْمَتُهُ ٱللَّهِ عَلَيْهِ كَثُرَتْ حَوَايِجُ ٱلنَّاسِ إِلَيْهِ فَمَنْ

S. 17. Cod. Scheid. recte l. الاخلاق. S. 21. Conf. Gol. in voce بوس ubi يوم نعم ويوم بؤس *Dies boni ſtatus, Dies mali: hic ſecundus, ille adverſus eſt.* Quod et ſic dicunt: الدهر ميسور ومعسور *Fortuna facilis et difficilis*: i. e. *modo proſpera, modo adverſa.* Vid. Gol. in Adag. N. 16. p. 71. S. 22. Pari modo Perſæ: هر چيز طلب كني بيابي روي از طلبش چو بر نتابي *Quam rem quæſiveris, invenies, dum-*

Morum princeps pietas.

Quam pulcherrima eſt humilitas divitum erga pauperes, ſtudio placendi Deo! at pulchrior ea *eſt* faſtus pauperum ſupra divites confidendo Deo.

Quicumque ſorte ſua contentus vivit, habet quod ſufficit.

Qui non donatur ſedens non accipiet ſtans.

Fortuna duplicis diei *eſt*; altera pro te, altera contra te dies *eſt*; ſi ſit pro te, ne nimia hilaritate exultes; ſin *vero* ſit contra te, ne animi angore commoveare.

Qui rem quærit, conſequitur eam, aut partem ejus.

Inniti mundo, non obſtante eo, quod ex illo in oculos incurrit, inſipientia *eſt*; et cunctari in opere bono, cum de ejus remuneratione certior factus ſis, negligentia *eſt*; et confidere unicuique ante experientiam, debilitas *eſt*.

Peſſimorum morum receptaculum avaritia *eſt*.

Cui Deus copioſam largiatur gratiam, eo indigent multi homines; qui vero

---

modo quærere eam non deſiſtas. Vid. Warnerus Prov. Perſic. N. 43. p. m. 21. S. 24. Conf. Apoſt. 1 Tim. vi. 10. et Saluſt. de B. Cat. c. 10. *Avaritia fidem, probitatem, cæteraſque artes ſubvertit*. Porro pro حامع المساوي Cod. Scheid. legit جامع لمساوي. S. 25. Cod. Scheid. recte exhibet نعمة ſine affixo ه. Ibid. Loco حوايج quod procul dubio corruptum eſt, legendum cum Cod. Scheid. حوايج.

قَامَ لِلَّهِ فِيهَا بِمَا يَجِبُ عَرَّضَهَا لِلدَّوَامِ وَٱلْبَقَآءِ وَمَنْ لَمْ يَقُمْ عَرَّضَهَا لِلزَّوَالِ وَٱلْفَنَآءِ،

ٱلرَّغْبَةُ مِفْتَاحُ ٱلنَّصَبِ وَٱلْحَسَدُ مَطِيَّةُ ٱلتَّعَبِ،

ٱلْخُرْقُ ٱلْمُعَالَجَةُ قَبْلَ ٱلْإِمْكَانِ وَٱلْإِنَاءَةُ بَعْدَ ٱلْفُرْصَةِ،

مَنْ عَلِمَ أَنَّ كَلَامَهُ مِنْ عَمَلِهِ قَلَّ كَلَامُهُ إِلَّا فِيمَا يَعْنِيهِ،

مَنْ نَظَرَ فِي عُيُوبِ ٱلنَّاسِ فَأَنْكَرَهَا ثُمَّ رَضِيَهَا بِٱلنَّفْسِهِ فَذَلِكَ ٱلْأَحْمَقُ بِعَيْنِهِ،

صَوَابُ ٱلرَّأْيِ بِٱلدُّوَلِ يَبْقَى بِبَقَايَهَا وَيَذْهَبُ بِذَهَبِهَا،

ٱلْعَفَافُ زِينَةُ ٱلْفَقْرِ وَٱلشُّكْرُ زِينَةُ ٱلْغِنَى،

ٱلْمُؤْمِنُ بَشْرُهُ فِي وَجْهِهِ وَحُزْنُهُ فِي قَلْبِهِ،

ٱلْجَاهِلُ ٱلْمُتَعَلِّمُ شَبِيهٌ بِٱلْعَالِمِ وَٱلْعَالِمُ ٱلْمُتَعَسِّفُ شَبِيهٌ بِٱلْجَاهِلِ،

يَنَامُ ٱلرَّجُلُ عَلَى ٱلثَّكَلِ وَلَا يَنَامُ عَلَى ٱلْحَرْبِ،

ٱلنَّاسُ أَبْنَآءُ ٱلدُّنْيَا وَلَا يُلَامُ ٱلرَّجُلُ عَلَى حُبِّ أُمِّهِ،

رَسُولُكَ تَرْجَمَانُ عَقْلِكَ وَكِتَابُكَ أَبْلَغُ مَا يَنْطِقُ عَنْكَ،

S. 29. Cod. Scheid. لِنَفْسِهِ quod præfero. S. 30. Pro بِذَهَبِهَا Cod. Scheid. recte legit بِذَهَابِهَا. S. 32. Nimirum: *Spem simulat vultu, premit altum corde dolorem.* S. 33. المتعلّم. Sic procul dubio legendum pro المتقلم uti Cod. L. vitiose legit.

conſtans eſt Deo in neceſſitatibus hominum implendis, eo quod decet, ille exponit gratiam iſtam durationi et perennitati; qui autem non conſtans eſt in ea re, ille exponit gratiam iſtam ceſſationi et evaneſcentiæ.

Ærumnarum clavis aviditas, jumentumque moleſtiæ vectarium invidia.

Mentis ſtupor eſt rem tractare ante opportunitatem, mentiſque cruditas *hoc facere* poſt occaſionem.

Qui ſcit ſermonem ſuum eſſe de opere ſuo, ſermo ejus paucus eſt, niſi ea de re, quæ ad ipſum ſpectat.

Qui hominum vitia videt, eaque improbat; deinde vero ſe ipſo delectatur, ille ſane ſtultiſſimus eſt.

Conſilii ſucceſſus ſitus eſt in fortunæ viciſſitudinibus; manet, illa manente; fugit, illa fugiente.

Decus paupertatis abſtinentia; divitiarum vero decus gratiarum actio.

Fidelis lætitiam in fronte præfert; triſtitiam vero in corde ſuo.

Inſipiens diſcens ſimilis eſt ſapienti, ſapiens vero exorbitans ſimilis eſt inſipienti.

Indormiat (i. e. *ſecurus ſit* ſive *ſecurus dormiat*) vir ſuper orbitate, non vero ſuper curis belli.

Homines ſunt filii mundi; jam vero nemo reprehendi ſolet ob matris ſuæ amorem.

Legatus tuus interpres cordis tui; at literæ tuæ eloquentiores ſunt eo, quod de te locutus eſt.

S. 34. Pro الشكل Cod. L. perperam legit الشكل. Ibid. الحرب Cod. L. l. الحرب. S. 35. Cod. L. l. والدنيا cum و præf. male.

أَلْحَظُّ يَأْتِي مَنْ لَا يَأْتِيهِ،
أَلطَّبْعُ ضَامِنٌ غَيْرُ وَفِيٍّ،
أَلْأَمَانِيُّ تُعْمِي أَعْيُنَ ٱلْبَصَائِرِ،
لَا تِجَارَةَ كَٱلْعَمَلِ ٱلصَّالِحِ وَلَا رِبْحَ كَٱلثَّوَابِ وَلَا قَائِدَ كَٱلتَّوْفِيقِ
وَلَا حَسَبَ كَٱلتَّوَاضُعِ وَلَا شَرَفَ كَٱلْعِلْمِ وَلَا وَرَعَ
كَٱلْوُقُوفِ عِنْدَ ٱلشُّبْهَةِ وَلَا قَرِينَ كَحُسْنِ ٱلْخُلْقِ وَلَا
عِبَادَةَ كَأَدَآءِ ٱلْفَرَائِضِ وَلَا عَقْلَ كَٱلتَّدْبِيرِ وَلَا وَحْدَةَ
أَوْحَشُ مِنَ ٱلْعُجْبِ، 40
مَنْ أَطَالَ ٱلْأَمَلَ أَسَاءَ ٱلْعَمَلَ،
وَسَمِعَ رَجُلًا مِنَ ٱلْحَرُورِيَّةِ يَتَهَجَّدُ وَيَقْرَأُ فَقَالَ نَوْمٌ عَلَى يَقِينٍ
خَيْرٌ مِنْ صَلَوةٍ فِي شَكٍّ،
إِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَامُ،
قَدْرُ ٱلرَّجُلِ عَلَى قَدْرِ هِمَّتِهِ،
قِيمَةُ كُلِّ ٱمْرِئٍ مَا يُحْسِنُهُ، 45

S. 40. Conf. Erpen. S. N. 31. ubi loco ولا ورع كالوقوف عند الشبهة legitur ولا ورع كالكفّ عن الحرام *Neque abſtinentia ſimilis ei, qua abſtinetur a vetito.* Ibid. كحسن الخلق *ſicut præſtantia idolis,* ſcil. *bonitas naturæ* vel *elegantia morum.* Ibid. كالتدبير *ſicut prudens adminiſtratio* ſcil. *prudentia.* S. 42. Pro في شكّ Cod.

Bona ſors accedit ad eum, qui non accedit ad ipſam.

Concupiſcentia ſponſor eſt fidem non præſtans.

Res optatæ oculos perſpicacium occæcant.

Non eſt mercatura ſicut bonum opus; neque lucrum ſicut remuneratio; neque gubernatio ſicut concurſus Dei; neque exiſtimatio ſicut humilitas; neque gloria ſicut ſcientia; neque devotio ſicut ſubſiſtere penes rem dubiam; neque ſocius ſicut præſtantia indolis; neque cultus ſicut obſervantia eorum, quæ præſcripta ſunt; neque intellectus ſicut prudens adminiſtratio; neque ſolitudo magis vaſtans, quam φιλαυτία.

Qui ſpem prolongat, corrumpit opus.

Quum audiviſſet (Alius) virum ingenuum, qui noctu vigilabat, ut legeret, dixit: dormitatio ſuper ſcientia certa melior eſt, quam precatio in dubitatione.

Cum deficit intellectus, deficit oratio.

Pretium viri eſt pro ratione magnanimitatis ſuæ.

Pretium cujuſlibet viri *conſtituunt* bonæ ejus actiones.

Scheid. recte legit على شكّ. S. 43. Vide Scaligeri et Erpenii Prov. Arab. cent. 1. N. 84. ubi eadem ſententia exhibetur. S. 45. ذمّة Ita recte legit Cod. Scheid. loco ذمّة uti in Cod. L. vitioſe ſcribitur. Conf. etiam ſupra collect. primam N. 199. ubi eadem ſententia occurrit. Ibid. امرئ Ita lego cum Cod. Scheid. Cod. vero L. male legit اجرئ.

ٱلْمَالُ مَادَّةُ ٱلشَّهَوَاتِ،
ٱلنَّاسُ أَعْدَآءُ مَا جَهِلُوا،
نَفْسُ ٱلْمَرْءِ خُطَاهُ إِلَى أَجْلِهِ،

S. 46. Hic loco Cod. Scheid. inſerit hanc ſententiam: ٱلْحِرْمَانُ خَيْرٌ مِنَ ٱلِامْتِنَانِ *Repulſa præſtat beneficiorum exprobratione.* S. 48. Hæc ſententia in Cod. Scheid.

Cupiditatum alimentum divitiæ *ſunt.*

Homines inimici ſunt ejus, quod ignorant.

Appetitus viri, greſſus ejus ad mortem ſuam.

ſequitur poſt N. 45. et pro نَفْسُ et أَجْلِهِ legitur ibi نَفَسُ et أَجَلِهِ.—نَفَسٌ *appetitus* ſcil. *cupiditas, ſpirans aviditas.* Conf. Schult. ad Har. i. 20. et Lette. Obſ. Philol. Crit. in Deboræ et Moſis Cantica, pag. 218.

COLLECTIO QUARTA.

طُغْرَةٌ

بَعْضِ ٱلْأَمْثَالِ ذَكَرَهُ شَظَاظًا وَرَفَعَهُ ٱلْهِيدَانِيُّ

ٱلْمَشْهُورُ إِلَى أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ

عَلِيِّ بْنِ أَبِي طَالِبٍ

رَضْوَانُ ٱللَّهِ عَلَيْهِ

I.

[a] إِنَّمَا أُكِلْتُ يَوْمَ أُكِلَ ٱلثَّوْرُ ٱلْأَبْيَضُ،

يُرْوَى أَنَّ أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيًّا رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ قَالَ إِنَّمَا مَثَلِي وَمَثَلُ عُثْمَانَ كَمَثَلِ أَثْوَارٍ ثَلَثَةٍ كُنَّ فِي أَجَمَةٍ أَبْيَضَ وَأَسْوَدَ وَأَحْمَرَ. وَمَعَهُنَّ فِيهَا أَسَدٌ. وَكَانَ لَا يَقْدِرُ مِنْهُنَّ عَلَى شَيْءٍ لِاجْتِمَاعِهِنَّ عَلَيْهِ فَقَالَ لِلثَّوْرِ ٱلْأَسْوَدِ وَٱلثَّوْرِ ٱلْأَحْمَرِ لَا يُدْخَلُ عَلَيْنَا فِي أَجَمَتِنَا إِلَّا ٱلثَّوْرَ ٱلْأَبْيَضَ فَإِنَّ لَوْنَهُ مَشْهُورٌ وَلَوْنِي عَلَى لَوْنِكُمَا فَلَوْ تَرَكْتُمَانِي آكُلُهُ صَفَتْ لَنَا ٱلْأَجَمَةُ. فَقَالَا دُونَكَ

---

[a] Cod. Scheid. Prov. 83. p. 28.

EPIMETRUM
QUORUMDAM PROVERBIORUM,
QUÆ PASSIM MEMORAVIT ET RETULIT
MEIDANIUS, SUPRA LAUDATUS,
AD
IMPERATOREM FIDELIUM
ALI BEN ABI TALEBI
PIÆ MEMORIÆ.

I.

Utique devoratus ſum die, quo devoratus eſt taurus albus.

TRADITUR imperatorem fidelium ALIUM, cui Deus propitius ſit, dixiſſe: Ego et OTHSMANUS ſimili in conditione verſamur, in qua verſati fuerunt tres tauri in ſylva latentes, quorum unus albi, alter nigri, tertius rufi coloris erat, atque cum illis leo in eadem ſylva *degebat*. Leo autem contra illos nihil valebat, quamdiu ſimul congregati erant contra ipſum. Quapropter dixit tauro nigro et rufo: Nemo in hac ſylva nos prodet, niſi taurus albus, ſiquidem color ejus nimium conſpicuus eſt, i. e. *in oculos incurrit:* color vero meus colori veſtro ſimilis eſt; ſi itaque mihi permittatis ipſum devorare, tranquilla nobis erit ſylva. Et dixerunt ei: Cape et devora ipſum; tum devo-

فَكُلْهُ. فَأَكَلَهُ. فَلَمَّا مَضَتْ أَيَّامٌ قَالَ لِلْأَحْمَرِ لَوْنِي عَلَي لَوْنِكَ فَدَعْنِي آكُلُ ٱلْأَسْوَدَ لِتَصْغُوا لَنَا ٱلْأَجَمَةُ. فَقَالَ دُونَكَ فَكُلْهُ. فَأَكَلَهُ. ثُمَّ قَالَ لِلْأَحْمَرِ إِنِّي آكِلُكَ لَا مَحَالَةَ. فَقَالَ دَعْنِي أُنَادِي ثَلَثًا. فَقَالَ ٱفْعَلْ. فَنَادَي فَقَالَ أَلَا إِنِّي أُكِلْتُ يَوْمَ أُكِلَ ٱلثَّوْرُ ٱلْأَبْيَضُ. ثُمَّ قَالَ عَلِيٌّ عَ سَ أَلَا إِنِّي هُنْتُ [وَيُرْوَي وَهَنْتُ] يَوْمَ قُتِلَ عُثْمَانُ. يَرْفَعُ بِهَا صَوْتَهُ. يَضْرِبُهُ ٱلرَّجُلُ يُرْزَأُ بِأَخِيهِ.

II.

[b] أَنَا دُونَ هَذَا وَفَوْقَ مَا فِي نَفْسِكَ،

قَالَهُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ لِرَجُلٍ مَدَحَهُ بِغَاقًا،

III.

[c] أَحْرَزَ أَمْرَأً أَجَلُهُ،

قَالَهُ عَلِيٌّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ حِينَ قِيلَ لَهُ أَتَلْقَي عَدُوَّكَ حَاسِرًا. يُقَالُ هَذَا أَصْدَقُ مَثَلٍ ضَرَبَتْهُ ٱلْعَرَبُ،

IV.

[d] رَأْيُ ٱلشَّيْخِ خَيْرٌ مِنْ مَشْهَدِ ٱلْغُلَامِ،

قَالَهُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ عَ سَ فِي بَعْضِ حُرُوبِهِ،

---

[b] Pag. 58. N. 221. [c] Pag. 219. N. 1335. [d] Pag. 300. N. 1880.

ravit eum Dein poſt aliquot dies dixit rufo: Color meus ſimilis eſt colori tuo; ſine itaque me devorare nigrum, ut tranquilla nobis ſit ſylva. Et reſpondit ille: Cape et devora ipſum; et devoravit eum. Porro dixit rufo: Utique ego procul dubio te devorabo. Et reſpondit: Sine me exclamare tribus vicibus; dixitque leo: Fac. Tum exclamavit, et dixit: ENIMVERO EGO DEVORATUS FUI DIE [i. e. eo ipſo die calamitas mea jam initium habuit] QUO DEVORATUS EST TAURUS ALBUS. Dein ALI, cui pax, dixit: Sane ego vilipendi jam cœpi [ſcil. infirmatus jam fui] die quo occiſus eſt OTHSMANUS, idque elata voce pronuntiavit [ALI]. Uſurpatur itaque hoc proverbium ab illo, qui ipſe detrimentum patitur ex damno ſocii ſui.

II.

Ego ſum minor hoc, ſed major eo, quod in animo tuo eſt.

Dixit hoc imperator fidelium ALI BEN ABI TALEBI cuidam, qui hypocritice eum laudabat.

III.

Cuſtodit, ſcil. *in tuto collocat*, virum fatum ejus.

Dixit hoc ALI, cui Deus propitius ſit, cum ipſi dicebatur: Obviamne ibis hoſti tuo ſine armis? Dicitur hoc veriſſimum eſſe proverbium quod formarunt Arabes.

IV.

Conſilium ſenis præſtat conſeſſui juvenum.

Dixit hoc imperator fidelium, cui pax, in quodam bellorum ſuorum

V.

[e] أُرِيدُ حِبَآءَهُ وَيُرِيدُ قَتْلِي،

هَذَا مَثَلٌ تَمَثَّلَ بِهِ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ حِينَ ضَرَبَهُ ٱبْنُ مُلْجَمٍ لَعَنَهُ ٱللَّهُ وَبَاقِي ٱلْبَيْتِ عذيرک مِنْ خَلِيلِک مِنْ مُرَادِ،

VI.

[f] شِقْشِقَةٌ هَدَرَتْ ثُمَّ قَرَّتْ،

أَلشِّقْشِقَةُ شَيْءٌ كَٱلرِّئَةِ يُخْرِجُهَا ٱلْبَعِيرُ مِنْ فِيهِ إِذَا هَاجَ وَإِذَا قَالُوا لِلْخَطِيبِ ذُو شِقْشِقَةٍ فَإِنَّمَا يُشَبِّهُ بِٱلْفَحْلِ. وَلِأَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٍّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ خُطْبَةٌ تُعْرَفُ بِٱلشِّقْشِقَةِ لِأَنَّ ٱبْنَ عَبَّاسٍ قَالَ لَهُ حِينَ قَطَعَ كَلَامَهُ يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ لَوِ ٱطَّرَدَتْ مَقَالَتُکَ مِنْ حَيْثُ أَفْضَيْتَ فَقَالَ هَيْهَاتَ يَا ٱبْنَ عَبَّاسٍ تِلْکَ شِقْشِقَةٌ هَدَرَتْ ثُمَّ قَرَّتْ،

VII.

[g] صَدَقَنِي سِنَّ بَكْرِهِ،

أَلْبَكْرُ ٱلْفَتِيُّ مِنَ ٱلْإِبِلِ وَيُقَالُ صَدَقْتُهُ ٱلْحَدِيثَ وَفِي ٱلْحَدِيثِ يُضْرَبُ مَثَلًا فِي ٱلصِّدْقِ، وَأَصْلُهُ أَنَّ رَجُلًا سَاوَمَ رَجُلًا

---

[e] Pag. 313. N. 1969. S. 5. Modum, quo Ebn Molgjami Alium imperatorem

V.

Volo ipſum donare, at ille vult necem meam.

Eſt proverbium, quod formavit Imperator fidelium Ali, quum ipſum percuſſerat Ibn Molgjami, cui Deus maledicat. Reliqua autem pars verſus ſic ſonat: *Cedo qui te excuſet ab amico tuo de mala intentione.*

VI.

Fremuit pulmo, mox reſedit.

Vox الشَّقْشَقَة notat *pulmonem*, quem camelus ex ore promittit, quum concitatus eſt. Sic v. c. oratorem dicunt *dominum pulmonis*; comparatur ſcil. cum camelo admiſſario. Refertur quoque [*dictum*] Alii Imperatoris fidelium, cui pax, *Oratio cognoſcitur ex impetu ſermonis*, eo quod Ebn Abbasi ipſi, cum ſermonem ſuum abrumperet, dicebat: O Imperator fidelium, utinam ſermo tuus fluere inciperet ex quo abrupiſti illum! Ad quod reſpondit Ali: Apage Ebn Abbasi, iſte dicendi *impetus æſtuavit, at nunc ſedatus eſt.*

VII.

Vere mihi indicavit ætatem pulli cameli ſui.

Vox اَلْبَكْر notat *juvencam camelum*, diciturque صَدَقْتَ conſtr. cum accuſ. et cum فِي, *vere indicavi ipſi hiſtoriam.* Uſurpatur *autem* proverbialiter de veritate narrationis. Origo nempe proverbii hæc eſt; quod cum

---

interfecerit narrat Abulpharagius. H. D. pag. 191. Conf. etiam Hottinger. Hiſt. Orient. pag. 366. et 367. [f] Pag. 377. N. 244. [g] Pag. 404. N. 256.

فِي بَكْرٍ فَقَالَ مَا سِنُّهُ فَقَالَ صَاحِبُهُ بَازِلٌ ثُمَّ نَغَرَ ٱلْبَكْرُ فَقَالَ لَهُ صَاحِبُهُ هِدَعْ هِدَعْ وَهَذِهِ لَفْظَةٌ تُسَكَّنُ بِهَا ٱلصِّغَارُ مِنَ ٱلْإِبِلِ فَلَمَّا سَمِعَ ٱلْمُشْتَرِي هَذِهِ ٱلْكَلِمَةَ قَالَ صَدَقَنِي سِنَّ بَكْرِهِ وَنَصَبَ سِنَّ عَلَى مَعْنَى عَرَّفَنِي سِنَّ وَيَجُوزُ أَنْ يُقَالُ أَرَادَ[h] صَدَقَنِي خَبَرَ سِنَّ ثُمَّ حَذَفَ ٱلْمُضَافَ وَيُرْوَى صَدَقَنِي سِنٌّ بِٱلرَّفْعِ جَعَلَ ٱلصِّدْقَ لِلسِّنِّ تَوَسُّعًا، قَالَ أَبُو عُبَيْدَ وَهَذَا ٱلْمَثَلُ يُرْوَى عَنْ عَلِيٍّ عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ أَنَّهُ أَتَى فَقِيلَ لَهُ أَنَّ بَنِي فُلَانٍ وَبَنِي فُلَانٍ ٱقْتَتَلُوا فَغَلَبَ بَنُو فُلَانٍ فَأَنْكَرَ ذَلِكَ ثُمَّ أَتَاهُ أَتٍ فَقَالَ بَلْ غَلَبَ بَنُو فُلَانٍ لِلْقَبِيلَةِ ٱلْأُخْرَى فَقَالَ عَلِيٌّ صَدَقَنِي سِنَّ بَكْرِهِ،

VIII.

[i]صَدَقَنِي وَسْمَ قِدْحِهِ،

وَسْمُ ٱلْقِدْحِ ٱلْعَلَامَةُ ٱلَّتِي عَلَيْهِ لِتَدُلَّ عَلَى نَصِيبِهِ وَرُبَّمَا كَانَتِ ٱلْعَلَامَةُ بِٱلنَّارِ وَمَعْنَى ٱلْمَثَلِ خَبَّرَنِي بِمَا فِي نَفْسِهِ وَهُوَ مِثْلُ قَوْلِهِمْ صَدَقَنِي سِنَّ بَكْرِهِ،

S. 7. [h] Hæc vox اراد abeſt ab apographo Reiſkii. [i] Pag. 411. N. 2593.

aliquis pretium juſto magis pro camelo ſuo ab alio poſceret, alter ille rogavit, cujus ætatis eſſet camelus? Reſpondit Dominus, novennem eſſe, ipſoque momento aufugit. Tum Dominus clamabat قدع قدع qua voce ſubſiſtuntur pulli cameli. Emptor vero hanc vocem audiens dixit: &c. صدقني (adhibito caſu accuſativo vocis سِنًّ) i. e. *notum mihi fecit ætatem pulli cameli ſui*, et licet etiam efferre omiſſo ſtatu conſtructo: *indicavit mihi negotium ætatis*, aut صدقني سِنٌّ in caſu recto cum vocali *Damma* in fine dictionis: i. e. *veritatem mihi indicavit ætas*, per proſopopœiam tributa veracitate ætati. Dixit Abu Obeid proverbium hocce auctorem habere Alium, cui pax, occaſione, quod aliquis acceſſit ad eum, qui juſſus erat ipſi dicere: Hæ tribus pugnarunt cum illis, et vicerunt illæ; quod cum negaſſet, alter acceſſit, qui dicebat: Certiſſime vicerunt hæ tribus illas. Tum dixit Ali &c. صدقني *vere indicavit mihi ætatem pulli cameli ſui.*

VIII.

Vere mihi indicavit ſtigma (ſignum) ſagittæ ſuæ.

وسم القدح notat ſignum ſagittæ impreſſum ad indicandam ejus conditionem, quale ſignum ſæpe igne imprimitur. Senſus autem proverbii eſt: *Indicavit mihi quod erat in anima ſua.* Eſtque ſimile dicto Arabum: *Vere indicavit mihi ætatem pulli cameli ſui.*

S. 8. Similis ſtructuræ proverbium.

IX.

[k] لَا يَأْبَى ٱلْكَرَامَةَ إِلَّا حِمَارٌ،

قَالَ ٱلْمُفَضَّلُ أَوَّلُ مَنْ قَالَ ذَلِكَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ وَذَلِكَ أَنَّهُ دَخَلَ عَلَيْهِ رَجُلَانِ فَرَمَى لَهُمَا بِوِسَادَتَيْنِ فَقَعَدَ أَحَدُهُمَا عَلَى ٱلْوِسَادَةِ وَلَمْ يَقْعُدِ ٱلْآخَرُ فَقَالَ عَلِيٌّ ٱقْعُدْ عَلَى ٱلْوِسَادَةِ لَا يَأْبَى ٱلْكَرَامَةَ إِلَّا حِمَارٌ فَقَعَدَ ٱلرَّجُلُ عَلَى ٱلْوِسَادَةِ،

X.

[l] لَا رَأْيَ لِمَنْ لَا يُطَاعُ،

قَالَهُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ فِي خُطْبَتِهِ ٱلَّتِي يُعَاتِبُ فِيهَا أَصْحَابَهُ،

XI.

[m] لَا أَكُونُ كَٱلضَّبُعِ تَسْمَعُ ٱللَّدْمَ وَتَخْرُجُ حَتَّى تُصَادَ،

أَيْ لَا أَغْفَلُ عَمَّا يَجِبُ ٱلتَّيَقُّظُ فِيهِ، قَالَهُ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٌّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ،

---

[k] Pag. 647. N. 4376. [l] Pag. 660. N. 4494. [m] Pag. 661. N. 4503. S. 11. ضبع vocatur etiam أُمّ عَامِرٍ. Vid. Gol. Adag. N. 48. pag. 88. De *Hyena* confulas

IX.

Non recuſat honorem, niſi aſinus.

Dixit ALMOPHADSALUS auctorem hujus proverbii eſſe Imperatorem ALIUM, cui Deus propitius ſit, occaſione, quod ipſum convenerint duo viri, quibus ſubjici juſſit cervicalia. Quo facto, unus conſedit ſuper cervicali, alter vero non; cui ALI dixit: Sede ſuper cervicali; *Non recuſat honorem, niſi aſinus.* Tunc ſe collocavit ſuper illo.

X.

Conſilio caret, cui non præſtatur obſequium.

Dixit hoc Imperator fidelium, cui pax, in concione quadam ſacra, in qua auditores ſuos increpabat.

XI.

Non ero ſicut *Dſabuon*, qui audit *Ledem*, ut capiatur.

i. e. Non negligens ero ea de re, quæ expergiſci me jubeat *ex ſopore periculoſo*. Auctor hujus proverbii eſt Imperator fidelium ALI, cui Deus propitius ſit.

Bochart. Hieroz. Part. I. Lib. iii. pag. 836. ubi et hoc proverbium citatur. Adeas etiam Schult. Ham. pag. 443. et 444.

XII.

[n] مَا بِهَا نَافِخُ ضَرَمَةٍ،

بِهَا أَيْ بِالدَّارِ، وَالضَّرَمَةُ مَا أَضْرَمَتْ فِيهِ النَّارُ كَائِنًا مَا كَانَ، وَمَعْنَى الْمَثَلِ مَا فِي الدَّارِ أَحَدٌ وَفِي حَدِيثِ عَلِيٍّ رَضِيَ اللَّهُ عَنْهُ لَوَدَّ مُعَوِيَةُ أَنَّهُ مَا بَقِيَ مِنْ بَنِي هَاشِمٍ نَافِخُ ضَرَمَةٍ إِلَّا طُعِنَ فِي نِيطِهِ أَيْ فِي نِيَاطِ قَلْبِهِ،

XIII.

[o] مَا أَصْغَيْتُ لَكَ إِنَآءً وَلَا أَصْغَرْتُ لَكَ فِنَآءً

أَيْ مَا تَعَرَّضْتُ لِأَمْرٍ تَكْرَهُهُ أَيْ لَمْ أَخُذْ إِبِلَكَ فَيَبْقَى إِنَاؤُكَ مَكْبُوبًا لَا تَجِدُ لَبَنًا تَحْلُبُهُ فِيهِ وَيَبْقَى فِنَاؤُكَ خَالِيًا لَا تَجِدُ بَعِيرًا يَبْرُكُ فِيهِ وَذَلِكَ عَنْ عَلِيٍّ رَضِيَ اللَّهُ عَنْهُ أَنَّهُ قَالَ اللَّهُمَّ إِنِّي أَسْتَعْدِيكَ عَلَى قُرَيْشٍ فَإِنَّهُمْ أَصْغَوْا إِنَآئِي وَصَغَّرُوا عَظِيمَ مَنْزِلَتِي وَقَدَرِي،

XIV.

[p] مَا عَدَا مِمَّا بَدَا

أَيْ مَا مَنَعَكَ مِمَّا ظَهَرَ لَكَ أَوَّلًا، قَالَهُ عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ

---

[n] Pag. 690. N. 4846. [o] Pag. 693. N. 4867. [p] Pag. 703. N. 4998.

XII.

Ne ſit in domo illa qui flare poſſit in torrem.

بِهَا idem eſt, quod بِالدَّارِ *domi*. Et ضَرِمَةٌ notat quodcumque ignis pabulum. Senſus proverbii eſt: *Non eſt ullus domi*. Eſt autem in traditione Alii, cui Deus propitius ſit: Sane optaſſet Moavia, ut non remanſiſſet ex filiis Haschemi ſufflator ignis, niſi qui confoſſus ſit in cremaſtro ſuo, i. e. in ſuſpenſorio cordis ſui.

XIII.

Non inclinavi tibi mulctrale, neque vacuum tibi reliqui προαύλιον.

i. e. Non me applicui rei, quam deteſteris, neque abripui camelos tuos, adeo ut maneret vas tuum inverſum; neque invenires lac, quod in illud mulgeas; utque maneret προαύλιον tuum vacuum, neque invenires camelum qui in eo cubet. Auctor hujus proverbii eſt Ali, cui Deus propitius ſit. Dixit ille: O Deus! imploravi te adjutorem contra Koraiscitas, aſt illi inverterunt vas meum et diminuerunt magnitudinem dignitatis et poteſtatis meæ.

XIV.

Quid divertit te ab eo, quod viſum tibi fuerat antea?

i. e. Quidnam arcuit (repulit) te ab eo, quod tibi primum manifeſtum

رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ لِلزُّبَيْرِ بْنِ ٱلْعَوَّامِ يَوْمَ ٱلْجَمَلِ يُرِيدُ، مَا ٱلَّذِي صَرَفَكَ عَمَّا كُنْتَ عَلَيْهِ مِنَ ٱلْبَيْعَةِ، وَهَذَا مُتَّصِلٌ بِقَوْلِهِ عَرَّفْتَنِي بِٱلْحِجَازِ وَأَنْكَرْتَنِي بِٱلْعِرَاقِ فَمَا عَدَا مِمَّا بَدَا،

XV.

[9] نِعْمَ ٱلْمِجَنُّ أَجَلٌ مُسْتَأْخِرٌ،

هَذَا يُرْوَى عَنْ أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٍّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ،

XVI.

[1] هُوَ إِمَّعَةٌ وَكَذَلِكَ إِمَّرَةٌ،

وَهُمَا ٱلرَّجُلُ ٱلضَّعِيفُ ٱلرَّأْيِ ٱلَّذِي يَقُولُ لِكُلِّ أَنَا مَعَكَ، وَفِي ٱلْحَدِيثِ إِذَا وَقَعَ ٱلنَّاسُ فِي ٱلشَّرِّ فَلَا تَكُنْ إِمَّعَةً، قَالُوا هُوَ أَنْ تَقُولَ إِنْ أَهْلَكَ ٱلنَّاسُ هَلَكْتُ إِلَّا لَا أَسْوَةً فِي ٱلشَّرِّ، يُقَالُ رَجُلٌ إِمَّعٌ وَإِمَّعَةٌ، قَالَ ٱبْنُ ٱلسَّرَّاجِ هُوَ فِعَّلٌ لِأَنَّهُ لَا يَكُونُ إِفْعَلٌ صِفَةً، قَالَ وَقَوْلُ مَنْ قَالَ إِمْرَأَةٌ إِمَّعَةٌ غَلَطٌ، لَا يُقَالُ لِلنِّسَاءِ ذَلِكَ، وَقَدْ حُكِيَ عَنْ أَبِي عُبَيْدٍ وَيُرْوَى عَنْ أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ عَلِيٍّ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ بَيْتَانِ فِي هَذَا ٱلْمَعْنَى وَهُمَا

---

[9] Pag. 738. N. 5447. S. 15. Significare videtur: Optimum contra mortem homini clypeum præbere, si Deo O. M. diem ejus prorogare placuerit, cum scilicet

erat. Dixit hoc ALI BEN ABI TALEBI, cui Deus propitius ſit, ALZOBAINO Ebn AL-AWAAMI die cameli, quaſi diceret: Quidnam ab obedientia (quam antea præſtiteras) dimovit te? Cui ſimile eſt alterum: *Agnoviſti me in Hegjaas, at abnegaſti in Iraak.—Quid* vero *divertit te ab eo, quod viſum fuerat prius?* (i. e. a priſtina ſententia tua.)

XV.

Euge clypeum fatum dilatum!

Hujus adagii auctor eſt ALI Imperator fidelium, cui Deus ſit propitius.

XVI.

Eſt imbecillis aſſentator (*een laffe jaabroer*) pro quo et dicunt: Eſt fluctuator (*een wyffelaar*).

Duo hæc vocabula اِمَّعَةٌ et اِمَّرَؤٌ deſignant virum imbecillem conſilio, qui unicuique dicit: *Ego tecum.* Eſtque inter dicta MUHAMMEDIS: Quum in calamitatem inciderint homines, cave fueris اِمَّعَةً i. e. (ut explicant nonnulli) cave dixeris, ſi perierint alii, periero etiam ego: niſi forte infortunium hoc alius generis ſit. Dicitur autem vir اِمَّعٌ et اِمَّعَةٌ terminatione maſcul. et fœm. IBN ALSARAGI ait eſſe nomen formæ فِعَّلٌ ductum ex Spec. II. ideo adhibitum quoniam forma اِفْعَلٌ non exprimit qualitatem (h. e. quæ forma افعل tali in caſu locum non habet). Falluntur autem, qui dicunt, mulierem vocari اِمَّعَةً; non enim uſurpatur hæc vox de mulieribus, uti jam obſervavit EBN OBEID. Recitantur etiam in hunc ſenſum ALII Imperatoris fidelium, cui Deus propitius ſit, duo verſiculi;

---

nemo ante diem a Deo præſtitutum moriatur. [r] Pag. 780. N. 5792.

وَلَسْتُ بِإِمَّعَةٍ فِي ٱلْخُطُوبِ أُسَائِلُ هَذَا وَذَا مَا ٱلْخَبَرْ،
وَلَكِنَّنِي مِدْرَهُ ٱلْأَصْغَرِينَ جَلَّابُ خَيْرٍ وَفَرَّاجُ شَرّ،

XVII.

أَهْوَنُ ٱلسَّعْيِ ٱلتَّشْرِيعُ

أَهْوَنُ مِنَ ٱلْهُونِ وَٱلْهُوَيْنَا بِمَعْنَي ٱلسُّهُولَةِ، وَٱلتَّشْرِيعُ أَنْ تُوَرِّدَ ٱلْإِبْلَ مَاءً لَا تَحْتَاجُ إِلَي مَنْحِهِ بَلْ تَشْرَعُ فِيهِ ٱلْإِبْلَ شُرُوعًا، يُضْرَبُ لِمَنْ يَأْخُذُ ٱلْأَمْرَ بِٱلْهُوَيْنَا وَلَا يَسْتَقْصِي يُقَالُ فُقِدَ رَجُلٌ فَأَتَّهَمَ أَهْلُهُ أَصْحَابَهُ بِهِ فَرَفَعَ إِلَي شُرَيْحٍ فَسَأَلَهُمُ ٱلْبَيِّنَةَ عَلَي قَتْلِهِ فَٱرْتَفَعُوا إِلَي عَلِيٍّ رَضْوَانُ ٱللَّهِ عَلَيْهِ وَأَخْبَرُوهُ بِقَوْلِ شُرَيْحٍ فَقَالَ عَلِيٌّ

أَوْرَدَهَا سَعْدٌ وَسَعْدٌ مُشْتَمِلٌ
يَا سَعْدُ لَا تَرْوَي عَلَي هَذَا ٱلْإِبِلِ،

ثُمَّ قَالَ أَهْوَنُ ٱلسَّعْيِ ٱلتَّشْرِيعُ، ثُمَّ فَرَّقَ بَيْنَهُمْ وَسَأَلَهُمْ فَٱخْتَلَفُوا ثُمَّ أَقَرُّوا بِقَتْلِهِ،

• Pag. 790. N. 5871.

Non ſum imbecillis mente in negotiis gravioribus, ut modo hunc, modo alium interrogem: Quid rei accidit?

Enimvero corde potens ſum et lingua; ſecundæ fortunæ adductor, at diſcuſſor mali.

XVII.

Facillima potatio eſt deductio animalis in aquam.

أَهْوَن deſcendit ab هَوْن et هُوَيْنَ cum ſignificatione *facilitatis*; تَهْرِيع autem valet *deducere camelum in aquam*, ita ut non opus habeas haurire aquam e puteo, ſed ſolummodo camelos ingredi jubeas in illam pedetentim. Teritur de eo, qui rem aggreditur a parte faciliori ſine acriori ſtudio. Narratur virum quemdam deſideratum fuiſſe, cujus familia, quum ſuſpectos haberet de cæde ſocios ejus, detulerunt rem ad Sjoreichum. Hic vero argumenta manifeſta requirebat, quibus de cæde viri conſtaret. Itaque rem deinceps detulerunt ad Alium, piæ memoriæ, expoſitis ſimul Sjoreichi dictis. Reſpondit Ali;

In aquam deduxit Saadus *camelos*, idemque Saadus rem tenet omnem.

Heus Saade! cave propines his camelis &c.

Mox addit: *Facillima potatio eſt deductio in aquatorium.* Poſtea homines iſtos (*interfecti viri ſocios*) a ſe invicem diſcedere jubet, et ſingulos interrogat; quorum cum confeſſiones inter ſe pugnarent, cædem confeſſi ſunt.

ANNOTATIONES

IN

COLLECTIONEM PRIMAM.

ANNOTATIONES

AD

SENTENTIAS

ALI BEN ABI TALEB.

PROŒMIUM

الاولياء والاصفياء. Intelliguntur fidei Muhammedicæ Antiſtites fideliſſimi, quales erant ABUBECER, OMAR, OTSMAN, et ALI noſter. Conf. Reland. de Rel. Muham. p. 37. et Vriemoet Arabiſm. p. 128.

ليث الله *Leo Dei.* Figura, qua leonibus comparantur principes et victores potentiſſimi, apud Orientales frequentiſſima eſt. Vid. Hiſt. Tim. i. p. 106. 620, &c. Exc. ex Iſphan. p. 4. Mon. V. A. p. 15. alibi: et in SS. Jeſ. xxx. 6. Jerem. iv. 7. Apocal. v. 5, &c.

ربّ العالمين *Dominus ſeculorum*, vel, ſi mavis, *mundorum*, ſcil. *creaturarum.* Conf. Vriemoet l. c. p. 176 ſeq.

نثر اللالي *ſparſio margaritarum*, i. e. collectio proſaica. Opp. phraſi, qua Orientales imprimis *Perſæ* pulcherrima metaphora pro *verſus nectere* dicunt *margaritas nectere.* Conf. G. Jones de Poeſi Aſiat. p. 22. et 23. نثر enim diſtinguitur non ſolum a نظم *ordo, ſeries juncta,* et per metaph. *carmen eleganter compoſitum.* Abulph. H. D. p. 330. وكان بليغا في صناعتي النظم والنثر *Utroque genere tam carmina quam proſam ſcribendi excelluit.* Sed et a شعر *carmen.* Har. Conf. xliii. quem locum citavit H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 113.

S. 1. Paronomaſia inter إِيمان et أَيمان redibit infra N. 267. Occurrit etiam Tim. i. p. 624. Prius, exponente Gjeuhario, idem valet, quod تصديق i. e. *πίστις, fides,* ſcil. *veracitas tenoris ſervantiſſima,* adeoque *inconcuſſa* et *fallere neſcia.* Poſterius eſt collect. *τῇ* يمين *dextra* manus, et per meton. *jusjurandum* data dextra *firmatum* et *ſancitum.* Qua notione Hebr. ימין venit Eſai. xliv. 20. Cæterum de fig. *paronomaſia* Orientalibus multum adamata luculenter egit Cel. Verſchuur Diſſert. Philol. p. 172 ſeqq.

S. 2. Idem affirmat Salomo Prov. xvii. 17. Conf. etiam in ſeqq. N. 11. ubi plenius ſe explicat Auctor; et Wahid. Collect. Prov. MSS. ſub lit. ج جرب اخوانك في الشدة كما تجرب الذهب في النار *Proba fratres tuos in adverſis, ſicut aurum probatur in igne.* Cum quibus concinit notiſſimum illud Ovidii: Triſt. Lib. I. Eleg. iv. 25. *Scilicet ut fulvum* &c. et Senecæ: *Amicos ſecundæ res optime parant, adverſæ certiſſime probant.* Quibus adde monitum Euripidis cit. apud Grotium in Excerptis ex Tragœdiis p. m. 170. *Τὸς φίλους ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν, Id amicos decet adferre amicis rebus in mœſtis opem.*—واسا unde اسوة et أُسوة *æqualitas*; item idem quod اتمام *complementum, perfectio* rei: ex quo jam plenius intelligas, quid viſum fuerit olim LXX Interpretibus de Hebr. אסן in difficillimo loco, Exod. xxi. 22. *Si rixati fuerint* &c. *τὸ* ולא יהיה אסן *παιδίον αὐτῆς ἐξεικονισμένον*: ubi ſimiliter Auguſtinus *non formatus* &c. &c. Porro اسا ſecundario uſu valet *conſolatus fuit, adjuvitque* præſertim *munere* &c. واسا *Himjaritarum* idiomate pro اسا, cujus ſtirps אסה اسا pp. valet *æquavit, complanavit,* h. *complevit, conſolidavit,* et dein *conſolatus fuit, adjuvitque ſolando* præſertim *munere* aut *beneficio,* quæ notio, admonente Gjeuhario et Schol. ad Elnaw. N. 24. imprimis locum habet in II. et III. Spec. Hinc اسوة notat etiam *ſolamen,* ſcil. *id, quo levatur dolor.* Audiatur Gjeuhar: أَسَّيْتُهُ تأسية أَيْ عَزَّيْتُهُ وَأَسَيْتُهُ بِمَا لِي مُوَاسَاةً أَيْ جَعَلْتُهُ إِسْوَتِي فِيهِ وَوَاسَيْتُهُ لُغَةٌ صَعِيفَةٌ فِيهِ. Conf. Gol. ad ſtirpem

اسي Col. 108. et Vid. Har. conf. i. p. 22. 23. et iii. p. 146. ibidemque Schult.

S. 3. الغني pp. *affluentia*, a them. غني ענה pp. *fluxit, affluxit*, Spec. *opibus*, monente Golio eſt *αὐτάρκεια*, ſcil. *contenti animi quies*. Conf. Ibn. Dor. v. 108. 163, &c.—Præpoſitio من מן *de* h. l. *partem* deſignat, qui uſus ab ejuſdem origine (a Cel. Verſchuur indicata in Diſſert. Philol. p. 2.) haud alienus eſt. Ita rurſus Ibn. Dor. v. 227.

من كلّ ما نال المرء قد نلته

Omnium, quæ conſequi vir ſolet, partem jam conſecutus ſui.

Exc. Ham. p. 600. ان من الحلم زلّا *Pars manſuetudinis vilitas eſt*, i. e. manſuetudo *quædam* vilitas eſt, et alibi apud auctorem noſtrum. E. g. ſent. 5. &c. Senſus eſt: Ubi poſt accepta beneficia animum oſtenderis contentum, eo ipſo jam gratias agis benefactori tuo; inde enim apparet, recte ipſum collocaſſe munera.

S. 4. Gjeuhar: اَلْأَدَبُ أَدَبُ ٱلنَّفْسِ وَٱلدَّرْسِ تَقُولُ مِنْهُ أَدُبَ ٱلرَّجُلُ بِٱلضَّمِّ فَهُوَ أَدِيبٌ وَأَدَّبْتُهُ فَتَأَدَّبَ—Unde apud Gol. eſt: *humanitas, civilitas morum, elegantia morum et doctrina*, item *eruditio*, uti interpretatus fuerat Schult. Har. conf. ii. p. 42. 56. Latiſſime patet vox أَدَبٌ, quam *eruditionem* reddidimus, quippe quæ, ſi vere liberalis ſit, omnia, quæ ad bonos mores, ſtudiaque humaniora pertinent, complectitur, uno verbo *παιδείαν*, quam tanquam *κάλλιϛον κτῆμα* laudat Menander, Sent. Moral. p. m. 164. Cæterum attendenda elegantia Paronomaſiæ inter أَدَبٌ et ذَهَبٌ venuſte captata. Eadem Paronomaſia redibit in ſeqq. N. 52. et 152.

S. 5. أَدَآءٌ *ſolutio*. Secundum grammaticos eſt infinit. Spec. II. irregularis e verbo أَدَى ארה idem notante, quod vic. هدى הדה *tetendit*, et h. *perſolvit*, q. d. *extenſa manu porrexit*. Malim tamen accipere pro infinitivo antiquo Spec. I. ut ſit formæ قَضَآءٌ, quod ipſum قضا pro noſtro ادا in

eadem conſtructione adhibuit Har. conſ. iv. p. 42.—Porro دَيْنٌ *æs alienum* pec. *cui ſolvendo certus præfixus eſt terminus.* Uti Golius ex Camuſo dedit, et ex Har. l. c. illuſtrari poteſt دِينٌ *religio.* Luditur in vicinia harum vocum ab eadem ſtirpe profectarum. دَانَ pp. eſt *premere, premendo ſubigere,* et *in poteſtatem ſuam redigere.* Inde دَيْنٌ *æs alienum,* quod *debitorem quaſi premit,* et diverſo flexu دِينٌ *ſubactio* עבדה, dein *cultus Dei, religio* pec. *vera,* qua animus hominum *ſubigitur* et *edomatur.*

S. 6. عِيَالٌ *domeſtici, turba clientum* ab aliquo *dependens* ac *ſuſtentanda,* ſpec. *familia numeroſa,* qua *ſuſtentanda* quis quaſi *farcina oneratus eſt.* Quo ſenſu occurrit apud Abulph. de V. M. p. 17. qui locus ex collatione cum MSS. ſic legendus: ان اخاك ابا طالب كثير العيال فانطلق لناخذ من بيته ما نخفف عنه به *Frater tuus Abu Taleb numeroſam habet familiam; agedum capiamus e domo ejus, quo ipſum ſublevemus.* Conf. etiam de hac voce Schult. ad Har. iii. p. 138. et vi. p. 181.—Porro attendenda conſtructio, qua *imperativus* præmittitur, *officium* vel *conditionem* deſcribens; *futurum* ſequitur, quod ejuſdem *conditionis exitum, officiique fructum* promittat: et ita quidem, ut poſterius inſuper ad pathos orationis tanto fortius exprimendum per aſyndeton exhibeatur. Non aliter Cor. ii. 136. et in Sent. Erpen. N. 75. iterumque in Sent. Alii noſtri, quæ mox ſequuntur N. 7. 15. 17. &c. Talis conſtructio in SS. etiam frequentiſſima.

S. 7. Idem innuit Salomo Prov. xxv. 21. 22. Nec non Deianira apud Senecam inquiens: *Sed jecur fors horridum flectam emerendo, merita vincunt malos.*—مُسِيءٌ *Homo nequam, maleficus,* it. *refractarius,* qui ſe aliis adverſum præbet. Sic de *fortuna adverſa, infeſta.* Har. conſ. viii. 55.

وَإِنَّمَا ٱلدَّهْرُ ٱلْمُسِيُّ ٱلْمُعْتَدِي
مَالَ بِنَا حَتَّى غَدَوْنَا نَجْتَدِي

Utique fortuna adverſa, malefica, inimica
Eo redegit nos, donec evaſerimus omnium indigi.

S. 8. Poteſt etiam hæc ſent. verti per exclamationem h. m. *Fratres hujus ævi,* quam diligenter ſunt mutuorum *vitiorum ſpeculatores!* جواسيس Collect. τοῦ جوّاس *Captator nuncii, explorator, ſpeculator.* Vit. Salad. p. 7. et Abulph. H. D. p. 557. a جسّ pp. *palpavit* et quaſi *palpando inquiſivit.* Tharaph. v. 48. Sic de *medico* pulſum arteriæ ægroti *explorante.* Abulph. H. D. p. 238. it. de *cæcis,* qui manibus pro oculis utuntur, iiſque res oblatas *palpant.* Ibid. p. 23. quo ſenſu Hebr. גשש ſemel tantum lectum adhibetur. Eſai. lix. 10.

S. 9. Idem docebit auctor in ſeqq. N. 277. Conf. quoque Prov. apud Meidan. iii. 34. أَرْوَحُ مِنَ الْيَأْسِ *Majorem quietem præbens quam deſperatio.* Scil. يَأْسٌ referente Meidanio N. 2064. notat احدي راحتين *unam earum animæ adfectionum,* quibus quis aliarum rerum curas mittit, ſuaque ſorte præſenti contentus vivit. Hinc opponitur τῷ طمع *concupiſcentia* apud Wahid. Cod. MS. Sub lit. Eliph. الطمع فقر حاضر، اليأس غني ظاهر *Paupertas præſens concupiſcentia; divitiæ vero manifeſtæ deſperatio,* ſcil. miſſio curarum ac ſollicitudinum *ſunt.* Eandem notionem exſerit Hebr. יאש 1 Sam. xxvii. 1. et in Pihh. Eccl. ii. 20. استراح ſimpliciter eſt *requievit,* q. d. *quietem captavit.* Sic Abulph. H. D. p. 547. وَقَالَ لَهُ تَمْشِي إِلَى بَلَدَكَ تَسْتَرِيحُ i. e. *ut requieſcas* miſſis curis omnibus.

S. 11. Affine eſt illud Euripidis apud Grot. l. c. p. 172.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, κτᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον·
Ὡς ἀνὴρ, ὅσις τρόποισι συντακῇ, τυραῖος ὢν
Μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.
Ergo amicos comparate ſanguine haud junctos modo:
Namque morum copulatus fœdere, externus domo,
Longe amicus ante amicos, quos dedit cognatio.

Notanda et h. l. Paronomaſia inter نسب et نشب.

S. 12. برّ الوالدين obſervanda ſyntaxis, qua nomen rectum paſſivam habet ſignificationem, et *pietatem* deſignat, non adeo parentum erga liberos, ſed horum erga parentes. Sic برّ الاداني eſt *pietas in propinquos*. Anthol. Sent. Arab. N. 116. Pari modo Hebr. dicunt אהבת חסד *Amor*, ſcil. *ſtudium in benignitatem flagrans*; יראת יהוה *Timor*, ſcil. *reverentia, quæ Deo præſtatur*. Alia exempla vid. apud Schroed. Synt. Hebr. reg. ix.— سَلَفٌ notat *promutuum*, ſcil. *pignus lucri futuri*, imo vero *ſolutionem in anteceſſum factam*, per quam ſcil. a liberis tuis idem exſpectes, quod parentibus præſtiteris. Conf. infra N. 90. Appoſite ad auctorem noſtrum Euripides l. c. p. 255.

Κάλλιϛον ἔρανον δὲϛ γὰρ ἀντιλάζυται
Παίδων παρ᾽ αὐτῦ τοιάδ᾽, ἂν τοκεῦσι δῷ.
Promutuum eſt hoc omne, quod genitoribus
Dat quiſque, rurſus a ſua prole accipit.

Adde Menandrum l. c. p. 158. Ἔλπιζε, τιμῶν τὲϛ γονεῖϛ, πράξειν καλῶϛ. *Colens parentes, læta ſperes omnia.*

S. 13. Idem affirmat auctor in ſeqq. N. 130. et apud Wahid. Cod. MS. Sub lit. *Eliph* اصبر نظفر et ſub lit. *Dal* الصبر عنوان دوان [l. دوام] الظفر. Vid. etiam Erpen. Sent. N. 46. الصبر مفتاح الفرج.

S. 14. Hanc ſententiam copioſe illuſtravit H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 117. &c. Conf. etiam Cor. ii. 262. et 263.

S. 15. الدنيا et اخرة ſæpiſſime quidem ita opponuntur, ut prius *vitam præſentem*, poſterius *vitam futuram* deſignet, Tim. ii. 90. et apud Wahid. paſſim. Plenas phraſes الحيوة الدنيا et دار الاخرة vide in Cor. ii. 86. 94. xxviii. 61. 62. xxix. 64. &c. &c. Heic tamen loci الدنيا videtur mihi ſignificare *bona mundana, opes, divitias*, qua notione occurrit Abulph. H. D. p. 457. ياتينه لاجل دنياه *frequentabant ipſum propter mundum ejus.* et Tim. i. 18. لا دنيا لهم ولا دين *Nec opes, nec religio illis erat.*

S. 16. تعالي omittitur in Cod. P. quod præfero. Cor. iv. 75. Porro ejuſdem farinæ eſt dictum Syrachidis, cap. i. 10. φόβος Κυρίȣ τέρψει καρδίαν, καὶ δώσει εὐφροσύνην καὶ χαρὰν καὶ μακροημέρωσιν. Phraſis قرّة العين *Frigefactio*, ſcil. *refrigerium oculi*, apud Arabes *ſolatium, lætitiam, omnemque recreationem* exprimit, Cor. xxv. 74. xxviii. 9. 13. xxxii. 18. Vit. Salad. p. 256. Exc. Ham. p. 557. et alibi. E contrario, oculus alicujus dicitur سخن *incaleſcere*, cum *dolore, ægritudine &c. male uſtus et adfectus eſt.* Abulph. H. D. p. 206. Conf. Schult. de Defect. L. H. p. 244. ad Iſphan. p. 20. et ad Mon. V. A. p. 33.

S. 17. Non diſſimile illud tritiſſimum, *Aurora muſis amica*; nec non vernaculum, *De morgenſtond heeft goud in den mond.*

S. 18. Quadrat hæc ſententia in hominem voluptuoſum, qui, gulæ ventrique indulgens, ſibimet ipſe noxius atque infeſtus eſt. Conf. Alexides apud Grotium, l. c. p. 587.

Μάθοις ἂν οἷον ἀνθρώποις κακὸν
Ἔξιν ἡ γαστὴρ, διδάσκει δ' οἷ', ἀναγκάζει δ' ὅσα.
Videas ſat vel hinc mortalibus
Pernicies ſit quanta venter, quæ doceat, ad quæ incitet.

Idem innuit Euripides ibid. l. c. p. 425.

Γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίνεται κακά.
Venter malorum cauſa, quæ ferme omnium.

S. 19. Acumen hujus ſententiæ non capio. In genere quidem videtur ſenſus eſſe, Eum, qui Deum ſummo feriarum mane colat, ſanctaſque ceremonias rite obſervet, benedictionem divinam ſperare poſſe. Suſpicor tamen alludi ad ritum quendam Orientalem, quo mulieres diebus præſertim Jovis (quæ الخميس vel plena phraſi يوم الخميس *Dies feriæ quintæ* dicitur) allata myrrha viridi, quæ in vaſe teſtaceo tumulo adhærente cum aqua ponitur, in cœmeteria confluunt, ad flendos mortuos, preceſque fundendas. De quo ritu conſulas J. C. Kallium et A. Bloch. Philoſoph. Arabum popu-

lar. Specim. primo, p. m. 13. et imprimis Excerpt. ex J. Cotov. in Itin. Hieroſ. et Syr. cap. viii. p. m. 183. ubi ritus ille latius deſcribitur h. m. *Cæterum feminæ ſingulis diebus Jovis, (qui Mahometæis profeſtus hebdomadarius eſt) frequentiſſimo concurſu ad ſuorum conſanguineorum ſepulcra, preces, ſacraque pro ritu Mahometæo ibidem dicturæ, conveniunt, eaque ramis frondentibus, et herbis odoratis in aqua frigida intinctis, adſpergunt; hærentque ibi a prima uſque in ſeram lucem, pane, caſeo, carnibus, aliiſque obſoniis, quibus naturæ neceſſitati eo die ſatisfaciant, ſecum allatis, miſcentes hoc modo cum ſupplicationibus et parentalia.*

S. 20. ברכה, *benedictio, felicitas*, a ברך, pp. *genua flexit, procubuit in pectus camelus.* Quo ſenſu proprio occurrit Gen. cap. xxiv. 11. Hinc ſuccrevit vis *fauſtæ complicationis*, et *benedictionis*. Conf. Schult. ad Ham. p. 436. et ad Iſphan. p. 20. 21. Utramque *cum* propriam *tum* impropriam notionem vid. Tim. i. p. 376.

بركت ناقة ترحالي بجانبها
فما رايت بها في واحد بركة

Procumbere feci camelum migrationis meæ in tractu eorum,
Sed nullam ibi vidi felicitatem.

S. 21. Huc ſpectant variæ apud Arabes ſententiæ. e. g. اطلاق اللسان هلك، ربّ لسان اتي علي انسان، كم من انسان اهلكه لسان &c. Quibus adde Gol. Adag. N. 35. p. 82. ubi pro كفّيه legendum ذكّيه. Similiter Menander, l. c. p. m. 166. ἡ γλῶσσα πολλὰς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν· ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν. Et imprimis Apoſt. Jacobus, cap. iii. 6. ſeqq.

S. 22. ابطل, *irritum, fruſtraneum fecit*, a بطل pp. *vacavit, otioſus*, vel *ſine opere fuit*, qua notione Hebr. בטל ſemel lectum occurrit Eccl. xii. 3. ובטלו הטחנות כי מעטו, *et molatrices*, i. e. dentes molares *vacabunt*, ſcil. *ferias* quaſi *eſuriales reſidebunt*, i. e. *otioſæ erunt*, quia *radendo detritæ ſunt.*—Monet hac ſententia Ali, Vitandam eſſe beneficiorum exprobratio-

nem ; hæc enim non ſolum cauſa eſt, ut ſcopum ſuum non attingant, et is, apud quem collata ſunt, ea grato animo haud agnoſcat ; ſed et ipſum benefactorem parem facit ei, qui bonis ſuis avare parcit, iiſque tenaciter adhæret ; uti liquet ex Elnaw. p. 26. N. 34.

صنون من منح سايله ومنّ
ومن صنع نايله ومنّ

Accepta beneficia, qui libenter exprobrat,
Et qui eadem ſordide denegat, virtute pares.

Pari modo Græci. Sic Philemon apud Grot. l. c. p. 779. Καλῶς ποιήσας ἃ καλῶς ὠνείδισας, *bene quod feciſti, id exprobraſti non bene :* et Comicus quidam ibid. p. 917.

Ἐὰν ὁρῶν πένητα γυμνὸν ἐνέδυσας,
Μᾶλλον ἀπέδυσας αὐτὸν, ἐὰν ὠνείδισας.
Qui viduum veſte veſtiviſti pauperem,
Id ſi exprobraſſis, deveſtiviſti magis.

S. 23. Idem docent variæ apud Sen. et Syr. M. ſententiæ : e. g. N. 83. *Bis eſt gratum, quod opus eſt, ſi ultro offeras.* N. 315. *Inopi beneficium bis dat, qui cito dat :* et N. 779. *Duplex fit bonitas, ſi ſimul acceſſerit celeritas.* Quibus adde verba Nazianzeni de cura pauperum, *Qui hilari vultu miſeretur, is promptitudine ſua beneficium duplicat :* nec non Chryſoſtomi, *Si alacriter demus, duplex erit eleemoſyna, et quia damus, et quia hilariter damus.* Eodem tendunt Philemonis verba apud Grot. l. c. p. 779.

Ἅπαν διδόμενον δῶρον, εἰ καὶ μικρὸν ᾖ,
Μέγιστόν ἐστιν, εἰ μετ' εὐνοίας διδῷς.
Beneficium omne fit de minimo maximum,
Accedit quoties dantis benevolentia.

Porro phraſis بشاشة الوجه, *exporrectio frontis*, ſcil. *ſolutio vultus*, notat *vultum hilarem* atque *ſerenum* Abulph. H. D. p. 547. Opp. τῇ ὄψει وجه, quod de *odio inteſtino* et *tetrico vultu* teritur. Abulph. de V. M. p. 5. Radix nempe

بشش exponitur per طلق الوجه, *laxavit vultum*, vel *laxatus fuit vultu*, i. e. *ſoluto* et *hilari vultu fuit*. Tab. Ccb. p. m. 37.

S. 24. Non diſſimile huic ſententiæ Imperatoris monitum in Collect. Wahid. MS. ſub litera *Lam-Eliph.* لا تجعل لنفسك توكلا الا الله ولا رجا الا الله. Quo ſpectat etiam illud Perſarum apud L. Warnerum Cent. Prov. et Sent. Perſicarum. N. 34. جهان اي برادر نماند بكسي دل اندر جهان افرين بند وپش, *Mundus, O frater, nemini perpetuus eſt: Cor ad mundi Creatorem applica, et hoc ſufficit.* Adde Euripidem l. c. p. 355.

Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, ὐδὲν δεῖ φίλων,
Ἄλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν ὅταν θέλῃ.
Quos Dî tuentur, his amicorum nihil
Opus eſt; abundè ſufficit fautor Deus.

S. 25. Vario ſenſu intelligi poteſt hæc ſententia. Secundum verſionem, quam dedi ſenſus erit, Ubi hominis malefici ſcelera admonitionibus tuis retundere ſtudes et retro quaſi agere, eo ipſo nonnunquam iſta provocas et promoves. Sin vero cum Interprete Regio اقبال ſumatur pro *averſione*, qualis ab Ibn Dor. v. 61. laudatur in *equis generoſis*, qui *nigredinem oculi ad naſi mucronem obverſam* habent, mens erit, *Malefactorum retroactionem*, ſcil. *repulſionem*, vel, ſi mavis, *dilationem*, procedere a generoſa illa *averſione*, qua quis ſcelera ob eorum turpitudinem fœditatemque torvis quaſi oculis intuetur atque deſpicit. Exſtat etiam apud Giggejum gloſſa in IV. Spec. اقبل الرجل, *poſt ſtoliditatem ſapuit, poſtliminio ſapuit.* Ex quo verbi uſu bonus quoque ſenſus oriri poſſet.

S. 26. *Præſtat ſero, quam nunquam.* Quamvis enim ſenex nunquam pubeſcere poſſit, ipſique valde difficile ſit ea præſtare, quæ florida ætate ipſius officii erant; oportet tamen eum, omni, quantum poteſt, opera iis incumbere, quæ in juventute ipſum effugerint.—Obſerva etiam, Futurum تدارك h. l. vim imperativi habere, quod in præceptis et hortationibus uſitatiſſimum eſt. Vid. Schroed. Synt. Hebr. reg. xlviii. N. 5.

S. 27. تكاسل, *torpor, negligentia.* Actio Spec. VI. quam in Gol. Lex. fruſtra quæres. Ejus particip. occurrit etiam in Verſ. N. T. Arabica. Rom. xii. 11. De origine radicis كسل, כסל, quæ in *gravitate ſpiſſa* ſpec. *lumborum* et *ilium adipe obſitorum* ſita eſt, conf. Schult. ad Prov. p. 24. —صلوة notat *precationes ardentiſſimas*, præſertim *ſolennes illas*, quæ cum *fervore* et *ardore* animi quotidie a Muhammedanis ſtatis temporibus inſtituendæ ſunt. Vit. Salad. p. 4. et 8. Cor. lxxxvii. 15. et cvii. 4. et 5. a صلا, צלה, *torruit, aſſavit igne.*—ضعف, *imbecillitas*, a *plicatione*, ſcil. *complicatione*, quæ proprietas eſt ſtirpis ضعف, צעף: unde צעיף, *peplum* pp. *velum duplicatum*, quo puellæ et nuptæ non ſolum pectus et faciem, ſed et tergum obtegere ſolent. Gen. xxiv. 65. et xxxviii. 14. 19.

S. 28. تَفَأَّل imperat. V. Spec. quæ ſolitaria eſt in Lex. Gol. cum notione *divinationis bonæ* peculiariter ex *omine*, a فأل, quæ radix propria eſt divinatoribus, qui *ex ſideribus, aliiſque rebus bonum ominantur.* Gol. Adag. p. 94. N. 57. فُؤُل لكل ناجم, *cuique orienti ſideri præſagia.* Exſtat etiam gloſſa apud Giggejum, يحب الفأل ويكره التطير, *amabat divinationem, et deteſtabatur auſpicia.* Hinc اصحاب الفال, *divinationis periti* diſtinguuntur a *præſtigiatoribus*, aliiſque qui artem magicam exercent. Abulph. H. D. p. 73.—تَنَلْ per apocopen pro تَنَالُ, a نال med. ي pp. *texuit, pertexuit*, et per metonymiam, *conſecutus, aſſecutus fuit* boni quid. Tim. i. 30. 44. Exc. Ham. p. 464. vit. Salad. p. 23. 49. 54. et 254. Eadem proprietas eſt in نال med. *vaw* et in Hebr. נלה, quod ſemel tantum lectum Jeſ. xxxiii. v. 1. בנלותך לבגוד, *quum conſummaveris prævaricari* pp. quum telam prævaricationis tuæ *pertexueris.*

S. 29. تاكيد infinit. II. Spec. rad. اكد in orig. idem quod وكد, *ſtrinxit, adſtrinxit*, et dein *firmavit, confirmavit.* Sæpiſſime adhibetur de *amore*, cujus vincula firmius *adſtringuntur.* Vit. Salad. p. 216. Abulph. H. D. p. 434, &c.

S. 30. Rad. غفل, עפל; in origine valet, χαυνῶσθαι, *fungoſum eſſe, tumere:*

unde notiones *negligentiæ, omiſſionis, ſocordiæ* &c. ſponte manarunt. Vid. Schroed. in Orig. cap. iv.—مكروه in genere notat, *omne quod ingratum eſt*, ac *deteſtandum*. Cor. xvii. 38. Ubi poſt criminum aliquot nefandorum mentionem hæc leguntur, كل ذلك كان سيئة عند ربّك مكروه, *hoc totum eſt malitia apud Dominum tuum, deteſtabile.*

S. 31. Significat, Denſam liberorum cibum una cum parentibus capientium multitudinem benedictionis loco habendam eſſe. تراحم act. VI. Spec. ſtirpis زحم, *coarctavit, preſſit*, uti fit in *denſa* hominum *turba*: in VI. et VIII. Spec. *in arctum confluxit, ſeque compreſſit populus*, præſertim in *bello*. Tim. i. 607. hinc زحام notat, *multitudinem hominum, qui ſe mutuo comprimunt*. Tim. i. 96. وغص البلد بالزحم, *et præfocatum eſt oppidum multitudine denſa*. Similiter Abulph. H. D. p. 116. *Porro die Feſti Paſchatis incidentes in confuſionem Judæi ſe invicem truſerunt*, adco ut في الزحام, præ compreſſione *morerentur triginta hominum millia*.

S. 32. Pro تَظَرَّفُ Cod. P. l. تَطْرُفُ, *conſpicuus eris*, vel, uti Interpres Reg. vertit, *conſpicuum te facies*, quod eodem redit. Eſt autem تظرّف, exponente Gjeuhario, idem quod تَكَلَّفَ ٱلظَّرْفَ, *induſtriam, acumen*, ac *dexteritatem præ ſe tulit*, vel, *ſimulavit ſe induſtrium* et *ingenioſum*, a ظَرَفَ, צרף, cujus origo eadem videtur, quæ in ترف et طرف pp. *carpſit, decerpſit*, peculiariter, *res præſtantiſſimas*, quibus reſpondit Hebr. תרף reſtituendum non ſolum ex derivato תרפים, ſed et ex Ezech. cap. xlvii. 12. ubi תרופה non eſt *ſanatio*, uti vulgo, ſed, *lætus, viridiſque honor frondis*, vel, *commoditas, jucunditas*, ac *recreatio* inde *redundans*; eadem metaphora, qua Arabes اطرافة uſurpant de *elegantia* rei. Tim. i. 88. طرفة de *re nova, primum nata* ac *viſa*, et *grata*, uti ſunt primi in ſuo genere *flores*. Har. v. 111. 112. et ظريف de *perſona ſplendida*. Abulph. H. D. p. 393.—ذَنْبٌ, זנב, *cauda*, et per metaphoram *crimen, peccatum*, ſpecialiter, *delictum gravius*, quod *caudam* poſt ſe trahat. Docet itaque auctor, Nobilitatem hominis ſitam, ſcil. quærendam eſſe in omiſſione peccatorum. Nimirum, ea demum ele-

gantia, ea veri nominis induſtria, ea nobilitas, ſi quis peccata mittat. Conf. Jobi cap. xxviii. 28. סור מרע בינה, *recedere a malo prudentia.*

S. 33. Non multum ab hac ſententia differt dictum R. Jehoſch in Pirke Abooth p. m. 33. עין הרע ויצר הרע ושנאת הבריות מוציאין את האדם מן העולם, *avaritia et cupiditas mala et odium in homines eripiunt hominem e mundo.*—Porro, العجب, *admirationem ſui ipſius,* ſcil. αὐθαδείαν, pernicioſam eſſe docet etiam Ali noſter in Collect. Wahid. MSS. ſub litera *Eliph* العجب هلاك. Idem de البخل, *avaritia,* qua quis divitiis ſuis *viſco* quaſi tenaci *adhæret,* teſtatur Apoſtolus, 1 Tim. vi. 9. et 10. Quod et de الهوي, *cupiditate,* præſertim *mala, vaſta* et *inexplebili,* in quam mens veluti in profundum barathrum ſubſidit, affirmatur in Elnaw. p. 52. N. 83. ubi ſimul ad originem vocis alluditur, من ارسل نفسه مع الهوي فقد هوي في ابعد الهوي, *qui permittit animam ſuam cupiditati, is ſane cadit in profundiſſimum barathrorum.* Adde quod Cicero teſtatur in lib. i. de Finibus Bonorum et Malorum, §. 13. *Cupiditates enim ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt, totam etiam labefactant ſæpe rempublicam. Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur.*—مهلكات Particip. plur. f. g. IV. Spec. radicis هلك, *periit, interiit,* in IV. *perdidit, in perditionem deduxit.* Quæ notio Hebr. הלך, *ivit, ambulavit* in Spec. Pihh. præcipue locum habet; immo et eam in Spec. Kal olim viguiſſe liquet ex Pſ. lxxiii. 9. *Lingua eorum,* תהלך, graſſatur *in terra.* Origo radicis ſita eſt in *vibrando,* uti invicte demonſtravit E. Scheideus in Obſ. Gramm. ad Pſ. i. 1. Addere mihi liceat bina loca, Gen. iii. 8. *Et audiverunt tonitrum Jehovæ,* מתהלך, ſe evibrantem *per hortum,* i. e. tremulo, reciprocatoque motu per hortum concidentem, et Hab. iii. 11. לאור חציך יהלכו, *ad lucem,* ſcil. *una cum luce evibrarunt ſe,* i. e. lubrico lapſu lapſa ſunt *fulmina tua.*

S. 34. عَقْل *intellectus, intelligentia, ſana ratio,* h. l. videtur ſignificare *juſtam fidei Iſlamiticæ theoriam,* quo ſenſu venit Elnaw. Sent. 19. Conf. not. H. A. Schult. p. 135.—Cod. P. pro عقل l. صبر, *patientia,* bono quo-

que ſenſu.—Cæterum cum prima hujus ſententiæ parte conf. Sen. et Syr. M. ſent. N. 742. *Ubicunque pudor eſt, ſemper ibi ſancta eſt fides.*

S. 35. ثَلْمَة, *fractio*, ſcil. *rei fractæ hiatus, ſciſſura*, ſpecialiter, *ruptura muri*. Belg. *bres*, a ثلم pp. *fregit, inciditve*. Speciali uſu adhibetur de *ruptura* muri. Abulph. H. D. p. 60. De *acie infracta*, et ſic *debilitata*. Exc. Iſphan. p. 22. De *infractione dignitatum*. Tim. i. 208. &c. Mens itaque erit, Vim ac dignitatem religionis morte doctorum vel ſapientum infringi atque debilitari. Sin vero موت العلماء habeatur pro prædicato, ſignificabit, Sciſſuram religionis, i. e. lites, diſſidia, odia, quibus religio infringitur ac debilitatur, ſapientes adeo contriſtare, ut eorum præcordia graviſſimis angoribus quaſi exedantur, immenſoque animi dolore diſcrucientur. Prior tamen explicatio mihi magis arridet.

S. 36. يسدّها. Ita recte leg. Codd. P. et L. propter ſeq. التراب pro quo Edit. perperam l. تسدّها.—Vox التراب abſolute hic notat, *terram ſepulcri*. Plena phraſis eſt تراب القبر vel تراب الهيّت. Vid. Gol. Adag. p. 91. N. 51. Pingitur *aviditas* inexplebilis, cujus os hians non niſi terra ſepulcrali exſatiari poteſt. Notum eſt illud Ovidii, Faſt. i. 211.

Creverunt et opes, et opum furioſa cupido,
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.

Et Juven. Sat. xiv. v. 139.

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Quibus adde Sen. et Syr. M. ſent. N. 56. *Avarum irritat, non ſatiat pecunia.*

S. 37. يَبْلِي Cod. P. l. يُبْلَي, quod perinde eſt; بَلِيَ enim non ſolum tranſitive, ſed et intranſitive uſurpatur, *trivit* et *tritus, conſumptus fuit*. Frequentatur imprimis de *veſte*. Vid. Adag. Gol. N. العقل ثوب لا يبلي, *intelligentia veſtis eſt, quæ non teritur*: et Abulph. H. D. p. 36. uti etiam Hebr. בלה. Deut. viii. 4. Neh. ix. 21. Pſ. cii. 22. Jeſ. li. 6. et alibi.—ثوب notat, *veſtem*, ſpecialiter, *tale indumenti genus*, quo Arabes, imprimis Scenitæ,

totum ſuum corpus involvunt. Applicatur hæc vox multis diverſiſſimiſque imaginibus. e. g. ثوب النور, *veſtis lucis.* Tim. i. 206. ثوب الطاعة, *veſtis obedientiæ.* Ibid. p. 314. 386. ثوب الخيالاء, *veſtis imaginationis,* ſcil. *ſuperbiæ.* Har. i. 14. ثوب الحياة, *veſtis vitæ.* Gol. Sent. Poet. N. 53. ثوب البقاء, et ثوب العزّ, *veſtis vitæ prorogatæ, et veſtis gloriæ.* Poet. in Ham. cit. a Schult. ad Har. vi. 262. ثوب الرجاء, *veſtis ſpei.* Gol. l. c. N. 59. ثوب الليل, *veſtis noctis.* Caab ben Zoh. v. 43. ثوب العرية, *veſtis nuditatis vaſtæ.* Exc. ex Iſphan. p. 10. et quæ ejus generis plura ſunt. Eaſdem figuras amant etiam Scriptores S. Pſ. civ. 2. Jeſ. lix. 17. &c. &c.

S. 38. اعتذار, Act. VIII. Spec. Rad. عذر pp. *ſtrinxit, conſtrinxit,* item, *ſubſtrictus fuit,* in VIII. *excuſavit ſe,* q. d. *ſubſtrinxit ſe.* Vid. Schult. Lib. Colail. p. 82. et Lette ad Amrolk. p. 182. Docet ſententia, Beneficia in aliquem collata non memoranda, ſed eorum merita potius deprecanda eſſe; in eo enim كمال الجود, *liberalitatis conſummatio* eſt. Uti Auctor in ſeqq. ait N. 210.

S. 39. Affine huic ſententiæ eſt Salomonis dictum. Prov. xvi. 12. et xxv. 5. Conf. etiam infra, N. 77. ثبات notat, *ſtabilimentum,* ſcil. *conſtantiam firmam* et *immobilem,* a ثبت, שבת, pp. *pactus, appactus fuit,* ſive *fixus ſedi ſuæ, ut ſe movere nequeat,* i. e. *ſtabilis* et *conſtans fuit*: ſic de *ſtellis fixis,* quæ firmum locum tenent. Abulph. H. D. p. 5. item de *firmo, immotoque* felicitatis *ſtatu.* Har. vi. p. 228.

S. 40. ثواب ſpeciali uſu deſignat, *remunerationem,* vel *præmium,* quo bona opera die noviſſimo compenſabuntur. Vid. in ſeqq. Collect. i. ex Meidan. N. 14. 23. et 40.—نعيم, נעים, *deliciæ,* in origine valet, *id,* quod *molle* eſt, et *tenerum, ſuaque teneritudine mulceat.* e. g. *ſericum molle,* quod حرير ناعم dicitur. Tim. ii. p. 32. Per metaphoram notat, *jucunditatem, ſuavitatem, amœnitatem,* omniſque generis *delicias,* quæ vim delectandi habent. Hinc aptiſſime cum غنا conjungitur apud Ibn. Dor. v. 115. في ظلّ نعيم وغنا, *in umbra voluptatis et opulentiæ.*—Similiter Hebræi נעים Pſ. xvi. 11. uſur-

pant de ipſa *beatitudine æterna*, deliciarum quaſi gremio, ubi omnia quam molliſſime mulcent et delectant. Quo ſenſu et Arabes ipſam ſtirpem نعم terunt, من يدخل الجنّة ينعم, *qui ingreditur Paradiſum, voluptate fruetur, et deliciabitur.*

S. 41. نَفْسٌ et رُوحٌ ſæpe ita opponuntur, ut prior vox *animam vitalem*, poſterior, *ſpiritum incorporeum*, ſcil. *mentem rationalem*, deſignet. Scil. نَفْسٌ in origine eſt, *ſpiratio*, ſcil. actio *ſpirandi*, *halitus*, et dein, *ſpiratio oris vitalis*, qua notione venit in Collect. Wahid. MS. ſub litera Dal. دوام النفس الحيّة من الدنيا والصيام عن الهوي, *duratio animæ vitalis abſtinentia a mundo, et jejunatio a cupiditate.* Eandem notionem habet Hebr. נֶפֶשׁ, Gen. ix. 4. Levit. xvii. 11. et alibi: a נפש pp. *flavit, ſpiravit, exſpiravit*, item, *anhelavit, ſuſpirium duxit*, quæ radix Hebræis reſtituenda eſt ex Nah. iii. 18. ubi agitur de *grege*, qui ſine paſtore divagatur, et ſic ad *laſſitudinem*, indeque ad animæ *deliquium*, ſcil. *exſpirationem* pervenit, quæ notio imprimis regnat ſub them. cognato نَغَشَ.—Porro غَذَآءٌ (pro quo Cod. P. recte legit غَذَآءٌ) et غناء in rythmo pulchre ſibi reſpondent, quorum prius غذاء *alimentum* notat, ſive *cibus* ſive potus ſit, a غذا in orig. idem quod جدا, גדה *uvere, uvidum eſſe*, h. *fluxit ſingultatim, ſanguinem emiſit* vena, et dein *aluit, nutrivit lacte infantem.* Poſterius غناء *animum contentum* deſignat, a غني, ענה, pp. divite vena *fluxit, affluxit* ſpecialiter, opibus. Cor. xcii. 8. et xcvii. 7. Secundario, *contentus fuit* aliqua re, ſcil. *pro ſufficiente ſibi* eam *habuit.* Conf. Loca Biblica, quæ citavit Haitſma in not. ad Ibn. Dor. p. 260. Quibus addas Eccl. v. 19. et x. 19. nec non locum longe emphaticum Hoſ. ii. 20, 21.—Propriam *fluendi* notionem vide Pſ. lxxxviii. 8. *et fluctus tuos omnes* עִנִּיתָ *fluere feciſti.*

S. 42. ثناء, *encomium*, quo quis benefactorem ſuum extollit, eique pro acceptis beneficiis gratias egit; a ثني, in origne, *flexit, duplicavit*, et in IV. cum علي conſtr. *celebravit laude* et *gratiarum actione.* Sic in Diw. Hudail.

رايت معاشر يثني عليهم, *vidi familias, quæ laude concelebrantur.*— مستزيد. Particip. X. Spec. Rad. زاد, זוד vel זיד pp. *tumuit, intumuit cum fervore.* Quæ notio apud Arabes transfertur ad *aquas,* quæ cum *tumore excreſcunt.* Abulph. H. D. p. 64. Unde ſecundario, *auctus fuit* aliqua re, et *auxit.* Apud Hebræos vero transfertur ad *faſtum* et *ſuperbiam,* item ad *inſolentiam* et *ferociam,* qua quis in alios graſſatur. Exod. xviii. 11. Deut. i. 43. et Jer. l. 29. Quam metaphoram apud Arabes etiam in uſu fuiſſe liquet ex Abulph. H. D. p. 36. وفي هذا الزمان زاد في طغيان, *et eo tempore intumuerunt,* i. e. modum tranſgreſſi ſunt *in exorbitantia,* ſcil. *rebellione.*

S. 43. i. e. dona de eo, cujus tibi præſens eſt copia, vel quod ad manum eſt tibi: eo ſenſu verbum جاد conſtruitur cum ب rei. Mon. V. A. p. 64. v. 3. Cod. P. l. تَجِدُ, perperam: legendum omnino تَجِدْ, per apocopen, propter præced. ما.

S. 44. جُهْدٌ, vel uti Cod. P. habet جُهْدٌ, duplicem exſerit notionem. *Primo* enim idem valet quod مشقّة, *labor, moleſtia, difficultas,* et quidem *gravior,* quæ *fecat* quaſi et valde *premit.* Abulph. H. D. p. 158. 160. Lib. Colail. p. 47. 53. Hiſt. Sarac. p. 27. Cor. ix. 18. ubi de *moleſtia pauperum,* qui nihil habent, quod aliis largiantur, uſurpatur. *Secundo* notat etiam ſæpiſſime, *diligentiam* et *ſtudium intenſiſſimum:* quatenus Radix جَهَدَ a Gjeuhario exponitur per جدّ فيه وبالغ, *ſecante acie in ea uſus eſt,* atque *ſtudio intenſiſſimo.* Hinc جَهَدَ et جدّ non raro junguntur. e. g. Tim. i. p. 168. وبذلت في ذلك جدّي وجهدي, *omnemque in ea* pugna *alacritatem meam, vigoremque meum inſumam.* Inde jam duplici ratione intelligi poteſt hæc ſententia. *Priori* ſignificatione mens erit, Pauperis vitam perdifficilem eſſe, multiſque ærumnis ac moleſtiis obnoxiam. De quo pulchre Menander apud Grot. l. c. p. 758.

Πένητος ᾐδὲν ἐσι δυσυχέσερον
Ἅπαντα μοχθεῖ, κάγρυπνεῖ, κ' ἐργάζεται,

Ἴν' ἄλλος ἐλθὼν μεταλάξοι, κτήσαιτό τε.
Nil homine egeno eſt uſquam infortunatius,
Qui ſe labore macerat, atque inſomnia,
Suæ ut veſcatur alter operæ præmio.

Poſteriori notione ſignificabit, Pauperem omnem operam navare (vel ſi nomen rectum pro genitivo officii accipere velis) ejus eſſe, ſtudium intenſiſſimum adhibere in excogitandis, quærendiſque iis, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt. Conf. Gol. Sent. Poet. p. 154. N. 1. ان جهد الـمقلّ غير قليل, *utique ſtudium parum potentis haud parvum.* Quo ſpectat illud Theocriti in Piſcat.

Ἁ πενία διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
Αὐτὰ τῶ μοχθοίο διδάσκαλος.
Unica Paupertas, Diophantes, ſuſcitat artes,
Ipſa laborandi doctrix, ſtudiique magiſtra.

S. 45. Idem affirmat Salomo, Prov. xii. 19. שפת אמת תכון לעד ועד ארגיעה לשון שקר, *labium veritatis conſtabilietur in perpetuum; at dum nictem,* i. e. ad momentum, ad nictum oculi, *lingua mendacii.*—Cæterum, quia vox جَوْلَةٌ, quam in Lex. Golii fruſtra quæres, longe rariſſime eſt uſus, neque ullibi legere me eam vocem memini, malim h. l. pro جَوْلَةٌ legere دَوْلَةٌ, quod uti priori illi vicinum eſt, tam origine, quam ſcriptione; ita facillime in جَوْلَةٌ corrumpi potuit. Eſt vero longe elegantius, دولة الباطل ساعة, &c. *imperium iniqui,* ſcil. falſi vel mendacii *per horulam durat*; at *imperium juſtitiæ,* ſcil. veritatis *protenditur ad horam uſque* reſurrectionis. Conf. omnino Carmen Togray, v. 43. et ibid. Pocock.—Si quis tamen جَوْلَةٌ retinere velit, et per *electionem* vertere, En Gjauharii auctoritatem: اَلْاِجَالَةُ اَلْاِرَادَةُ يُقَالُ فِي اَلْبَيْسِرِ أَجِلِ اَلسِّهَامَ—وَجُلْتُ هَذَا مِنْ هَذَا أَيِ اَخْتَرْتُهُ مِنْهُ وَاَجْتَلْتُ مِنْهُمْ جَوْلًا أَيِ اَخْتَرْتُ &c. &c.—Porro باطل et حقّ ſæpiſſime ſibi opponuntur. Vid. infra Collect. Wahidi,

N. 100. 349. 400. Gagnier in not. ad Abulph. de Vita Muh. p. 22. et imprimis Elnaw. p. 28. N. 37. Prior vox notat omne quod *falſum* et *vanum* eſt, adeoque *vanitatem* et *mendacium*, a بطل, בטל, *vacare*, de quo ſupra N. 22. Poſterior حقّ eſt, *omne*, quod *verum* et *juſtum* eſt, ſive *definita* et *certa* rei *veritas, firmitas, neceſſitas*, &c. Radix eſt حقّ, חקק, pp. *ſculpſit, ſculpendo incidit*, et h. *accurate* rem *delineavit*, et *definivit* quaſi *inſculptis* et *inciſis lineis* atque *terminis*; unde חֹק, *lex* ſive *decretum*, aut *ſtatutum* publice propoſitum, quo ſummus imperans ſuis civibus præſcribit præfinitos actionum terminos, quos tranſgredi non liceat.

S. 46. Sententia huic oppoſita occurrit infra, N. 167.—Conf. etiam Collect. Wahidi MSS. ſub litera خ, ubi plenius ſe explicat auctor: خير الكلام ما لم يبدّ ولا يقلّ, *optima oratio eſt, quæ neque prolixa neque nimis brevis eſt.* —اختصار, pro quo legendum puto اختصار, eſt infinit. VIII. Spec. Radicis خصر pp. *ſtrinxit, conſtrinxit.* Unde in VIII. conj. de *ſermone contracto*, ſcil. *compendioſa tractatione* teritur. Vit. Salad. p. 2. et Abulph. H. D. p. 1. et alibi.

S. 47. i. e. *Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe*; vel, *ſimilis ſimili gaudet.* Pulcherrime Ovidius de Ponto, Lib. II. Eleg. v.

Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ navita puppis amat.

Pari modo Menander in Lib. Plutarchi de *diſcrimine amici* et *adulatoris*;

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξία
Ληφθεὶς ἐποδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.
Senis ſenili lingua jucundiſſima eſt;
Puero puellus; mulier apta mulieri;
Ægrotus ægroto; quem tenet ſors aſpera,
Multis malis exercito eſt commodus.

Sic etiam Theocritus Idyllio ix.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν.
Formicæ grata eſt formica, cicada cicadæ,
Accipiter vero accipitri.

Quibus adde Syrach. cap. xiii. 20. Πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ, καὶ πᾶς ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ.

S. 48. غَنِيمَة *prædam* notat, *quæ ſine labore acquiritur*, et quidem *opimam*, a غنم, pro *præda* quid *abſtulit citra laborem*. Abdall. v. 115. et Tim. ii. p. 656. Cum tali *præda* comparatur *ſodalis bonus* ob utilitatem, ſcil. fructum, quem quis ex conſuetudine ejus percipit; cum e contrario جليس السوء, *ſodalis malus*, ſi forte amicum non prorſus perdat, contaminat ſaltem, ac dehoneſtat. Vid. not. Gol. ad Adag. N. 90. p. 109.

S. 49. Monet Ali, Pauperes haud deſpiciendos, verum comiter tractandos, beneficiiſque, quibus ad gratias excitantur, obſtringendos eſſe. Ad rem h. l. facit, quod de Sultano Borhaneddino teſtatur Arabsj in Hiſt. Tim. i. p. 548. يحبّ العلماء ويجالسهم ويدني الفقراء ويكابسهم, *amabat doctos, quibuſcum familiariter conſidebat, et admittebat pauperes, quibus comes erat et liberalis.*—شُكْر a شكر, שכר, pp. *preſſit, compreſſit*, et intranſitive, *compreſſus, repletus fuit, turſit*. Inde apud Hebræos ſecundario notat, *inebriatus eſt*, q. d. *largo potu ſe replevit*. Apud Arabes vero *laudibus celebravit, gratias egit, remuneratus eſt*. Quam notionem Hebræis etiam non incognitam fuiſſe liquet ex derivato אִשכר, quod χαριστήριον, ſcil. *munus*, quod datur ab eo, qui gratias agit, deſignat. Pſ. lxxii. 10. et Ezech. xxvii. 15. Quin dubito, an non et ipſa Radix שכר ex ambiguo ſit locata Cant. v. 1. ubi אשכרו (vulgo *ebriamini*) bonum quoque ſenſum funderet, ſi vertatur, *et gratias agite*.

S. 50. Mens hujus ſententiæ videtur eſſe, Veram eminentiam, ſcil. gloriam in hac vita mortali acquiri non poſſe. Obſerva h. l. vim futuri potentialem,

qua لا يموت, *non morietur*, idem valet ac *mori non poteſt*. Eadem futuri vis occurrit in ſacris Jer. xxiv. 3. et 8.

S. 51. Conf. omnino Gol. Sent. Poet. p. 159. N. 27. الحلم افضل ناصر فالزمه تكفك قلة الانصار, *manſuetudo adjutrix eſt optima*; *itaque te illi dedito*; *ſuffecerint tibi pauci adjutores*. Vid. etiam Salom. Prov. cap. xvi. 32.

S. 52. Eandem paronomaſiam inter ادب et ذهب habuimus ſupra N. 4. Cæterum non aliter intelligenda eſt hæc ſententia, quam quod in eruditione viri, at in auro mulieres ornatum ſuum plerumque quærant. Alioquin doctrinam, aliaque quæ ad ſtudia humaniora pertinent, mulieres etiam decorare recte judicat Comicus quidam apud Grotium, l. c. p. 914. γυναῖκα σαπρὰν ὁ τρόπος εὔμορφον ποιεῖ, *deformis mulier pulchra eſt pulchris moribus:* et p. 928. γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, καὶ οὐ χρυσία, *mulieri ornatus mores probi ſunt, et non ornamenta aurea.*

S. 53. حَيَآء, *verecundia, pudor:* ab حيّ, חיה, pro חוי, pp. *compactus, conglobatus fuit*, et h. de eo, *qui pudore ſe contrahit*, Belg. *Die van ſchaamte weghrimpt.* Quæ notio aptiſſime quadrat in Loc. Thren. iii. 39. מה יתאונן אדם חי גבר על חטאו. Omnes, quos conſului tam veteres quam recentiores interpretes, voculam חי ut adjectivum conjungunt cum præcedenti אדם, ut ſit *homo vivus*; et ne in poſteriori membro hiatus eſſet, repetunt ex priori verbum יתאונן h. m. *Quid murmurabit*, vel, *lamentabitur homo vivens? Vir*, vel, ut alii vertunt, *quiſque* (murmuret, ſcil. lamentetur) *propter crimina ſua.* Meo judicio, præſtabit, חי pro ipſa ſtirpe habere, et ad ſeq. גֶּבֶר referre. Sic enim non ſolum אָדָם, *homo plebeius, vilis*, et גֶּבֶר, *vir robore pollens*, ſcil. *virile gerens pectus*, pulcherrime ſibi opponuntur, ſed et totum comma ſine ullo additamento verti poteſt h. m. *Quid ſemet ipſum effundit*, ſcil. in gemitus, lamentationes, et planctus, quibus totus colliqueſcit ac defluit *homo vilis? pudore ſe contrahat vir nobilis*, ſcil. virile gerens pectus

propter crimina ſua.—سِتْر, *velum, tegumentum.* Quam notionem Hebr. סֵתֶר in Pſalmis frequenter exſerit. Vid. Pſ. xxvii. 5. xxxi. 21. lxi. 5, &c. in quibus locis סתר non adeo *occultum* notat, ſed ſemper adfert *adytum aliquod velo interjecto,* vel, et *ipſum velum,* ſcil. *tegumentum* tentorii, faciei, alarum, &c.

S. 54. Scil. Orationis acrimonia cor hominis ſæpiſſime cædit, luctuſque, iras, rixas &c. ſuſcitat; cum e contrario cibus acidus faſtidienti ſtomacho inſervit, et ſic ſanitati corporis multum conducit.—حموضة, cujus plur. hic habemus, notat ὀξύτητα, *aciditatem,* a radice حمض, cujus primariam vim eſſe ὀξύνειν pluribus demoſtravit Bochart. Hieroz. lib. i. p. 112. et 113.

S. 55. Pro اكباك Cod P. perperam l. اكبار *majores*; quod vitium facile committi potuit, quia literæ ر et ك in MSS. ſæpiſſime una eademque figura exarantur. Legendum omnino اكباك, quæ vox, ejuſque ſing. كبد non raro uſurpantur, ubi *gravis dolor* ſit exprimendus; uti obſervavit Schult. ad Har. v. 146. Sæpiſſime etiam اكباك, ut h. l. conſtruitur cum حرق, لهب, كوي, aliiſque verbis *urendi* et *inflammandi.* Vid. Tim. i. 296. et imprimis locum, quem ex eadem hiſtoria citavit Jones de Poeſi Aſiat. p. 209. 210. ubi Hyems pereleganti proſopopœia invictum illum Heroem ſic alloquitur: *Lente, O infauſte, et leniter incede, O tyranne injuſte!* متى تحرق القلوب بنارك وتلهب الاكباك باوامك واوارك, *quouſque tandem hominum corda igne tuo combures? et jecinora æſtu et ardore tuo inflammabis.*—Porro radix حرق, חרק, unde حرقة et محرقة deſcendunt, pp. valet, *limavit, terendo* ac *limando elicuit* ignem, h. *uſſit, combuſſit.* Unde per metaphoram transfertur ad eos, qui *invidia, indignatione* et *vindictæ cupiditate concitati,* dentibus *limant, frendentque.* Tim. i. 406. Et in ſacris Thren. ii. 15. Job. xvi. 9. Pſ. xxxv. 16. &c. Hoc fundamento *prior* phraſis حرقة الاولاد, *limatio,* ſcil. *combuſtio liberorum,* deſignabit, *odia, deſſidia, iram,* alioſque *invidiæ* affectus, quos inter ſe fovent, quibuſque ſe quaſi *limant,* i. e. atterunt, atque inflammant. *Poſterior* محرقة

الاكباد, *limans jecinora*, ſcil. *comburens corda, animoſque inflammans*, notabit, *mordentes acerbitates*. Tim. i. 182. وكم نار شرّ احرقت كبد الوري, *et quot ignes malorum combuſſerint præcordia virorum!*

S. 56. Phraſis حسن الخلق, *bonitas*, ſcil. *elegantia morum*, quæ redibit in ſeqq. ap. Wahid. N. 103. et Meidan. i. N. 40. tales deſignat *mores*, qui ab omni vitiorum fæce purgati, ſcil. *eliquati*, pulchrum præ ſe ferunt adſpectum, quales, e. g. ſunt *modeſtia, pudicitia, caſtitas*, &c. Vid. Tab. Ceb. p. m. 36. 37. Radix nempe حسن, חשן, in origine eſt, *liquavit, eliquavit*, unde *ſacerdotis pectorale* nomine חשן משפט forſan inſignitum, q. d. *eliquatorium judicii:* unde *judicium* ac *veritas eliquabantur*, i. e. in claro lumine, diſcuſſa omni dubitatione, collocabantur.

S. 57. Conf. in ſeqq. N. 224. Idem etiam innuit Græcorum aliquis ap. Grot. l. c. p. 939. βλάπτει τὸν ἄνδρα, θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών, *perdit virum animus iræ traditus*. Scil. حدّ pp. notat, *aciem*, ſcil. *cuſpidem acutam* per omnia penetrantem et diffidentem, quo ſenſu venit חֶרֶב חַדָּה, Eſai. xlix. 2. Impp. uſurpatur de *vehementia animi* et *impetu* ejus, uti in *excandeſcentia*. Abulph. H. D. p. 337. a radice حدّ, חדד, pp. *fecuit, ſecantem aciem habuit, acutus fuit*, et h. *vehemens fuit* in *ira*, vel *pugna*, ſcil. *acri præcipitique animo efferbuit*, Tim. ii. p. 938. quæ notio optime quadrat in locum Hab. cap. i. 8. ubi Chaldæi deſcribuntur tanquam hoſtes, qui חַדִּין, *impetuoſiores ſunt* præ lupis veſpertinis, ad omnia proterenda et devoranda.

S. 58. وفاء eſt, *plena ſolutio debiti*, et h. *fides*, ſcil. *promiſſi, pactique obſervatio*, a وفي, in origine, *cumulavit*, ſpecialiter *modum*, ſcil. *frumenti menſuram*. Har. iv. 38. Cor. xxvi. 180. et dein, *plene et cumulate ſatisfecit, debitumque exſolvit*. Ham. p. 570. et Ibn. Dor. v. 103. item *promiſſis ſtetit, ſervavitque pactum, fidelis fuit*. Har. vi. 240. Exc. Abulf. p. 3. et Cor. ii. 40.— أَصْلٌ non tantum *fundum opum*, ſed et *genus, nobilitatem* et *exiſtimationem* deſignat. Hinc jam duplex oriri poteſt ſenſus, vel, *primo*, Homini, qui opibus deſtitutus pauperrima in conditione verſatur, poteſtatem

deesse, debitum suum plene exsolvendi; vel, *secundo*, Hominem ignobilem sinceritate destitui, adeoque promissis non stare, sed fidem, scil. pactum plerumque violare.

S. 59. Affine est illud Persarum ap. Warnerum l. supra cit. N. 87. توانكري بهنر است نه بمال, *divitiæ in arte consistunt, non in opibus.* Quo spectant etiam varia Græcorum dicta, e. g. Βακτηρία γάρ ἐςι παιδεία βίου, *artes ingenuæ vitæ sustentaculum:* et σοφὸς παρ' αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν, *sapiens opes secum ipse circumfert suas*, &c. Vid. Grot. l. c. p. 913. et 943. Similiter Phædrus Lib. iv. Fab. 21. *Homo doctus in se semper divitias habet.* Cum quo consentit responsum, quod naufragis dabat Simonides, *Mecum mea sunt cuncta*, ibid. Hinc apposite monet Ausonius Distich. Moral lib. i. v. 28.

Quum tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

S. 60. Plenius se explicat Auctor in Collect. Wahidi MS. خف ربّك وارج رحمته يؤمنك ممّا تخاف وينيلك ما رجوت, *time Dominum tuum, et spera misericordiam ejus; tunc te securum reddet ab eo, quod timeas; teque id quod speres consequi faciet.*—Phrasis تامن غيره non facile consuetudini Latinæ se tradi sinit. Ad literam sonat, *securus eris præter eum*, scil. Deum, i. e. reliquis omnibus carere securus poteris.—Docet ergo sententia, Nihil timendum esse eorum, quæ vulgo timentur, si Deum revereamur. Idem affirmat Sen. et Syr. M. Sent. N. 740. *Tutissima res timere nihil præter Deum.* Et imprimis Salomo Prov. cap. xiv. 26. ביראת יהוה מבטח עז, *in timore*, scil. *reverentia Domini præsidium refugii.*—Observa h. l. usum, quo verbum خاف c. c. accus. non adeo *metum* ex terrore, sed *reverentiam* cum amore conjunctam notat. Abulph. H. D. p. 54. لتعلم شعوب الارض انك انت الله وحدك فيخافوك, *ut sciant populi terræ, te solum esse Deum, teque revereantur.* Vid. et Cor. iii. 176. et alibi.

S. 62. Pro يَدُلُّكَ Cod. P. l. يُسَدِّدُكَ, quod eodem redit. Radix enim سدّ in II. Spec. valet *recto ductu propitius juvit* ac *bene direxit*, item, *recta intendit haſtam*. Tim. i. p. 256. unde gloſſa ap. Gigge. سدّد رمحه, *recte haſtam ſuam vibravit*. Cæterum cum noſtra ſententia conf. Erpen. ſententias Grammaticæ ſuæ annexas N. 55. خير الاخوان من حذر اخوته من الشرّ وهداهم الي الخير.

S. 63. Vide quæ ſupra notavi ad N. 47. et conf. infra N. 97. ubi eadem ſententia redibit, hac ſolummodo differentia, quod pro خليل ibi legatur رفيق. Eſt autem خليل ſpeciatim, *amicus internus* ac *ſincerus*, a خلّ, pp. *fidit, perforavit*, h. *proprius, peculiaris*, et dein, *amicus fuit*; cui reſpondet Hebr. חלל cujus notiones *partim* ad حلّ *partim* ad خلّ referendæ ſunt; indicio, Hebræos, vivente lingua, literam ח æque ac Arabes duplici modo *cum* et *ſine* puncto pronuntiaſſe. Vide Differt. meam de *L. H. pomœriis ampliandis* inſertam Differt. Philol. tom. ii. p. 788.

S. 64. Ejuſdem mentis eſt, quod Auctor inquit in Collect. Wahid. MSS. ſub litera *Dſal* ذكر الله جلاء الصدور وطمانينة القلوب, *commemoratio Dei pectorum ſplendor et cordium quies* eſt. Vide etiam quæ ſupra notavimus ad ſent. N. 16. Radix جلي, גלה, quam copioſa luce illuſtravit E. Scheidius in Cant. Hiſkiæ, p. 74. et ſeqq. pp. valet, *terſit, raſit, radendo terſit, deterſit*, et in II. Spec. *nitidum* et *manifeſtum fecit*; unde transfertur non ſolum ad *oculos*, cum *revelentur* ac *nitidi* fiant, et ſic exhilarentur, (vide infra N. 89. et in S. S. Num. xxii. 31. xxiv. 4. 16, &c.) ſed etiam ad *lætitiam cordis*, quatenus *detergere curas* ac *ſollicitudines* idem dicit ac rubiginem mœroris ab eo diſcutere, animumque quaſi *terſum* reddere. Har. ii. 60. et iii. 178. Eadem metaphora apud Latinos. Sic Cic. de Senect. cap. i. *Conſolabor te et omnem abſtergebo dolorem.*

S. 65. Phraſis خلوّ القلب, *vacuitas cordis*, quæ in Collect. Wahidi N. 118. ſed in alium uſum redibit, h. l. abſolute deſignat, *animum curis, aliiſque*

ſollicitudinibus vacuum, quo ſenſu *animum vacuum* dixit Cic. de claris Orat. §. 5. et ad Atticum, Lib. xii. Epiſt. 38.—ملاء الكيس, *plenitudo*, ſcil. *repletio crumenæ*, eſt, crumena nummis bene *referta* ac *diſtenta*, a ملأ, מלא, pp. *farſit*, *effarſit*, *diſtendit*, et dein, *plenus opum*, et *dives fuit*; unde in VIII. امتلاء الكيس, *repletio crumenæ*. Har. iv. 50. Docet ſententia, Melius eſſe, ſi quis ſoluto et ab omni cura vacuo ſit animo, quam ſi multis abundet divitiis, utpote quæ non ſolum fluxæ et inſtabiles ſunt, ſed et anxias ſollicitudines et moleſtias plerumque adferunt.

S. 66. خُلُوصٌ, *ſinceritas*, ſcil. *defæcata puritas*, a خلص, חלט, pp. *vulſit*, *extraxit*, et intranſitive, *pura*, *mera* ac *ſincera fuit* res, q. d. *extracta fuit* et purgata uti fit a Chemicis, qui *extrahendo* ſcorias metalla purificant; uti liquet ex Har. ii. 93. خلاصة الجوهر تظهر بالسبك, *ſinceritas metalli apparet inter conflandum*; et ex Tim. ii. 126. واستخلصوا منهم خلاصات الذهب, *et extraxerunt ab iis puriſſimas eſſentias auri*. Hinc uſurpatur de *lectiſſimis* et *eliquatiſſimis*, i. e. *nitidiſſimis* rebus, quæ aliis quaſi *excerptæ*, ſcil. *extractæ* ſunt. e. g. de *aqua puriori*, cui *extracta* et *eliquata* eſt omnis fæx; de *obſequio*, cui nullus ineſt fucus; Abulph. H. D. p. 101. de *amico ſincero*, cui pectus candidum et exquiſitum eſt; Cor. xii. 25, 54. de *amicitia*, vel *amore puro* ac *ſincero*; Exc. ex Iſphan. p. 22. et 23. Qui poſterior locus cum noſtra ſententia omnino conferri meretur. Plura de hac ſtirpe dabunt Schult. ad Har. l. c. et ad Ham. p. 341. et Schroed. de Veſt. M. H. p. 211. et ſeqq.—حسن العهد, *bonitas fœderis*, tale notat fœdus, quo quis fidem ſancte promittit, et inviolate ſervat. Mens itaque hujus ſententiæ erit, Amicitiæ ſinceritatem tali fœdere ſancto et inviolato non ſolum manifeſtam fieri et conſervari, ſed et præcipuam ejus partem eſſe. Idem affirmat Cic. de Amicitia, §. 18. *Firmamentum ſtabilitatis, conſtantiæque ejus, quam in amicitia quærimus, fides eſt.* Similiter Sen. et Syr. M. N. 27. *Amicitiæ coagulum unicum eſt fides.*

S. 67. سبيل الله generatim notat, omne ما يصنع في سبيل الله,

quod efficitur, ſcil. *præſtatur in pios uſus*, et quidem gratis in Dei honorem, ejuſque cauſa. Cor. ii. 262. 263. Vit. Salad. p. 16. 18. 92. 155. Tim. i. 42. et Gagnier. in not. ad Abulf. de V. M. p. 12. ubi de Mohammede dicitur, وانفق ما لها بسبيل الله تعالي, *et expendit opes ejus* (Chadigjæ uxoris ſuæ) *in viam Dei excelſi*, id eſt, in religionem, ſcil. in ſacros uſus, ob amorem Dei O. M. Hinc et ipſa ſtirps سبل in II. Conj. invaluit pro, *conſecrare aliquid religioni.*

S. 68. ودودة, ولودة, ſunt quidem formæ paſſivæ fœm. gen. a maſculinis ودود et ولود, quæ in Gol. Lex. non comparent, ſed h. l. ambæ videntur active capiendæ eſſe, ita ut ودودة non ſit *dilecta*, vel *amata*, ſed *diligens*, ſcil. mariti, quæ maritum inſigni amore proſequitur; et ولودة, *pariens* liberos, ſcil. quæ fœcunda eſt. Saltem ودود activa notione venire liquet ex Cor. xi. 90. *Utique Dominus meus eſt*, رحيم ودود, MISERICORS, AMANS, ſcil. fideles ſuos, et lxxxv. 14. وهو الغفور الودود, *et ipſe*, ſcil. Deus eſt CONDONANS, AMANS. Pari modo ولود active uſurpatur in Adag. Gol. p. 122. N. 56. ولود الوعد عاقر الانجاد, *fœcundus faciendo promiſſo, ſterilis præſtando.* Activam ſignificationem poſtulat etiam lectio Cod. P. qui pro ultima voce ولودة, exhibet الودود, levi, ut ſuſpicor, vitio pro الولود in ſt. conſtr. ſecundum quam lectionem verſio erit, *Optima inter mulieres eſt quæ liberos amat.*

S. 69. Religionis Muhammedicæ ſectatores firmiter credere Deum omnia tam bona quam mala immutabili decreto ſanciviſſe, adeoque hominis eſſe in eo acquieſcere liquet ex Poeta citato a Relando de Rel. Muhamm. p. 62.

فما كان مكتوب عليك فكاينا
وما لك مكتوب فليس يغوت
فسلم واعلم ان ربك قادر
قضاياه تجري والعباد سكوت

Quodcumque ſcriptum eſt contra te, fiet,
Et quod pro te ſcriptum eſt, nec illud præteribit:
Trade itaque te Deo, et ſcito Dominum tuum potentem eſſe,
Decreta ejus certo procedunt, et tacere debent ſervi.

Idem monet Euripides ap. Grot. l. c. p. 245. Τὸ γὰρ πεπρωμένον δεῖ σ' ἐκκομίζειν. Ζηνὶ γὰρ δοκεῖ τάδε, *Quod fato manet, tibi ferendum eſt. Quippe ſic viſum Jovi:* et Sophocles, ibid. p. 107. Τὸ φέρον ἐκ θεῶ, καλῶς χρὴ φέρειν, μηδ' ἄγαν ἔτως φλέγεσθον, *Quod fata ferunt, id ferre decet, et non nimiis luctibus uri.*—قضاء pp. eſt *decretum præfinitum*, ſcil. *fatum*, a قضي, in origine, *ſecuit, præcidit*, h. *finivit, definivit.* Conjungitur ſæpiſſime cum قَدَر, *providentia Dei actualis in tempore.* Hiſt. Tim. i. 10. 18. 62. فنزل مستسلما للقضاء وللقدر راضيا بما ذهب في قضاء الله مما حلا ومر, *et deditionem fecit committens ſe decreto et providentiæ, acquieſcens in ſententia decreti divini, ſive dulci ſive amara.* Ex quo loco ſimul conſtat thema رضي, רצה, pp. *firmius adhæſit*, et h. *complacuit ſibi, acquievit* in re, et materia ae ſerie orationis in malam æque ac in bonam rem inclinare. Conf. H. Vander Sloot not. in Poem. Togr. p. 146.

S. 70. Sæpiſſe ab Alio laudatur ſilentium. Vid. in ſeqq. N. 113. Wahid. N. 13. et in ejuſdem collect. ſent. MSS. paſſim. e. g. الصمت اية الحلم، جمال العلم الصمت، طوبي لمن صمت الا من ذكر الله &c. Quibus adde Togr. v. 58. اصمت ففي الصمت منجاة من الزلل. Similiter Æſchylus ap. Grot. l. c. p. 29. Πάλαι τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης ἔχω, *ſilere pridem remedium damnis puto:* et Menander. p. m. 166. Οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον, *utilior haud eſt ulla res ſilentio.* Cum quibus coincinit Horat. Carm. Lib. iii. Od. 2. v. 25. *Eſt et fideli tuta ſilentio merces.*—Porro, *ſilentii* notio, quæ in them. صمت, צמת, regnat, orta eſt a *ſoliditate molis brutæ* nullam habentis cavitatem, et quamvis perculſe nullum tamen ſonum repercutientis. Sie de cornubus quæ ſunt *ſolida*, neque *quicquam habent concavum.* Damir ap. Boehart Hieroz. Lib. i. p. 912,

937. et 940. Apud Hebræos vero propria illa notio transfertur ad *perditionem, exciſionem, plagamque lethalem*, qua quis aliquem morte violenta ita interimit, ut jaceat immobilis tanquam bruta et muta moles, Pſ. lxxiii. 27. ci. 5. 8. et alibi.

S. 72. Hæc ſententia in Cod. P. ut ſupra ad textum ipſum annotavi, h. m. exhibetur, دليل العقل الهرء قوله، ودليل اصل الهرء فعله. Quam lectionem præfero, quia non tantum poſterius membrum ſic conveniet cum ſententia quæ in ſeqq. occurrit N. 188. ſed et Auctor ipſe in Collect. Wahid. MS. ſub litera *Gjim*, utrumque membrum h. m. expreſſit. جميل القول يدلّ علي وفور العقل، جميل الفعل ينبيُ عن طيّب الاصل، *pulchritudo ſermonis intellectus copiam oſtendit*; *pulchritudo vero operis originis præſtantiam annuntiat.* Sic etiam *prius* colon non diſſimile eſt dicto Sen. et Syr. M. N. 840. *Sermo animi eſt imago*: *qualis vir, talis et oratio eſt.* Quo ſpectat quoque monitum Syrachidis, cap. xxvii. 7. πρὸ λογισμοῦ μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα, ἔτος γὰρ πειρασμὸς ἀνθρώπων, *ante elocutionem ne laudaveris quemquam*; *hæc enim eſt tentatio hominum. Poſterius* autem idem dicet quod Latinorum, *Facta virum probant.*

S. 73. Amicorum adſpectum mœrorem diſcutere, animumque perenni gaudio afficere docet etiam Auctor in ſeqq. N. 89. cui oppoſitum eſt Adag. ap. Gol. p. 127. N. 90. عيادة الاعداء اشدّ من المرض. Quin conſpectum amicorum, præſertim ſi felices ſint, omnium eſſe jucundiſſimum affirmat etiam Euripides ap. Grot. l. c. p. 321. Τερπνὸν δέ τι, καὶ φίλων ἀῤ εὐτιχίαν ἰδέσθαι, *dulcius vero nihil, atque amicos rebus in lætis hilares videre.*

S. 74. دولة non ſolum *proſperitatem* et *fortunæ felicioris ſtatum*, ſed etiam *imperium* notat. *Priori* ſenſu venit Tim. i. p. 32. ما فتحت ابواب اسعادة والدولة علي, *non apertæ fuerunt mihi portæ felicitatis et fortunæ*, et Vit. Salad. p. 40. *Poſteriori* Abulph. H. D. p. 80. فلما ملك انتقضت علي الدولة, *et quum ille* (يزجرد ultimo Perſarum Rege) *reg-*

naret, debilitatum eſt imperium, et Har. Conſ. xxii. ubi de Lockmano dicitur, وقلمه لسان الدولة, *et calamus ejus erat lingua imperii.*— ارذال ſunt homines *abjectæ conditionis*, item *perditi animi*. Itaque ſenſus erit, Ejuſmodi homines cum ex ſtatu vili et contempto ad dignitates et honores, vel ad imperium evecti ſint, et ſic in feliciori ſtatu verſentur, plerumque inſolentiores fieri, ita ut alios deſpectos habeant, ſuiſque vexationibus affligant. Conf. in ſeqq. Collect. Wahid. N. 125, et 126. nec non Sen. et Syr. M. Sent. N. 215. *Felix improbitas optimorum calamitas.* Idem ob oculos habuit David. Pſ. xii. 9. et Salomo Prov. cap. xxviii. 28. בקום רשעים יסתר אדם, *quum ſtant*, i. e. imperium, ſummamque rerum tenent, ſcil. ad honoris et dignitatis eminentiam exaltentur, *improbi, occultat ſe homo*, ſcil. ob eorum inſolentias et vexationes. Adde cap. xxx. 21, 22. ubi inter caſus intolerabiles, ſub quibus terra tanquam oppreſſa mole prægravante, infremat et inhorreſcat, enumeratur עבד כי ימלך, *ſervus cum regnaverit*. De quo Claud. in Eutrop. eleganter ſic canit;

Nec bellua tetrior ulla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.

S. 75. حَجَرٌ notat, *lapidem* peculiariter *graviorem* et *conſtrictum*, quaſi ab حجر, הגר, pp. *ſtrinxit, ſtringendo cinxit*. Cum tali lapide nummos *avari* qui ſcil. ſecundum vim vocis الشحيح, *opum ſuarum tenaciſſimus* eſt, recte comparat Auctor, quia nec ipſe nec alius aliquem fructum ex illis capit. Ejuſdem farinæ eſt Adag. ap. Gol. p. 76. N. 25. عشب ولا بعير, *herba, ſed nullus camelus*. Ob quam cauſam avarus non immerito fig. dicitur راضع غنمه, *lactens oves ſuas*, ibid. p. 106. N. 85. et رسح الحجر, *ſudor lapidis*. Hiſt. Sarac. p. 67.

S. 76. حديث in genere notat, *dicta factaque* alicujus. Cor. iv. 41. ſic ſenſus erit, Religionem viri ex ejus ſermone, ſi praxin conjunctam habeat, optime cognoſci. Sin vero per الحديث intelligere mavis, *dicta factaque Muhammedis ex ore ejus recepta*, (qua notione ſæpiſſime venit in

Corano, qui unde κατ' ἐξοχήν, احسن الحديث vocatur. Sur. xxxix. 23.) mens erit, Religionem viri tum demum ſanam eſſe, ſi traditiones Muhammedicas vera fide amplectatur, vitæque rationem ſecundum eas, tanquam unicam fidei ſuæ normam, inſtituat. Conf. in ſeqq. Wahid. N. 87. ubi inter ornamenta fidelis enumeratur صدق الحديث, *veracitas in traditione*. Vide etiam quæ de hac voce annotavit Gagnier in Abulf. de V. M. p. 33.

S. 78. In verſione hujus ſententiæ ſecutus ſum Cod. P. qui pro corrupto تحجيلا exhibet تخجيلا infinit. Spec. II. Rad. خجل, pp. *rubuit*, h. *puduit*, in II. *pudore affecit, pudibundum effecit*. Abulph. H. D. p. 341. et 522. Vit. Salad. p. 13.—دار pro داري, Imperat. III. Spec. a دري, pp. *fidit*, peculiariter, *diſcriminavit capillos* capitis, *pexuit, pectine diſcrevit*, h. in III. Conj. *blanditus fuit, benigne* et *leniter tractavit*. Har. ii. 52. et iv. 25. peculiariter, *placavit, blanditiis demulſit* hoſtem. Tim. ii. 102. Abulph. H. D. p. 481. 486. et 506.—جفا, pp. *raſit* h. *vexavit, duriter* et *inique tractavit* aliquem. Abulph. H. D. p. 55. Tim. ii. 208. et Ibn. Dor. v. 8. Monet ergo Ali, Tui eſſe, illum, qui te injuria afficit, ſi virtute eum vincere non poſſis, blanditiis demulcere, ipſique animo vel habitu ſimulato te ſubmittere, ut ſic erubeſcat ac mitigetur. Conf. in ſeqq. Wahid. N. 130. 131. et Cod. MS. ſub litera *Dal.* دار الناس تستبنع باخلائهم والفهم بالبشر تبهت اضغانهم, *homines leniter tracta, et oblectaberis fraternitate eorum; eoſque vultu hilari excipito, et eorum odium exſtingues.* Quibus addere mihi liceat verba Euripidis l. c. p. 348.

Ἥκιστα φεύγειν σκαιὸν ἀνδρ' ἐχθρὸν, χρεὼν
Σοφοῖσι δ' εἴκειν, καὶ τεθραμμένοις καλῶς·
Ῥᾷον γὰρ αἰδῆς ὑπολαβὼν φίλ' ἂν' τύχοις.
Concedere hoſti fas puto, non, ſi eſt malus,
Sed ſi quis animum moribus cultum gerit;
Nam facile tales mitigat ſupplex pudor.

S. 79. Loco الغيط Cod. P. leg. الغيض. Verum utraque lectio haud dubie vitiosa. Legendum omnino الغيظ, quæ vox *excandescentiam*, scil. *iram*, peculiariter, *vehementiam* ejus, *primumque impetum* denotat. Har. i. 34. Abulph. H. D. p. 73. et 414. Sæpissime enim hæc vox adjungitur verbo كظم, quod in *comprimenda* ira frequentissimum. Cor. iii. 134, &c. — عواقبک. Ita bene leg. Codd. P. et L. cum affix ک, non vero ه, uti Edita habent.—Est autem عواقب collect. τῆς عاقبة, *finem*, scil. *exitum* rei notans. Vid. Sent. Erpen. N. 52. et Excerpt. Ham. p. 356. Unde non tantum de *mercede*, vel *præmio*, Cor. vi. 125. xx. 131. sed etiam de *pœna* usurpatur, ibid. xxx. 9. et in seqq. N. 168. Sicuti Hebr. עקב, *finis* omniumque actionum exitus *tam* de *præmio*, Ps. xix. 12. et Prov. xxii. 4. *quam* de *pœna*, Ps. xl. 16. et lxx. 4. usurpatur.

S. 80. Scil. res, quarum familiaris et quotidianus conceditur usus, plerumque vilescere solent; cum e contra in pretio habentur, quæ ex oculis nostris sint sublatæ. Sic e. g. de quotidiano solis usu pulcherrime Persæ, بدین خوبی که افتابست هر کز نشنیده ام که کسی اورا دوست کیرد مکر در زمستان که محجوبست ومحبوب, *qui solem propter usitatam ejus bonitatem carum habent, audivi neminem: sed tempore hyberno, ubi obvelatus est, desideratur.* Vide L. Warnerum Prov. Pers. N. 5. Cod. P. hanc sententiam sic exhibet, ذم الشحیح ممن الاشغال به; quæ verba Interpres Regius h. m. vertit, *avarum vitupera ob ejus occupationes.* Verum tunc legendum esset بمن اشغاله. Præstat igitur, me judice, lectionem Cod. L. retinere, et legere, اشتغال, ut sit infinit. VIII. Conj. *occupatus fuit aliqua re.* Tim. i. 34. ii. 456. Abulph. H. D. p. 13. et in seqq. Collect. Wahid. N. 24. et 132.

S. 81. Significat, Cum homine perverso nullum esse habendum commercium. Radix طغي, unde طاغي et طغیان, pp. valet, *efferbuit, intumuit*, et h. *copia sua se extulit* et *exundavit* aqua, torrens, mare. Cor. lxix. 11. Unde eleganti metaphora transfertur ad hominem perversum, qui intra

limites honeſtatis contineri non poteſt, ſed modum excedit, atque in ſua rebellione et injuſtitia exorbitat. Tim. i. 342. et Abulph. H. D. p. 36. Eadem vis eſt in Hebr. טעה et תעה, uti patet ex Pſ. xcv. 10. Ezech. xliv. 10. et imprimis Eſai. xxi. 4. תעה לבבי, *turbatum eſt*, i. e. affectibus tanquam undis concitatum eſt maris inſtar *cor meum*.

S. 82. وذكر omittitur in Cod. P. quod probo propter rythmum. Porro obſervandus h. l. floſculus orientalis, quo كثير, *multum*, et قليل, *parum*, abſolute valent, *omne* et *nullum*. Vide Schult. in Jobum, p. 104. et ad Ham. p. 396. Sic ſenſus erit, Peccatum ut ut exiguum aut ſemel modo patratum, nullo tamen, modo parvi faciendum eſſe propter graviſſima mala, quæ ſæpiſſime poſt ſe trahat, cum e contrario obedientia, licet millies præſtita, nullius apud Deum ſit pretii vel meriti. Ad prius ſententiæ membrum optime facit illud monitum, لا تحقرن من الذنوب قليلها ان القليل من الذنوب كثير او ما تري قطر السماء ونزله قطر علي قطر يصير غديرا, *exiguitatem peccatorum ne ſpernas, exiguitas enim peccatorum multum quid; an non vides pluviam cœli ejuſque deſcenſum? gutta addita guttæ evadit ſtagnum.*

S. 83. Vox زَوَّاقَةٌ in Lex. Gol. non comparet. Eſt fœm. זַוָּק, *præguſtator*, cujus ſtirps زَاقَ, דוק, vel דיק, pp. valet, *contudit, comminuit*, et quidem tenuiter, et dein, *tenuis, ſubtilis fuit*, unde Hebr. דַּק 2 Reg. xxv. 1. Jer. lii. 4. et Ezech. iv. 2. notat, *inſtrumentum militare*, quo mœnia urbis pulſantur, quaſi dicas *pulſatorem*. A *tenuitate* vel *ſubtilitate* orta etiam notio *guſtandi*, ſive *tenuandi in ore*, et h. *exploravit*, i. e. *guſtavit* aliquid, et in IV. *guſtandum propinavit, deditque*.—Obſervandum autem, Arabes formas fœmininas ſæpiſſime per contemptum adhibere. Sic e. g. بَيْذَارَةٌ, *garrulus*, بَلْعَةٌ, *homo edax, helluo*, تَغَاجَةٌ, *valde fatuus*, ثِنْتَايَةٌ, *obſcœnus*, جَخَابَةٌ, *ſtolidus, in quo nihil boni*, جَوْبَةٌ, *tetricus vultu*, خُدْعَةٌ, *impoſtor*, aliaque quam plurima. Hoc ergo fundamento, زوّاقة

guſtatrix, vel, ſi mavis, *præguſtatrix* imperiorum, ſcil. tyrannidis deſignabit, *hominem levem*, ſcil. *vecordem*, qui *temere guſtare audeat imperia*, eamque ob cauſam labia adurat ſua. Sic ſenſus erit, Periculoſæ aleæ plenum opus eſſe tyrannidem, quam qui avide appetit, plerumque noceat ſibi.—Malim tamen legere ذَوَاقَةٌ, cujus forma maſculina ذَوَاقٌ apud Abu-Horairam cit. a Gagniero in not. ad Abulf. de V. M. p. 144. uſurpatur de *eo* quod *guſtandum præbetur*, et per سلاطين intelligere non *imperia*, vel *dominatus*, ſed *ſummos imperantes*, *principes*, *reges*. Ita verſio erit, *Quod guſtandum præbent principes, adurit labia*, ſcil. vehementiis bellicis, vaſtationibus, extremiſque miſeriis, quas mortalibus guſtandas præbent. Quo ſenſu figurato thema ذاق in I. et IV. Conj. ſæpiſſime venit. Tim. i. 6. Mon. V. A. p. 21. Vit. Salad. p. 140. 142. 150. 245. et alibi.

S. 84. ذِكْرٌ, pp. *fragrantia*, *vigor penetrans*, dein *odor ſuavis*, unde dulciſſima tranſlatione non tantum *famam* ac *bonam exiſtimationem* notat, quo ſenſu vetus Poeta uſurpavit, ريح الكلاء وذكره, *odor et ſuavis aura victoriæ*, et Hoſ. cap. xiv. 6—8. ſed etiam *laudationem*, qua virtutes et beneficia alicujus commemorantur, quam notionem Hebr. זֵכֶר paſſim in S. S. exſerit. Pſ. vi. 6. xxx. 5. cxi. 4. Jeſ. xxvi. 8. et imprimis Prov. x. 7 ubi Salomo fere idem, quod Auctor docet, זֵכֶר לצדיק לברכה, *commemoratio*, ſcil. *laudatio juſti in benedictionem eſt*; ad quem locum vide Schult. comment. in Prov.

S. 85. ذُلٌّ, pp. *laxitas pendula*, et h. *vilitas*, ſcil. *vilis hominis conditio*, a ذَلَّ, זלל, pp. *pendula fuit res*, in qua nulla eſt *gravitas*, vel *pondus*, quo ſenſu זַלּוּת Pſ. xii. 9. occurrit; et זוֹלֵל, quod non tantum uſurpatur de *homine prodigo*, ſive de *eo* qui *laxus eſt*, et ad *omnem nequitiam profuſus*, Deut. xxi. 20. et Prov. xxiii. 20. ſed et *de re levi nullius ponderis* ac *pretii*, Jer. xv. 19.

S. 86. Pro ذليل الخلق, Cod. P. legit, ذليل الفقر, *qui ob paupertatem* ſuam *ſpernitur*. Utraque lectio bonum fundit ſenſum; ذليل, *vilis*,

abjectus, contemptus, et عزيز, *eximius, potens,* item *honoratus, carus,* pulcherrime ſibi opponuntur, quatenus prius in origine *laxum, laxe pendulum,* poſterius *adſtrictum, nervo fortius adſtricto* denotat. Eadem oppoſitio occurrit Ham. p. 462. Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. p. 32. Cor. iii. 26, &c.

S. 87. Idem quod ſupra N. 64. *timori Dei* attribuerat Auctor, h. l. de *recordatione mortis* merito teſtatur; hæc enim vitæ hujus caducæ ſollicitudines ab animo quaſi detergit, hominemque mortalem ſpe vitæ melioris exhilarat. قَلْبٌ *cor,* exponente Scholiaſt. ad Caab ben Zohair, v. 1. ſic dictum لتقلبه, *ob verſationem ejus perennemque mobilitatem.* Radix enim قلب pp. valet, *vertit, convertit, invertit,* in II. *verſavit horſum, prorſum,* vel *ſurſum* et *deorſum,* et in V. *verſatus fuit, ſeque geſſit in negotiis pro arbitrio*; quem duplicem verbi uſum vide Tim. i. 10. وتقلب في اطواره من الطفولية الي الكبر الي ان قلبته ايدي الغِبَرِ, *et verſatus eſt in ſuis negotiis,* i. e. ſe geſſit in iis pro arbitrio *ab infantia* uſque *ad provectam ætatem, donec eum manus fortunæ horſum prorſum jactarent.*

S. 88. Docet Auctor, recordationem eorum quæ in flore juventutis peracta ſunt, homini, cum ad provectam venerit ætatem, multam præbere materiam priſtinam vitam dolendi, fruſtraque cum Poeta ruminandi, *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!* Quo ſpectat et illud Sen. et Syr. M. N. 788. *Fruſtra cum eſt ventum ad ſenectam, repetas adoleſcentiam.* Quare optime monet Menander p. m. 163. Μέμνησο νέος ὢν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτὲ, *annis juventæ ſis memor ſenilium.*

S. 89. Vide quæ notavimus ad ſent. 64. et 73.

S. 90. Affinis eſt ſententia, quam ſupra habuimus N. 12. Radix رعي, *pavit,* in III. Spec. *compavit,* ſcil. *cum alio paſtus fuit,* h. *amicitiam coluit, obſervavit quod deberet, auſcultavit.* Sic Har. vi. 254. et Tim. i. 154. ورعي منه بعض الامور, *ejuſque juſſa in nonnullis obſervabat.* Similiter Hebr. רעה in III. Spec. de *amicitia, ſodalitio,* &c. adhibetur Jud. xiv. 20. et alibi.

S. 91. Significat, Mollem et tranquillam vitam ducere eum *qui* ſine curis vivit: رفاهية eſt, *commoditas vitæ cum affluentia bonorum.* Ita Tim. ii. 232. والرعايا في ظل الامن والرفاهية, *et ſubditi in umbra ſecuritatis et mollioris vitæ reſidebant*; et in Paraph. Arab. Tab. Ceb. p. m. 64. ubi de eo, من كان في خير رفاهية, *qui jucunde ac delicioſe vivit.* Radix eſt رفه, רפה, pp. *laxus, remiſſus fuit,* et dein *commodam, tranquillam, et molliſſimam duxit vitam.*

S. 92. رتبة in margine MS. exponitur per [معام lege مقام] i. e. *dignitas,* quem ſenſum figuratum رتبة et مرتبة ſæpiſſime habent. Ita de *faſtigio honoris* et *gloriæ.* Exc. Abulf. p. 7. Abulph. H. D. p. 81. et Abdall. v. 124. Item de *gradu,* ſcil. *dignitate ſcientiæ.* Abulph. l. c. p. 61. et 377. Sic idem docebit Auctor, quod infra apud Meidan. i. N. 40. ubi aſſerit nullam eſſe شرف كالعلم, *gloriam velut ſcientia.* Vel ſi mavis hic reſpici ad difficultatem, quam quis experitur qui *gradum ſcientiæ* adſcendere velit, ſenſus eodem redibit, quo etiam tendit illud in Elnaw. Sent. 53.

العلم جبل صعب الهصعد ولكنه سهل المنحدر
والجهل سهل سهل الهورد الا انه صعب المصدر

Scientia mons arduus conſcenſu, ſed facilis deſcenſu;
At ignorantia vallis, quo facilis quidem eſt aditus, ſed difficilis reditus.

S. 93. Phraſis رزقك يطلبك, quæ redibit N. 272. notat, Deum unicuique victum ſive omne quod vitæ neceſſarium eſt deſtinaſſe et largiri. Conf. in ſeqq. N. 139. Docet itaque ſententia, Oportere hominem præſenti ſua ſorte contentum eſſe, anxiaſque de futuro vitæ ſuſtentaculo curas ac ſollicitudines mittere. Quo ſpectat etiam dictum Salvatoris Matth. cap. vi. 25. et ſeqq. et Apoſtoli 1 Tim. vi. 8.

S. 94. Affine eſt quod Manilius Poeta vetus dixit,

Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.

S. 95. De voce الحديث conſuli omnino meretur Gagnierus in not. ad Abulf. de V. M. p. 33. ubi docet hac voce peculiari modo intelligi, *dicta,* vel

facta Muhammedis per traditionem ex ore ejus recepta, quæque apud Muhammedanos tantæ ſunt auctoritatis, ac ipſe Alcoranus.—رواية, *rigatio*, fig. notat, *orationem facundam, narrationem delectabilem.* Vide Schult. ad Har. i. 8. ii. 52. et iv. 46. Innuit ergo Imperator, Traditiones tum demum eſſe jucundas, quum Auctorem habeant Muhammedem.

S. 96. نَفْسٌ, *anima*, h. l. *concupiſcentiam*, ſcil. *cupiditatem effrænatam* notat. Sic Har. i. 20. وقللت شباه اعتدايك وقدعت نفسك, *et retundis aciem iniquitatis tuæ, et inhibes effrænatam tuam cupiditatem*; et Gol. Sent. p. 269. N. 126. النفس ملك ان تبعتها ومملوك ان اتبعتها, *concupiſcentia rex eſt, ſi ſequeris eam*; *ſervus vero, ſi eam ſequi facias.* Ejus radix نفس, נפש, de qua ſupra egimus ad N. 41. pp. notat, *ſpiravit, anhelavit*, ad quam originem alluditur Pſ. xvii. 9. xxvii. 12. et xli. 3. in quibus locis נֶפֶשׁ gravem admodum vim habet, et adhibetur de *flatu*, i. e. *feroci* et *effrænata nocendi cupiditate*, ſcil. *aviditate.* Locutio deſumpta ab animalibus ferocibus, quæ cum *flatu* et *anhelitu inhiant* prædæ capiendæ.

S. 97. Eadem ſententia, una tantum voce, eaque ſynonyma diverſa adfuit N. 63. Conf. etiam N. 47. et quæ ibi notavimus.—رفيق, *comes itineris, ſocius, adjutor*, a رفق, רפק, pp. *fulcivit* aliquem et quidem *brachio, ut ei innitatur* h. *adjuvit, comes fuit in itinere*, item *benignus* et *facilis fuit* erga aliquem, *blande* cum aliquo egit. Hiſt. Sarac. p. 113. et Abulph. H. D. p. 443. Proprietas verbi manifeſta in VIII. Conj. ارتفق, *innixus fuit cubito*, et h. *adjutus fuit.* Probo itaque Belgarum verſionem Cant. viii. 5. מתרפקת על דודה, *die haar lievelyh leunt op haaren Lievſten.*

S. 98. Significat, Suo quemque pede metiendum eſſe.—زِنْ pro اوزن Imperat I. Conj. radix وزن, pp. *gravem eſſe, ponderoſam habere gravitatem*, hinc *ponderavit, libravit.* Abulph. H. D. p. 79. In VI. idem Har. iv. 30. Reſpondet Hebræorum וזן, quam radicem civitati Hebr. vindicavit Schult. ex Jer. viii. 5. in not. ad Har. ii. 47. Clav. Dial. p. 214. et Gram. Hebr. p. 338.

S. 99. Obſerva paronomaſiam inter زحمة et رحمة, quorum prius notat *frequentiam*, ſcil. *denſam hominum turbam*, poſterius *miſericordiam*, vel, ſi mavis, *effectum*, ſcil. *donum miſericordiæ*; quo ſenſu occurrit Tim. i. 8. ubi Muhammed κατ' ἐξοχήν dicitur رحمة, *magnificum miſericordiæ donum*. Vide etiam Cor. vii. 57. 58. xxv. 49. xxvii. 64. et in ſeqq. N. 103.—صالحين, *homines probi, ſinceri*, a صلح, צלח, pp. *penetravit*, et hinc, *ſucceſſit proſpere, felicem habuit exitum*, q. d. *penetravit ſine obſtaculo* et *obice*; ad quam originem alluſum, 2 Sam. xix. 18. et Amos v. 6. פן יצלח כאש בית יוסף, *ne penetret tanquam ignis domum Joſephi*.—Docet itaque Auctor, Pro ſingulari gratiæ Divinæ dono habendum eſſe, ſi multus ſit hominum proborum numerus. Rari quippe boni: quo tendit etiam illud Ariſtophanis apud Grot. l. c. p. 628. χρηστὸν ἄνθρωπον δ' ἐὰν τὶς ἕνα μόνον ζητῶν ἴδῃ, ὄψετ' ἐκ τότε πονηροὺς πέντε παῖδας γεγονότας, *at virum bonum quærendo ſi quis unum repererit, natos ex illo vitioſos quinque cernet filios*.

S. 100. Idem affirmat Imperator in Cod. Wahidi MS. ſub litera ن, قد يزلّ الحكيم. Similiter Menander, p. m. 156. Ἁμαρτάνει δὲ καὶ ἀνὴρ σοφώτερος, *aliquando peccat vir ſapientior*. Adde Hor. de Arte Poet. v. 395. *Quandoque bonus dormitat Homerus*.—زلّة, *hallucinatio, lapſus, error*, a زلّ, pp. *lubricus fuit, lubricavit*, quo ſenſu proprio occurrit in Ham. p. 370. فَزَلَّ عَنِ ٱلصَّفَا بِهِ جُؤجُؤٌ عَبْلٌ, *et lubricavit in eo de petra nitida Thorax torto robore*, et Amrolk. v. 55.

كُمَيْتٍ يَزِلُّ ٱللِّبْدُ عَنْ حَالِ مَتْنِهِ
كَمَا زَلَّتِ ٱلصَّفْوَاءُ بِٱلْمُتَنَزَّلِ ۞

Equus ſubrufus cujus dorſum lubrice excutit ſtratum,
Sicut glabra petra excutit quod illuc demittit ſe.

S. 101. Videtur ſenſus eſſe, Levius eſſe malum, ſi ſcientia deficiat, quam ſi ſapientes moriantur; his enim morientibus perit neceſſario et ipſa ſcientia; illa autem deficiente, facile reviviſcere poteſt, ſi ſapientes ſuper-

ſtites maneant.—أَهْوَنُ hic comparativum gradum format, ut in Adag. apud Meidan. N. 521. cit. in Hiſt. Tim. i. 316. بعض الشر اهون من بعض, *aliud malum alio levius eſt.* Radix eſt هان, הון, vel הין cujus origo in *laxitate*, h. *facilis, levis*, item *contemptus fuit*, q. d. *laxus* et *profuſus fuit*; inde etiam notio *temeritatis inconſideratæ* et *diſſolutæ*, quæ aptiſſime quadrat in locum Deut. i. 41. ותהינו לעלות ההרה, et *leves*, ſcil. *temerarii fuiſtis*, vel ex Hiphh. *leves* et *temerarios vos geſſiſtis ad adſcendendum in montem.*

S. 102. Pro اكرامه لك, Edita levi vitio legunt, كرامه لك. Cod. vero P. omittit لك quod hic retinendum judico, ut ſenſus ſit, Te oportere proximum tuum viſitatione tua honorare, prout tibi præſtiterit. Eadem conſtructio occurrit Abulph. H. D. p. 93. كان اختياري واكرامي للحق, *eligenda atque honoranda mihi eſt veritas.* Vid. etiam p. 274.

S. 103. Tres ultimæ voces deſunt in Cod. P. *Cæterum obſcurum eſt dictum.* Ni fallor, ſenſus eſt, Idiotæ pietatem fruſtra, i. e. vanam et irritam eſſe, quæ ſeducat; ſapientis vero pietatem miſericordia cerni; vel, ſi mavis, Miſericordiæ Divinæ munus magnificum eſſe.—زُهْدٌ, *pietas* ſive *devotio*, qua quis ſe abſtinet a rebus mundanis, eaſque quaſi rem projectitiam repudiat, et ſic auſteram vitæ rationem præ ſe fert. Abulph. H. D. p. 247. et 274. et Nuweir. p. 380. Unde زاهد abſolute notat, *monachum, eremitam, religioſum.* ibid. p. 293. et Elnaw. Sent. 17.—عامي, *cæcus*, et dein *inſipiens*, q. d. عامي القلب, *cæcum mente*, a عَمِيَ, עמה, in origine idem cum عمّ, עמם, *volvere, involvere*, et h. *tegere involucro, cooperire*, unde notio *cæcitatis* non tantum oculorum Abulph. l. c. p. 66. ſed et *cordis* in Adag. Gol. N. 29. p. 119. تَعْمَى ٱلْقُلُوبُ وَٱلْعُيُونُ نَاظِرَةٌ, *cæcutiunt corda et oculi vident.*

S. 104. Affinis eſt ſententiæ, quam ſupra habuimus N. 73. اطراء, *redintegratio*; act. Conj. IV. a طَرَّ, vel طَرِيَ, טרח, in origine, *turſit præ ſucco*,

h. *recens fuit vigore* et *madore*, et in IV. *recentavit, recens fuit. Turgescere* enim dicuntur, quæ vigorem recentem et *virorem præ se ferunt.* Sic Virgil. Georg. i. v. 315. *Frumenta in viridi stipula lactentia turgent*; et Ovid. Trist. iii. v. 12. 15. *Turgescit in arbore ramus.* Unde lux oritur locis Jud. xv. 15. ubi לכי־ חמור טריה est, *maxilla asini recenti adhuc vigore humida* ac *turgida.* Et Esai. i. 6. ubi מכה טריה notat *plagam*, quæ materie saniosa *turgida* est, *ulcera putrida, etterbuiten*, uti nostrates rectissime vertunt.

S. 105. Sensus est, Vitam mundanam esse ærumnosam, multisque ac variis objectam malis. Idem affirmat illud Persarum apud Warnerum l. c. p. 44. دراين عالم كسي بيغم نباشد اكر باشد بني ادم نباشد, *nemo est in hoc mundo, qui ærumnis vacet*; *si vacet, inter filios hominum numerandus non est.* Brevius Menander p. m. 157. Οὐκ ἔςι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν ȣ̓δενὶ, *est vita vacua nemini molestiis.* Adde Euripidem apud Grot. l. c. p. 425. Ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνατοῖς, *O vita hominum plena laboris!*

S. 106. ضُعْفَآءُ collect. τȣ̃ ضعيف, *debilis, imbecillis, impotens*; a ضعف, pp. *plicuit, complicuit*, h. *infirmus fuit*, q. d. *plicuit se* et *incurvavit, ut se arrigere nequeat.* Usurpatur de homine, qui tenuioris est sortis. Abulph. H. D. p. 229. Intelliguntur h. l. *tenues, qui humili conditione sunt*, quo sensu mox redibit N. 116. Tales visitare eximiam humilitatis virtutem esse innuit etiam Auctor in seqq. Meidan. i. N. 18.

S. 107. Sensum hujus sententiæ optime expressit Auctor Elnaw. N. 130. p. 76. من لم تزنه السير لم تزنه السيراء, *quem non ornant boni mores, is frustra vestimentis splendidis ornabitur.*—باطن, *internus, interior pars rei* et ظاهر, *externus, extrinseca pars* rei, sæpissime sic opponuntur, ut *prius* de *animo* usurpetur, uti Hebr. בֶּטֶן, *venter*, per metonymiam, *cor, intimosque animi recessus, cogitationes* et *affectiones* significat. Hab. iii. 16. Job. xv. 35. et Prov. xxii. 18. *Posterius* vero *corpus* designet. Ita Abulph. l. c. p. 89. ubi de Socrate dicitur: وكان يقول حسن الظاهر تابع

للحسن الباطن فيستدل علي حسن النفس بحسن البدن, *dicere ſolebat pulchritudinem exteriorem pulchritudinem interiorem ſequi, atque a pulchritudine corporis de pulchritudine animi judicium ſumendum.* Vid. et Tim. i. 118.

S. 108. Si ultima vox retineatur, ſenſus erit, Triſtitiam malarum ſuſpicionum matrem eſſe; quo enim quis infelicior, eo magis ſuſpicioſus eſt. Quo ſpectat illud Sen. et Syr. M. Sent. N. 7. *Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.* Conf. etiam Terent. in Eunuch. iv. 2. et in Adelph. iv. 3. Præſtat tamen cum Cod. P. loco الحزن legere الحزم, uti quoque legitur in Sent. Synon. apud Gol. N. 46. p. 265. ظنّ السوء بالناس من الحزم, *pravæ ſuſpiciones de angore animi*, ſcil. *angunt animum.*

S. 109. غرّ unde غرور, non tantum de *mundo decipiente* in Collect. Wahidi N. 118. et Meidan. i. N. 14. uſurpatur, ſed et de eo, qui mundi lætitiis ac voluptatibus indulgendo fallitur, Abulph. l. c. p. 470.

S. 110. Prius colon nullam habet difficultatem; *poſterius* vero, الاخلاص فيها, ſenſum facit ſubobſcurum. In Edit. hæc verba omittuntur, et in Cod. P. ſic exhibentur, لا خلاص منها, quæ Interpres Reg. h. m. vertit, *unde non eſt exitus.* Valde tamen dubito de probitate hujus lectionis, ac præferrem omnino lectionem Cod. L. ſecundum quam tota ſententia ſic vertenda videtur, *peſſimæ eſt indolis, qui ſolitudini totum ſe permittit.* Suſpicor tamen et hanc lectionem mendoſam eſſe, et legendum, لا اخلاص فيها. Quando verſio utriuſque membri hæc erit, *peſſima indoles*, pp. malum indolis, *eſt ἡ μισανθρωπία*, ſcil. odium ſocietatis hominum cum triſtitia conjunctum, *in qua non eſt religio ſincera*, i. e. quæ triſtitia non oritur ex timore Dei. Pulchre Har. Conſ. xvii. v. 28. مَلَلُ ٱلْخَلَائِقِ، شَيْنُ ٱلْخَلَائِقِ، وَسُوءُ ٱلطَّبْعِ، يُبَايِنُ ٱلْوَرَعَ، *odium in homines, turpitudo creaturarum, et mala concupiſcentia ſeſe divellunt a timore Dei*; vel, ſi pro الاخلاص فيها,

legere mavis, الّا خلاص فيها, *nisi in ea*, scil. solitudine, *sit sinceritas*, scil. *religio sincera*, sensus eodem redibit. Improbatur itaque hac sententia solitudo, qua quis consortii humani impatiens se feræ similem facit, omniaque, uti Seneca ait Epist. xxv. sibi *mala persuadit*; non vero, si quis solitariam degat vitam, ut contemplationi Divinæ vacet, illique totus inhæreat. *Solitarius* enim, uti recte Aristoteles dixit, ii. Polit. *aut fera est, aut Deus*.

S. 111. سريرة, pp. *umbilicatio*, h. *arcanum*, quod quis in medio cordis reconditum habet. Usurpatur de *intimis cogitationibus* in Collect. Wahid. N. 522. Radix est سرّ, *affecit in umbilico*, et dein, *recondidit in medio*; h. lux oritur locis Deut. xxix. 19. Ps. lxxxi. 13. et Jer. iii. 17. ubi per שרירות לבם הרע, *umbilicatio cordis mali eorum* intelligitur, *perversitas cordis impuri*, quæ a prima nativitate in ipso veluti centro inhæreat. Metaphora desumpta ab *umbilico* non *resecto*.

S. 112. Sententia hæc, quæ cum proxime sequenti ejusdem argumenti est, redibit in seqq. N. 133. hac solummodo differentia, quod pro سكتة ibi legatur صمت. Similiter Menander, p. m. 166. οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον, *utilior haud est ulla res silentio*. Conf. etiam quæ supra notavimus ad N. 21. et Elnaw. p. 45. N. 64.

S. 114. سادة collect. سيد, *principes*, peculiariter qui e familia *Muhammedis* originem ducunt, Tim. i. 114. Usurpatur de iis, *qui dominium in literis obtinent*, Abulph. H. D. p. 327. prout ipsa radix ساد absolute valet, *dominari in scientiis*, ibid. p. 355.—الفقهاء sunt, *sacrorum antistites, doctores juris canonici*, scil. *doctores casuistici, practici*, a sing. فقيه, *juris, rerumque divinarum scientia peritus*. Peculiariter *presbyter Muhammedicæ religionis*. Distinguuntur a doctoribus theoreticis, Vit. Salad. p. 4. quemadmodum Arabes علم الفقه, *jurisprudentiam canonicam*, scil. *theologiam practicam*, a علم الكلام, *theologia dogmatica* distinguunt.

S. 115. سكرة, vel سَكْرَة plerumque activam habet significationem,

notatque, *inebriationem.* Non raro tamen occurrit ſenſu paſſivo, *ebrietas,* quæ notio in Lex. Gol. non comparet, ſed manifeſte liquet ex hiſtoria Tim. ii. 438.

ما كان ذاك العيش الا سكرة
لذاتها رحلت وحل خمارها

Nihil vita hæc, niſi ebrietas;
Voluptates ejus recedunt, et ſupervenit crapula.

Vide etiam Abulph. l. c. p. 394. ubi Ebn'l Talmid inquit,

كانت بلهنية الشبيبة سكرة
فصحوت واستانفت سيرة مجمل

Fuit jucundus ſtatus juventutis ebrietas,
At expergefactus ſum, et viam bonam ingredi cœpi.

احبّاء eſt collect. τȣ̃ حبيب, *amicus dilectus,* a حبّ, חבב, pp. *fovit, in ſinu fovit,* ſpecialiter, *cum afflatu, quo calor ſuſcitatur,* h. *amavit,* quia, quod amamus, in ſinu fovere et brachiis quaſi complecti ſolemus. Quæ notio optime quadrat in locum Deut. xxxiii. 3. ubi Deus dicitur חובב עמים, *fovens populos ſinu fovente,* i. e. complectens omni amoris teneritudine; et Job. cap. xxxi. 33. ubi חב, *ſinus fovens,* jucunde depingit vitioſiſſimum illum amorem, quo quis ſe, ſuaque omnia ſolet complecti atque fovere.

S. 116. Idem innuit Salomo Prov. xviii. 23. תחנונים ידבר רש, *ſtridulos ſonos,* i. e. complorationes *loquitur pannoſus.*—Porro سلاك, *arma,* et شكاية, *complorationes,* eleganter h. l. una in ſede morantur. Arabes enim شكي ut et vic. شكّ ſpeciali uſu adhibent de *eo,* qui *inſtructus eſt armis acutis,* Vit. Salad. p. 238, &c. ووقف عسكرهم شاكا في السلاك الي &c. *armiſque horridus perſtitit eorum exercitus, donec,* &c. Similiter vic. شكّ cum سلاك conjungunt. Sic dicunt شك في السلاك, *horruit* pp. *ſpinoſus, aculeatus fuit armis.*

S. 117. In laudem *humilitatis,* ſcil. *modeſtiæ* quam plurimæ exſtant

ſententiæ in Collect. Wahidi MS. e. g. التواضع يرفع، الشرف التواضع، بالتواضع تكون الرفعة، بكثرة التواضع يتكامل الشرف &c. &c. Vide etiam in ſeqq. Meidan. i. N. 40. et conf. Prov. Salomonis, cap. xv. 33. et xviii. 12. לפני כבוד ענוה, *ante gloriam ſubmiſſio.*

S. 118. صَلَفٌ notat, *jactantiam, faſtum*, ſcil. *arrogantiam*, qua quis talis videri vult, qualis non eſt, vel aliquid ſe poſſidere gloriatur, quod non habet. Audiamus Gjeuharium: وَزَعَمَ ٱلْخَلِيلُ أَنَّ ٱلصَّلَفَ مُجَاوَزَةُ قَدْرِ ٱلطَّرْفِ وَٱلِٱدِّعَاءُ فَوْقَ ذَلِكَ تَكَبُّرًا فَهُوَ رَجُلٌ صَلِفٌ وَقَدْ تَصَلَّفَ, *et dixit Alchalil* [Abrahamus] אלצלף *notare limitum et cancellorum exceſſum*, nec non, *gloriationem ſupra debitum*, i. e. *arrogantiam.* Pari modo Phirubzab. الصَلَفُ التهدّخ بِمَا لَيْسَ عنده אלצלף ومجاوزة قَدْرِ الطرف والادّعاء فوق ذلك, uſurpatur *cum te ipſum laudas ob ea, quibus cares*, notatque *modi, limitumque exceſſum* et *gloriationem ſupra debitum.* Docet itaque ſententia, Temperandum eſſe a magniloquentia et falſa oſtentatione, ſiquidem nihil omnium ſcientiæ magis turpe eſt atque noxium. Idem innuit Herkules in Paraph. Arab. Tab. Ceb. p. m. 34. ubi ait, ان صرفت عنك محبّة التكبّر والصلف فهمت, *ſi avertas abs te amorem arrogantiæ et jactantiæ, intelliges.* Eſt enim, ut bene inquit Abu Jaala MS. p. 155. آفة الحسن الصلف, *noxa decori jactantia*, cum quo concinit Menelaus apud Homerum, ὃ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι, *haud ſane pulchrum ſeſe jactare ſuperbe.*

S. 119. Verba ad literam ſonant, *Peſſimum negotiorum eſt, quando pravo homini proxima ſunt*; i. e. quum a pravo homine adminiſtrantur, et in ejus velut contubernio poſita ſunt. Pro اقرابها الي اشرّ, Cod. P. exhibet, اقربها من الشرّ, perperam, me judice.

S. 120. شمّروا, *ſubſtringite*, ſcil. *laciniam tuam*, i. e. *ſtudioſi ſitis.* Plena enim phraſis eſt, شمر زيله, *ſubſtrinxit laciniam ſuam*, i. e. expeditum ſe

reddidit ad opus aliquod *aggrediendum*, h. *ſtudioſus, diligens fuit*. Tim. i. 44. et 472. Har. iii. 161. 162. et ſæpiſſime alibi.—جَنَّة, גַּן, et גִּנָּה, vel גִּנָּה, *hortus*, h. l. κατ' ἐξοχήν, *paradiſum cæleſtem* notat, quæ notio in Corano et apud Auctorem noſtrum frequentiſſima. Vide in ſeqq. N. 204. 223. et Wahid. N. 433. 522. et Meidan. i. N. 6. Proprie notat, *locum munitum, ſecluſum*, ac *tectum arboribus*, a جنّ, גנן, *tegendo munivit, texit, protexit*, unde מגן, *clypeus*.

S. 121. شُحُّ الْغَنِيِّ غُقُوبَةٌ, *avaritia divitis pœna*. Non mirum. Omne enim, quod avarus corradit, maledictione occulta adflatum eſt ac contactum. Conf. cum hac ſententia Prov. Salomonis, cap. i. 19. et xv. 27. nec non verba Ambroſii Lib. de Caino et Abele, cap. v. *Avaritia, quo plura abſtulerit, eo magis inopem ſe eſſe credit; omnibus invida, ſibi vilis, in ſummis divitiis inops*, &c.

S. 122. شَمَّة من المعرفة, *odor ſcientiæ*. Vox شَمَّة, exponente Gjeuhario, notat, *minimam partem, parvam quantitatem*, q. d. *tenuiſſimum olfactum*, peculiariter, *gratum, ſuavem*, ac *fragrantem*, a شمّ, סמם, pp. *punxit* odor naribus, et h. *odoratus eſt*, ſive *attractione naſi olfecit*, et *captavit auram*. Iſphan. p. 7. et Mon. V. A. p. 24. Speciatim uſurpatur de *odore grato* ac *ſuavi*. Hiſt. Sarac. p. 62. فكان الناس يشمون رايحة المسك من بدنه ايامًا كثيرة, *odorati autem ſunt homines fragrantiam muſci ex corpore ejus dies multos*; et Gagnier in not. ad Abulf. de V. M. p. 31. ubi Acmed ben Joſeph. Libro de Urbibus et Regionibus, de Medina inquit: انّ من دخلها يشم رايحة الطيب, *adeo ut qui eam ingreditur, ſtatim odorem ſuaviſſimum et fragrantium aromatum auram reſpiret*; quem uſum ſpecialem Hebr. סמם etiam habuiſſe conſtat ex derivato סם, *omnis res odorata*, ſpecialiter *aroma*.—Porro verſionem, quam Interpres Regius dat, *Odor virtutum præſtat multæ ſcientiæ*, non probo. معرفة enim non ſignificat *virtutem*, ſed *ſcientiam*, ſcil. *cognitionem*, uti in Paraphraſi Arab. Tab. Ceb. p. m. 36. معرفة نفسها, *cognitio ſui ipſius*, et معرفة العقل

cognitio intellectus. Sic phraſis الـمعرفة شمّ idem notabit, quod ἡ ὀσμὴ τῆς γνώσεως, *odor ſcientiæ*, 1 ad Cor. ii. 14. Unde liquet Cod. P. pro العمل, *opus*, perperam exhibere العلم, *ſcientia.* Nullum enim daret ſenſum : *Odor ſcientiæ multæ ſcientiæ præſtat.* Legendum omnino cum Cod. L. العمل, *ſcientia*, ut ſenſus ſit, Scientiæ *odorem*, ſcil. *olfactum*, licet ſit tenuiſſimus, longe tamen ſuaviorem ac jucundiorem eſſe multis operibus, vel ſi mavis, *multis opibus* aut *ditionibus*, quo ſenſu عمل paſſim venit. Vit. Salad. p. 240. &c. &c. Eo tendunt etiam varia Græcorum dicta: e. g. σοφία δὲ πλέτου κτῆμα τιμιώτερον, *pretioſior res opibus eſt ſapientia.* Οὐκ ἔϛι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον, *haud ulla res pretioſior ſapientia.* Οὐκ ἔϛι γὰρ γλυκύτερον ἢ πανθ' εἰδέναι, &c. &c. Vide Menand. l. c. p. m. 164. Addc Sophoclen. apud Grot. l. c. p. 93. Ὅσῳ κράτιϛον κτημάτων εὐβουλία, *proh ſapere quantum ſuperat humanas opes!* Et imprimis pulchcrrimam picturam, qua Salomo ſapientiam tanquam omnibus aliis rcbus pretioſiſſimis præſtantiorem deſcribit. Prov. iii. 13. et ſeqq.

S. 123. Vide in ſcqq. N. 212. et 233. et conf. Elnaw. p. 96. N. 167. Intelligitur *prima canities*, cum incaneſcere incipit caput, a شاب, שׂוּב, vel שׂיב, pp. *miſcuit, immiſcuit*, de quo vidc Schult. ad Har. iii. 115. v. 160. et vi. 250.

S. 124. Pro جِنان, *furores*, ſcil. *amentia*, a جِنّة, legendum ſuſpicor جَنَان, *cor*, ita dictum, quia, exponente Gjeuhario, præcordio quaſi *tectum*, et ſic ab omni noxa tutum eſt, a جنّ, pp. *texit, protexit*, de quo vide ſupra ad N. 120. Videtur autem h. l. cum alluſione ad originem intelligi tale *cor*, quod *obvoluto* quaſi *tegumento* ita clauſum eſt, ut nihil boni aut ſalutaris amplius percipiat, quo ſenſu phraſin, מְגִנָּה לֵב, *obtectio cordis.* Thren. iii. 65. de *corde obdurato* explicandum eſſe demonſtravit Schult. in Oper. Minor. p. 130.—Radix شفي, שׁפה, unde شفاء, *ſanatio, medicina, remedium.* Speciali uſu adhibetur de *ſanatione cordium.* Vit. Salad. p. 1. et in Paraphr. Arab. Carm. Pythag. p. m. 12. N. 66. Docet ergo ſententia, Sedulam Corani lectionem cordi medicinam præbere ſalutarem. Conf. Cor.

xli. 43. Ubi impoſtor inquit, هُوَ لِلَّذِينَ آمَنُوا هُدًى وَشِفَاءٌ, ipſe [ſcil. Coranus] *eſt illis, qui crediderunt, directio et medicina.* Cæterum unde Coranus nomen القران acceperit, vide apud Geuhar. parte prima edit. a Scheidio, p. 171.

S. 125. Eadem oppoſitio inter شحيح et سخي redibit infra N. 204. Cæterum ad mentem hujus ſententiæ apprime faciunt verba Zuingeri, p. 982. *Multa quidem deſiderat pauper ad vitæ uſum, ſed avarus magis eget, qui nec id habet quod habet.* Adde illud Œnopionis apud Grot. l. c. p. 874.

Θνητῶν δ' ὅσοι
Ζῶσιν κακῶς ἔχοντες ἄφθονον βίον,
Ἐγὼ μὲν αὐτοῖς ἀθλίοις εἶναι λέγω.

Mortalium
Qui non bene vivunt, cum divitiæ ſuppeditant,
Hos omnium eſſe prædico miſerrimos.

Conf. etiam quæ notavimus ad N. 75. et 121.

S. 126. Commendat hæc ſententia auream inter amicos familiares libertatem, ita ut alter alteri nulla in re importunus ſit aut moleſtus. Hinc recte inquit Haririus v. 92. وشر الاضياف من سام التكليف وازي الهضيم, *peſſimus autem hoſpitum eſt, qui injungit moleſtiam, et nocet excipienti ipſum.*—Pro شرط, *conditio, lex definita, præſcripta,* Fabricius Specim. Arab. p. 84. legit حقّ, quod eodem redit. Radix eſt شرط, שרט et סרט, de qua vide Schult. ad Har. ii. 174. et v. 98.—Obſerva paronomaſiam inter الغة et كلغة, quarum prior vox *conjunctionem arctiorem,* et hinc *familiaritatem intimam* notat, ab الغ, אלח, pp. *arctius junxit, jungendo nexuit, conjunxitque.* Poſterior ſignificat, *importunitatem, moleſtiam.* Abulph. l. c. p. 56. ubi eadem phraſis تركَ الكلغة occurrit. Ejus ſtirps كلغ, pp. valet, *evaſit luridus, ad nigredinem inclinavit rubedo*; h. اكلغ, exponente Scholiaſte ad Tharaph. v. 15. notat, الفحل الذي في لونه

حمرة الي سواد, *camelum admiſſarium, cujus color ruber vergit ad nigredinem.* Secundario valet, *incubuit alicui rei*, q. d. *ei impalluit* ac *vehementius deditus fuit cum cura* et *labore.* Unde in II. Conj. *imperavit difficile quid ſubeundum, coegit, vexavit, gravavit* aliquem. Cor. ii. 234. iv. 83. vii. 43. Abulol. v. 230. 240. Vit. Salad. p. 110, &c.

S. 127. Intelligitur homo, qui nihil habet, quo ſe aliis commendat, ſed e contrario quibuſlibet vitiis ſceleribuſque plenus eſt, ideoque ab omnibus aliis hominibus, hoſtis inſtar peſtiferi, fugiatur. Quam notionem اتّقي pro اوتقي, a وقي, *cavit ſibi* a malo, ſæpiſſime habet. Vide Gol. Adag. p. 152. N. 61. et Sent. Poet. p. 154. 155.

S. 128. Affinis eſt ſententia Golii Gramm. Arab. annexa p. 264. N. 3. الصدق منجاة, et in Collect. Wahid. MS. ſub litera ب. بالصدق تكون النجاة.

S. 129. Idem docet Auctor in Collect. Wahid. MS. ſub litera ز. صحّة — زكاة البدن صيام uſurpatur de *integritate* et *ſanitate* tam *mentis* Iſphan. p. 26. quam *corporis* Abulph. H. D. p. 339. Gol. Adag. p. 120. N. 40. Elnaw. p. 56. et alibi. Proprie valet, *nitorem, nitentem claritatem*, a صحّ, pp. *nitidus, clarus fuit*, quæ notio manifeſta in Hebr. צחח ſemel lecto Thren. iv. 7. צחו מחלב, *nituerant præ lacte.* Speciali uſu teritur de *ſolo*, quod nullis obtectum eſt plantis aut arboribus, omnique frugi ac fructa caret, Pſ. lxviii. 7. Ezech. xxiv. 7. et Jer. iv. 11. in quo poſteriori loco רוח צח שפיים במדבר, *ventus nitoris collium in deſerto*, notat ventum, qui loca editiora ac patentia plantis et arboribus nudat, ipſumque pulverem aſportat.

S. 130. Conf. N. 13.

S. 131. Significat, Preces nocturnas lætum et proſperum reddere diem. — بهاء, *nitor, ſplendor*, a بها, בהה, in origine, *trivit, polivit, ſecuit polito* quaſi *enſe*, h. *hiavit:* uſurpatur non tantum de *domo*, quæ omni ſupellectili vacua eſt, unde lux oritur Gen. i. 2. et Jerem. iv. 23. ubi בהו notat *hiatum*

vaſtum et *vacuum*, ubi nulla lux, nullus ordo, ſed et transfertur ad *nitorem ſplendoremque ampliorem*. Paraphr. Arab. Tab. Ceb. p. m. 38. et Abulph. H. D. p. 483.

S. 132. سكوت verti per *taciturnitatem*. Hoc ſenſu Imperator idem docebit, quod R. Simeon in פרקי אבות N. 17. ubi ait, *Omnibus diebus meis educatus fui inter ſapientes, et non inveni* לגוף טוב משתיק, *utilius quippiam corpori taciturnitate*. Poteſt tamen سكوت etiam verti per *tranquillitatem* animi, ſcil. mentem *ſedatam*, quæ corporis ſanitati etiam multum conducit. Radix enim سكت, שכת, cujus origo ſita in *fæcibus* quæ *in fundo vaſis ſubſidunt*, non tantum valet, *ſiluit, tacuit*, ſed et *quievit, ſedata fuit* ira. Vel ſi mavis, loco في السكوت, forſan legendum, في السكون, *in quiete*, ſecundum illud vulgare, *abſtinentia* et *quiete*, &c. Conf. S. 129. niſi pro البدن legere malis الانسان, quo modo conferri poterit cum S. 112. et 133.

S. 133. Conf. quæ notavimus ad ſententiam N. 21. et 112.

S. 134. Oppoſitas huic ſententias vide infra N. 201. et 225.

S. 135. Huc ſpectat notiſſimum illud, *Si tacuiſſes, philoſophus manſiſſes*. Cum quo convenit Sen. et Syr. M. Sent. N. 733. *Taciturnitas ſtulto homini pro ſapientia eſt*, nec non dictum Palladæ in Florilegio: Πᾶς τὶς ἀπαίδευτος φρονιμώτατος ἐϛὶ σιωπῶν, *omnis ineruditus ſapientiſſimus eſt tacens*. Quod Salomo omnium optime expreſſit Prov. xvii. 28. *Etiam craſſe ſtolidus mutum ſe agens ſapiens reputabitur, obturans labia ſua prudens eſt.*

S. 137. Loco الدين Cod. P. legit البدن. Hinc Interpres Reg. vertit, *Corporis conſervatio in ſobrietate*; *corruptio in aviditate*. Verum licet hæc lectio bonum fundat ſenſum, poſtponenda tamen videtur alteri, quam Cod. L. exhibet, quia ipſe Auctor ſic ſe explicat in Collect. Wahid. MS. ſub litera س, ubi ait, سبب صلاح الدين الورع. Niſi et in illa ſententia pro الدين legere mavis البدن, ut ita accuratior ſit oppoſitio inter البدن et النفس, ſequitur enim, سبب فساد النفس الطمع —

Porro vocabulum ورع peculiariter notat, *abſtinentiam a rebus dubiis.* Vide in ſeqq. Meidan. i. 40. et Hiſt. Sarac. p. 18. ubi in laudem Abubecri dicitur, وكان متبسدا والزهد والورع معرضا من طيبات الدنيا, *erat abſtinens, et devotus, et fugiens bona mundana.* Uti et radix ورع, cujus origo in *quatiendo motu tremulo,* uſurpatur de eo, qui *meticuloſus eſt,* ſibique *cavit a rebus,* de quibus *dubitat,* licitæne ſint, an illicitæ, metuens ne in peccata incidat.

S. 138. سَعْيٌ, *opera, labor, ſtudium,* a سعي, *ſtuduit, operam dedit,* &c. Origo ſita in *motu concitatiore,* quo ſenſu teritur de *curſu ſolenni,* quo a monte *Zapha* ad *Merwam* feſtinanter contendunt. Ibn. Dor. v. 54. et apud Hebræos de *vento rapidiſſimo,* qui רוח סערה dicitur Pſ. lv. 9. q. d. ventum præcurſorem, qui omnia vehementi et veloci curſu prævertat. Vide Schult. ad Har. v. 223. et Opera Minora, p. 187.

S. 139. Significat, Deum quamlibet creaturam ſuſtentare, ſcil. commeatum uniuſcujuſque in ſe recipere. رِزْقٌ complectitur omne quod ad vitæ ſuſtentaculum neceſſarium eſt, a رزق in origine idem cum رزغ, pp. *madefecit, rigavit,* h. fig. *largitus fuit* omne quo vita ſuſtentatur. Sic de Deo in Verſione Arab. V. T. Pſ. liv. 25. et in Cor. paſſim. Vide etiam quæ notavimus ad ſententiam N. 93.

S. 140. اوجع. Forma intenſiva a وجع, quæ radix de *quavis re dolorem inferente* uſurpatur. E. g. de *acumine pungente.* Abulph. H. D. p. 239. de *plaga,* vel *ictu,* quem quis alicui infligat. Ibid. p. 251. et 252. &c. origo radicis ſita in *hiando,* vel *hiaſcendo,* præſertim *ore,* h. *laboravit ad laſſitudinem* uſque adeo ut *os ejus hiaſcat,* quam notionem varia S. S. loca omnino requirunt. Vide Pſ. vi. 7. lxix. 4. Eſai. xl. 30, &c.

S. 141. ضِيَاءٌ, *lux, lumen, ſplendor.* Uſurpatur pp. de *omni re micante* et *lucente,* impp. vero et fig. de *gloria,* Iſphan. p. 5. de *flore* et *vigore regionis,* ibid. p. 10. de *hilari* et *renidente vultu.* Har. ii. 62. et Vit. Salad. p. 118. et h. l. de *gaudio* et *lætitia animi.*— الحلال, pro quo Cod. P. per-

peram legere videtnr الكلال, in genere notat *rem* lege *licitam.* Opp. τῷ حرام, quod *ſacrum* et lege *interdictum eſt:* Cor. x. 59. قل ارايتم ما انزل الله لكم من رزق فجعلتم منه حرام وحلالا, *dic quid vobis videtur? id quod demiſit Deus vobis de alimento, et feciſtis ex eo illicitum et licitum.*

S. 142. Idem affirmat Auctor in ſeqq. Collect. Wahid. N. 165. et 251. Et in eadem Collect. MS. ſub litera ح — جرح الكلام امض من حزف الحسان, *vulnus ſermonis penetrantius quam acies gladii.* Adde Elnaw. N. 178. ربّ تكليم بالمقول اشد من تكليم بالمقصل, *ſæpe dictum ore prolatum durius quam vulnus enſe inflictum.* Nec non illud veteris Poetæ, *Enſis ſauciat corpus, mentem ſermo.* Quo reſpicit etiam Syrach. cap. xxviii. 19. 20. Πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπας, πληγὴ δὲ γλώσσης συγκλάσει ὀςᾶ. Πολλοὶ ἔπεσαν ἐν ςόματι μαχαίρας, καὶ οὐχ ὡς οἱ πεπτωκότες διὰ γλώσσαν.—Porro طَعْن, *confoſſio,* a طَعَنَ, טען, pp. *tetendit,* h. *tenſa haſta confodit,* quæ notio frequentiſſima. Abulph. l. c. p. 176. *Et aggreſſi ſunt* alii alios وتطاعنوا بالرماح, *et haſtis ſe invicem confodere, gladiiſque ferire cœperunt,* et Tim. i. 62. *Extulit autem Saburum Gatmeſchum, ut repelleret obloquentium calumnias,* وقطعا للسان كل سنان, *et præcideret linguæ omni cuſpidem penetrantem.*

S. 143. Monet Auctor, malorum hominum conſortia, eorumque conſilia, utpote periculoſa ac pernitioſa, fugienda eſſe. Idem docet in ſeqq. N. 201. et 225. Huc ſpectat quoque monitum incerti cujuſdam Græci apud Grotium l. c. p. 940. Ἀνδρὸς πονηρῦ φεύγε συνοδίαν ἀεὶ, *hominis mali uſquequaque congreſſus fuge*; et iterum, κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει, *hominem malignum nec viæ comitem cape.*

S. 144. Ejuſdem mentis eſt ſententia, quam Cod. P. poſt N. 62. inſerit, حبابب صفقة من باع الدين بالدنيا, *qui religionem vendit mundo hujus mercatus fruſtra eſt.* Nec non quæ in Florileg. N. 5. occurrit,

ارضي الناس بالخسار
بايع الدين بالدينار
Is demum jacturæ amantiſſimus eſt
Qui vendit religionem denario.

S. 145. Phraſes ضيق القلب et ضيق اليد, frequentiſſimæ ſunt. Prior *anxium, curiſque oppreſſum* deſignat *animum*. Poſterior uſurpatur de *eo, cujus res anguſta domi eſt*. Tim. i. 18. Veluti et ipſa radix ضاق, צוק, *ſtringi, arctum eſſe*, non tantum de *anxietate* animi, Cor. xi. 13. ſed et de *rebus arctis* et *inopia* adhibetur. Vit. Salad. p. 13. et Abulph. H. D. p. 253. et 406. Vide et ſententiam mox ſeq. ubi radix ضاق utrique ſignificationi inſervit.

S. 147. Significat, eos, qui ſe mutuo odio habent, tam numeroſos eſſe, ut mundus ipſe, licet amplus ac ſpatioſus, anguſtetur, eorumque multitudinem vix ac ne vix quidem capere poſſit.—Pro علي Cod. P. legit من. Utraque lectio bona. ضاق enim in hac verborum ſtructura non ſolum conſtruitur cum علي, Tim. i. 54. et Cor. ix. 26. ſed et cum من, Abulph. l. c. p. 555.

S. 148. Conf. quæ ſupra notavimus ad ſententiam N. 24. طوبي, ut et radix طاب, ab Arabibus ſæpiſſime uſurpatur ſenſu abſtracto, ad qualemcunque felicitatem omniumque bonorum ubertatem, qua quis gaudeat, prædicandam; quemadmodum Hebræi, cum felicem aliquem prædicare velint, cum gratulatione et θαθητικῇ exclamatione, vulgo plur. conſtr. אַשְׁרֵי adverbialiter adhibent. Immo et ipſam radicem טוב in talibus prædicationibus illis haud plane inuſitatam fuiſſe patet ex Pſ. cxii. 5. Thren. iii. 26. Jeſ. iii. 10, &c.—وثق, pp. *ligavit*, h. *fidit, confiſus* et *fretus fuit aliquo*, q. d. alicui *ſe adſtrinxit*, et *adhæſit*. Propria notio ubique obvia eſt. Abulph. l. c. p. 69. Cor. lxxxix. 27. Hiſt. Sarac. p. 119. et in Ham. p. 340.

S. 149. Similiter Menander, p. m. 167. οὐκ ἐσθ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν

βίῳ, nil ſanitate vita habet beatius; nec non Græcorum quidam apud Grot. l. c. p. 923. Ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν ἀριϛὸν ἔϛιν, *primum ſanitas homini bonum.* Extollit Imperator *ſanitatem*, ſcil. *valetudinem bonam* et *proſperam*, inſtar doni Divini grato animo agnoſcendam, uti ſe explicat in Collect. Wahid. MS. ſub litera *Eliph.* ان اتاكم الله بعافية فاشكروا, *ſi Deus vos ſanitate donet, gratias agite*; et in Cod. Wahid. N. 135. ubi دوام العافية, *ſanitatis durationem*, ut *lautiſſimum*, ſcil. Dei *donum*, et *præſtantiſſimam ſortem* prædicat. Pari modo in Paraph. Arab. Tab. Ceb. p. 18. عافية enumeratur inter illa dona, quibus fortuna homines felices lætoſque reddit.

S. 150. Pro خُلْق الانبياء Cod. P. l. خِلَع الانبياء; quæ lectio valde mihi arridet, alterique, quam Cod. L. exhibet, omnino præferenda. Potius itaque verterem, *Longa vita cum obſequio Dei honorifica eſt Prophetarum prærogativa.* Scil. خِلَعٌ, plur. a خِلْعَةٌ notat, *veſtem pretioſiorem, chlamydem*, quæ *donatur honoris ergo.* Uti liquet ex Abulph. H. D. p. 222. 229. et 235. فاكرمه وخلع عليه خلعة سنية, *et ipſum honore affectum veſte ſplendida induit*, et Tim. i. p. 78. et 122. *et prolixe injecit celſitudini ſpei ejus* ممن خلع اعزازه واكرامه زيلا سابغا, *chlamydum munificentiæ ſuæ honorificentiſſimæ ſyrmata fluentia.* Alia exempla larga manu dabit Schroed. de Veſtitu M. H. p. 214. et ſeqq. ubi ſimul invicte demonſtratur, ſtirpem خلع intimam cum Hebr. חלץ colere affinitatem, et ſæpiſſime de ornatioribus et ſumtuoſis adhiberi chlamydibus, quas, pro more orientalium antiquo, Reges, Principes, et Magnates miniſtris, legatis, et amicis, tanquam benevolentiæ et amoris pignus, condonare, et induere ſolent. —Obſervanda etiam h. l. figura ſolennis, qua Arabes vitam cum veſte comparant. E. g. Gol. Sent. Poet. N. 53. p. 169. Tim. i. 78. et Poeta in Ham. cit. a Schult. in not. ad Har. vi. 262.

S. 151. Senſus eſt, Vitam hominis jucundam eſſe, imo prolongari, quando ſine moleſtia, anxiiſque laboribus, qui animum cruciant, vireſque vitales conſumunt, vivere poſſit. Quod et intendit Menander, p. m. 160.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονέσης τῆς τύχης, *quam vita dulcis, fata dum non invident!*—طال, טול, origo in *laxatione*, ſcil. *protenſa laxitate*, h. *longum eſſe, diu durare, prolongare* &c.—طَعَبٌ, *labor, moleſtia, fatigatio*, a طَعَبَ, תעב, pp. *tabeſcere, contabeſcere*, h. *laſſus* et *defatigatus fuit*, item *labore, moleſtiaque gravatus fuit.*

S. 152. Conf. quæ ſupra notavimus ad N. 4.

S. 153. Mens eſt, Ea quæ vera ac certa ſunt præferenda eſſe iis, quæ confuſæ ac tricis plena ſunt. Optime huc faciunt verba Ciceronis de Off. lib. i. §. 6. ubi vitium eſſe ait, *Quod quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, eaſque non neceſſarias*—طِرْ imperat. a طار med. يِ, טור, pp. *gyravit*, h. *volavit, avolavit.* Sic de *avibus*, qui, cum volant, ſe in gyrum agunt. Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. p. 37. N. 75. item de *hominibus* celerrime ſe aliquo conferentibus. Ham. p. 306.—اشكال, *res dubiæ, ambiguæ, triciſque plenæ*, a شكل, pp. *plectere, implectere*, h. med. damm. *obſcura, perplexa fuit res.*

S. 154. Pro نَصْرٌ in margine Cod. L. legitur كَثْرٌ prout et Edita habent. Hanc lectionem præferendam judico, ut juſtior ſit ἀντίθεσις inter طال et كثر, quamvis et طال et نصر nonnunquam etiam ſibi opponantur. Vide ſupra N. 151. et Iſphan. p. 6. Utraque lectio bonum quoque dat ſenſum. Si lectionem Cod. L. ſequamur, verſio erit, *Protrahitur mœror ejus, cujus ſpes abſciſſa eſt.* Sin vero كثر legatur, vertendum erit, *Protrahitur mœror ejus, cujus multiplicantur metus.* رجاء enim non ſolum *ſpem*, ſed et *metum* deſignat, quatenus رجا, pp. *vibravit, movit huc illuc, ultro citroque agitatus fuit*, uſurpatur de *animo*, cum commoveatur graviori aliquo adfectu, unde notio non tantum *ſollicite ſperandi*, ſed et *metuendi* ſponte emanavit.

S. 155. Poſterius hemiſtichium Cod. P. ut aliam ſententiam exhibet. Optime tamen cum priori, cui oppoſitum eſt, in Cod. L. et in Edit. conjungitur.

S. 156. Variis modis, pro diverſa vocis أَهْل ſignificatione, verti poteſt hæc ſententia. Vel, cum Interprete Regio, *Beatus ille, cui non eſt uxor.* Vel, *Beatus ille, cui non eſt herus* ſive *dominus*, i. e. qui ſui juris eſt. Vel, quod mihi placet, *Beatus ille, cui non eſt familia*, ſcil. alenda et protegenda, quique adeo curis aliorum vacuus eſt. أَهْل enim, ſcil. plena phraſi اهل البيت, vel اهل الدار ſæpiſſime notat, *domeſticos, familiam.* Abulph. H. D. p. 59. Har. v. 76. et Lib. Colail. p. 3. et 42.

S. 157. Conf. mox ſeqq. N. 159. et 160.—ظُلْم, *injuſtitia*, et quidem *violenta, tyrannis*, a ظلم, צלם, pp. *tenebricoſus, obſcurus fuit*, h. de rebus quæ peraguntur in tenebris, et dein, *injuſtus fuit, oppreſſit violenter, rigide tractavit.* Abulph. H. D. p. 30. et Gol. Poet. Sent. p. 164. N. 41.—ضرع, צרע, pp. *gravius percuſſit* et *alliſit terræ, proſtravit.* Abulph. l. c. p. 214. h. צרוע, *lepra percuſſus.*

S. 158. Affine eſt illud Menandri ap. Grot. l. c. p. 759. Ἐμὲ δ' ἀδικεῖτο πλούσιος καὶ μὴ πένης, ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα, *expilet dives me quam pauper mavelim: facilius fertur validorum injuria.* Quo ſpectat etiam incerti cujuſdam Auctoris monitum, ibid. p. 945. Τὴν τῶν κρατούντων φέρε μαθεῖν ἐξουσίαν, *æquo potentum imperia diſce animo pati.*—رعيّة, pp. uſurpatur de *grege*, ſcil. *armento camelorum*, &c. Tim. ii. 46. a رَعَى, *pavit* gregem paſtor, et h. impp. *populum, plebem, ſubditos.* Ibid. i. p. 212. Hiſt. Sarac. p. 69. et Abulph. l. c. p. 152. 407. 432, &c.

S. 159. ضَاعَ, pp. *quaſſus, concuſſus fuit*, et h. *periit*, in IV. tranſitivam vulgo habet notionem, *perire fecit, irritam fecit* rem. Vit. Salad. p. 166. et Cor. ii. 145. Hic vero loci intranſitive uſurpatur. Sic etiam Ham. p. 360. ubi vide Schult. p. 363.—Obſervanda hic μείωσις, qua adverbium لا, verbo تضيع præpoſitum, ejus quod exprimit contrarium adfirmatum cum emphaſi denotat, ita ut لا تضيع, *non irrita erit*, idem valeat ac *procul dubio graviſſime vindicabitur, dignaſque injuſtæ oppreſſionis pœnas luet.* Figura hæc

rhetorica in S. S. uſitatiſſima. Vid. Glaſſ. Philol. Sacra, lib. iii. tract. 3. cap. 20.

S. 159. Conf. ſupra 157. et 159.

S. 161. Loco ظَمَّآءٌ Edit. habent ظِمَآءٌ, verum hæc vox non *ſitim*, ſed, exponente Gjeuhario, *homines ſitientes* notat. Forma autem ظَمَّاء exulat e Lexicis Gjeuharii, Giggeji, Golii, aliorumque. Hinc ſuſpicor legendum eſſe ظَمَأً, quod *ſitim* notat, Cor. ix. 122. Mens hujus ſententiæ eſt, Nummorum cupidinem eſſe inexplebilem. Vide quæ notavimus ad N. 36. Quibus adde quod Euripides ait apud Grot. l. c. p. 181. *τὰ χρήματα δυναμὶν πλείσην ἐν ἀνθρώποις ἔχει.*

S. 862. Figura, qua ظِلٌّ, צֵל, *umbra*, pro *præſidio, protectione*, et *conſolatione* tam regibus quam Deo tribuitur, Orientalibus uſitatiſſima eſt. Exempla ubique exſtant. Meidan. Prov. edit. ab H. A. Schult. p. 39. N. 80. et Vit. Salad. p. 9. ubi præfectus juſtus dicitur ظلّ الله في ارضه, *umbra Dei in terris*. Similiter in S. S. Jud. ix. 15. Dan. iv. 12. Jeſ. xxv. 4. xxx. 2. xxxii. 2. Pſ. xci. 1. cxxi. 5, &c. Metaphora deſumpta ab arboribus patulis, petris, aliiſque rebus, quæ obumbrant, tegunt, et recreant.

S. 163. Secutus ſum emendationem Pocockii in not. ad Carm. Tograi, p. 173. ubi pro ظَلَّ عُمْرٌ — قَصِيرًا, uti Cod. L. et Edit. habent, legendum judicat ظُلُّ عُمْرٍ — قَصِيرٌ. Sin vero alteram lectionem retinere velis, tum etiam in poſteriori membro pro ظُلُّ عُمْرٍ — فَسِيحٌ legere debes ظَلَّ عُمْرٌ فَسِيحًا. Dubito tamen an non pro ظَلَّ, vel ظُلُّ, legendum ſit ظِلُّ, *umbra*. Sic ſaltem legiſſe videtur Interpres Regius, qui prius hemiſtichium vertit, *Umbra vitæ tyrannis brevis*. Poſterius vero [quod in Cod. L. ut alia ſententia exhibetur, omiſſa voce عمر] *generoſi* ſeu *liberalis umbra ſpatioſa*.

S. 164. Docet imperator, Fidem [intellige Religionem Muſlemicam] cum tenebrarum operibus [ſub voce *injuriæ* comprehenſis] nihil habere commune, quin immo ab iis ſplendida ſua luce privari.—Porro obſervandum phraſin ظُلْمَةُ ٱلظُّلْمِ, *obſcuritas injuriæ*, atram injuriam notare. Scil. vox ظلمة, *obſcuritas*, aliis ſubſtantivis addita, eorum ſignificationem auget. Sic Abulph. H. D. p. 558. وتنجلي بنور الايتلاف ظلمة الاختلاف والغمة, *et diſcutiantur lumine amicitiæ tenebræ diſcordiæ et triſtitiæ*, i. e. *diſcordia horrida, triſtitiaque graviſſima*; et Prov. Meidan. N. 41. p. 22. ubi per ليلة الظلمة, obſervante H. A. Schult. intelligitur, *nox tenebroſa*, qua procellæ admodum violentæ infeſtant.

S. 165. *Umbra claudi curva*, h. e. ſibi non conſtans, ſed pro corporis motu identidem diverſa eſt. Fig. enunciatum, ut facile ſentitur, de præſidio ab homine infido nunquam tuto ſatis ſperando, quippe qui ſemper mutatur.—اعرج forma intenſiva notat eum, qui *natura claudus*, ſcil. *mancus eſt*. Quo ſenſu Timurus in ejus Hiſt. part. i. p. 12. vocatur الاعرج الدجال, *claudus impoſtor*. In Cod. P. legitur الاعوج, *curvus*, ſenſu eodem.

S. 167. Oppoſitam huic ſententiam vide ſupra N. 46. عيب, pp. *craſſities lactis*, h. *macula, peccatum, vitium*, a radice عاب, med. ي, עיב, pp. *ſpiſſus, conſtipatus*, et *compactus fuit*, h. *vitioſa fuit* merx, &c. Tim. i. p. 542.—تطويل, *prolixitas*, ſpecialiter *ſermonis*, ibid. p. 588, a طال, cujus origo in *laxatione*, ſcil. *protenſa laxitate*, h. *longus, procerus fuit*, vide Schult. ad Ham. p. 501. et ad Har. v. 154.

S. 168. Significat, illos, qui arduas poteſtates et infauſtam ambiunt tyrannidem, nunquam ſine timore vivere, uti Macrobius ait in Somn. Scipionis, lib. i. cap. 10. Nec mirum; hi enim ſemper exſpectant, quod meruerunt, cum prava eorum conſcientia nunquam ſecura ſit, uti liquet ex exemplo Neronis, de quo Tacit. Ann. cap. 10.—وخيمة, *cruditas ſtomachi*, fig. notat *malam animi conſcientiam*, Belgice *Wrœging*, a وخم, יחם, cujus

origo in *ardore*, ſcil. *fervore interno*, h. *male habuit ex indigeſtione ſtomachi* et *cruditate, gravatus fuit cibo.*

S. 169. ايمان hic iterum ſpeciatim notat, *Religionem Muhammedicam.* Conf. ſupra N. 164. Vit. Salad. p. 1. et alibi.

S. 170. Eadem ſententia occurrit apud Erpen. Gramm. Arab. Sent. 29. hac ſolum differentia, quod pro خير من ibi legatur اخير من. Similiter Perſæ, دشمن عاقل به از دوست بي عقل است, *inimicus ſapiens amico ſtulto præſtat.* Vide Warner. l. c. p. 13. N. 24.

S. 171. Concinit illud Latinorum, *Poſt nubila Phœbus.* Conf. etiam ſententiam mox ſeq. N. 174.—عُسْر et يُسْر ſæpius ſibi opponuntur. Cor. lxv. 6. xciv. 5. et 6. Uti عُسْرَة et عُسْرَى alibi ut oppoſita ταῖς يُسْرَة et يُسْرَى occurrunt. Radix عَسَرَ in origine idem valet quod عَشَرَ, *compegit, conſtrinxit*, h. *adverſatus fuit* ei, *repugnavit*, item *dura* et *iniqua fuit* fortuna.—يَسَرَ vero, ישר et יסר pp. notat, *planum eſſe*, inde *facilis fuit*, uti *via plana* facilis, *aſpera* autem difficilis eſt.

S. 172. دِيوَانُ ٱلْجَمْع. Ita legendum ſuſpicor pro ديوان لجمع, uti Cod. L. exhibet. Cod. P. legit, دون الجمع من كُتُبٍ. Dubium tamen quid per ديوان الجمع intelligendum ſit, num ſit *rationarium generale*, an *rationarium lucri.* Priori ſenſu docebit Imperator, Hominis officium eſſe memoriæ ſuæ ſemper mandare, Deum omnium hominum dicta et facta intueri et animadvertere, de quibus omnibus ſuo tempore ab illis rationem exiget. Quo ſpectat etiam monitum in פירקי אבות, cap. ii. N. 1. דע מה למעלה ממך עין רואה ואזן שמעת וכל מעשיך בספר נכתבים, *Conſidera quid ſupra te ſit. Oculus videns, et auris audiens, et quod omnia facta tua in libro adſcribuntur*; et imprimis quod Maleachias inquit, cap. iii. 16. Poſteriori ſenſu mens erit, *Cave committas alteri librum tuum, in quo quid lucri feceris, exſignatum, deſcriptumque habetur.* Fortaſſe ſimpliciter vult Auctor, Quemlibet oportere rationarium codicem, in quo ſua facta annotan-

tur, inter libros ſuos aſſervare.—De voce ديوان omnino conſulendus Schult. ad Har. vi. 176.—Porro obſervandus uſus præpoſitionis علي, quæ ſæpiſſime uſurpatur ad officium alicui incumbens indicandum. Fortaſſe ſubintelligitur verbum اَلصَّاقٌ, *operam dare*, pp. *adhæreſcere*, quod conſtr. cum ب rei. Sic Meidan. p. 504. عَلَيْكَ بِالْجَنَّةِ فَانَّ اَلنَّارَ فِي اَلْكَنِّ, et p. 795. عليك بالجعرت امّك يا الكيز. Vide et Cor. ii. 234. iii. 20. viii. 75, &c. et in ſeqq. Collect. Wahid. N. 272—279. Eundem hujus particulæ uſum apud Hebræos quoque locum habuiſſe in præpoſitione על liquet ex Eſr. x. 12. Nehem. xiii. 13. Pſ. xl. 8. lvi. 13. aliiſque locis.

S. 173. سرعة الموت, *ſubitanea mors*, pp. *celeritas*, vel *properantia mortis*, a سَرُعَ, שׂרע, pp. *tendere*, h. *tendere ſe, celerem eſſe, tendere* aliquo *curſum ſuum*. Vit. Salad. p. 33.

S. 174. Ejuſdem farinæ eſt cum ſententia præcedenti N. 171.—لَيْلٌ, *nox* fig. pro *infortuniis* ſæpiſſime venit. Abulol. v. 248. Tharaph. v. 96. et alibi; uti يَوْمٌ, *dies*, de *læta fortuna*, ſcil. *ſtatu feliciori* adhibetur. Ibid. v. 96. et 97.

S. 175. Conf. ſent. 149. Radix غنم uſurpatur de *præda opima*, quæ felicitate quadam, vel ſine labore acquiritur: vide loca, quæ citavimus ad ſententiam N. 48. quibus adde Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. p. 49. et Cor. viii. 41.

S. 176. قَدْرٌ, obſervante Pocockio in Carm. Togr. v. 41. inter alia notat, مبلغ الشي, *ſummam rei*, vel *terminum ad quem res pertingit*, et *potentiam*, h. de *pretio, dignitate*, &c. uſurpatur.— متوكلين plur. particip. V. Spec. quæ peculiariter teritur de *eo, qui Deo confidit, eique ſe totum tradit*. Cor. iii. 160. xii. 67. lxvii. 29. Exc. Abulf. p. 62. Vide etiam ſupra N. 24. et in ſeqq. Wahid. N. 369. et Meidan. i. N. 18.

S. 177. Phraſis غمرة الموت, pp. *vortex mortis*, pro *ſubire gurgites*

mortis, apud Arabes frequentiſſima eſt. Vide Tim. i. 46. 182. et 196. Ham. p. 338. et Zohair. cit. in Comment. ad Prov. p. 139.

S. 179. Radix غاب med. ي pp. valet, *denſum, ſpiſſum eſſe*, et h. *in denſo* et *obſcuro delituit*. Uſurpatur de *denſiori* et *interiori ſylva*, quæ *obſcura eſt intus*, item de *mente*, quæ *in delirio abiit*. Vit. Salad. p. 5. et 276. et Exc. Abulf. p. 60. Reſpondet Hebr. עוב, cujus derivatum עָב, pro diverſo, quod ſubauditur, ſubſtantivo diverſam habet ſignificationem. Notat, e. g. *nubem*, quæ in *denſiorem molem compacta eſt*. Exod. xix. 9. et Pſ. xviii. 12. Item *ſylvam denſam*, in qua homines vel feræ ſemet occultare ſolent; quo ſenſu venit Jer. iv. 29. ubi עבים non ſunt *nubes*, uti vulgo, ſed *ſylvæ denſiores*.

S. 181. Origo radicis غدر in *fluxu largiore* et *ſoluto*. Secundario valet, *abeſſe, deſiderari*, unde غدير, *ovis* quæ *retromanet a grege* et *derelicta eſt*. Illa notio ſecundaria in S. S. paſſim obvia. 1 Sam. xxx. 19. Eſai. xl. 26. lix. 15. Zeph. iii. 5. et alibi. Notat etiam, *perfide egit, fefellit*, et *prodidit*. Sic e. g. *perfide agere* dicuntur aquæ, quum aliquem fallunt, i. e. *non adſunt*, ubi antea fuerunt. Vide Gjeuhar. cit. in Comment. ad Jobum, p. 180.

S. 182. غَشَّ, in origine eſt idem cum غشي, *tegere, operire*, h. de *tectis fraudibus, decepit*, peculiariter *ſimulando*, et *falſa perſuaſione*.—أَسْخَطَ IV. Spec. a سخط, pp. *fidit, diffidit*, et intranſitive, *fiſſus fuit, crepuit* ira, h. in IV. Spec. quæ Golii Lexico addenda, *provocavit* ad iram. Abulph. H. D. p. 45.—بالباطل, pp. *in vanum*, i. e. *ſine cauſa*, a radice بطل, בטל, de qua vide ſupra N. 22.

S. 183. غَضَبٌ, *ira*, a غضب, עצב, pp. *arctius vinxit* ac *ſtrinxit, nervo fortius adſtrinxit*, unde *animus* dicitur *fortius conſtrictus*, cum doloribus *vexatur* ac *iraſcitur*; inde *iraſci*, Ham. p. 320. et 526.—عن الحقّ, pp. *a juſto* ac *vero*, i. e. *ſine cauſa juſta*, ſcil. عن eſt particula *removendi*. Uſurpatur ad *omiſſionem* ac *neglectum* indicandum. Sic in Carm. Togr. v. 15.

تنام عني, *dormis a me*, i. e. *cum mei neglectu*, ſcil. *nullam mei rationem habens*. Iterum v. 37. والحظ عني, *at fortuna a me*, i. e. *me derelicto*, in inſipientibus occupata eſt; et Tim. i. p. 526. مات عن ولد, *obiit relicto filio*. Conf. Vander Sloot in Carm. Togr. p. 117. et ſeqq.

S. 184. Vide quæ notavimus ad N. 122.

S. 185. فاز, *ſalvus evaſit, effugit*. In origine forte eſt, *micare, emicare*. Specialiter uſurpatur de eo qui *motu agili* aut *curſu ex periculo ſalvus evaſit*. Tim. i. 400.—ظَفَر, צפר, pp. *torſit, intorſit*, h. ظُفُر, *unguis avis voracis intortus*, et צִפּוֹר, quæ vox de *avibus voracibus*, quæ *unguibus intortis armatæ ſunt*, [qualis eſt *aquila*] uſurpatur. Ezech. xxxix. 4. Unde jam verbum ظَفَر c. c. ب notat, *infigere* in aliquem *ungues*, i. e. eum *vincere, ſuperare*. Mon. V. A. p. 49.

S. 186. Non mirum; *gloriari* enim *ſtirpe*, ſi virtutes abſint, nullius ponderis eſſe, docetur etiam in Elnaw. p. 50. N. 79. من اخطاته المناقب لم تنفعه المناسب, *quem præclara facinora in crimen pellunt, non prodeſt ipſi generis*, vel *affinitatis nobilitas*; et p. 92. N. 157. افتخار الدني بشرف الال، كاغترار الظمان بلمع الال, *gloriatio vilis de eminentia genetis ſuæ ſimilis eſt vanæ ſpei, qua lactatur ſitiens ex conſpectu vaporis*.—فَخْر, *gloria*, a فَخَر, pp. *tumuit, intumuit*, h. *gloria eminuit, gloriatus fuit*, فَضْل, *virtus*, exponente Scholiaſte ad Tograi v. 1. comprehendit *ſcientiam, mores, experientiam, rerum agendarum peritiam*, et *quodcunque ſit, quo alter alteri præſtat*.— أَصْل, *ſtirps*, a *firmitate* et *arctiſſima ramorum cum eadem junctura*; vel a *connexione, qua terræ innixa eſt*. Peculiariter *ſtirpem nobilem*, ſcil. *genus illuſtre*, h. l. denotat, quo ſenſu اصل خطير de *virgine*, quæ *illuſtri genere oriunda eſt*, Tim. i. 144. et اصيل, אציל, *radicatus firmus* abſolute *genere* aut *exiſtimatione nobilem* deſignat.—Cæterum notanda paronomaſia inter فضل et اصل, quæ itidem captata in dicto apud Gol. لا اصل له ولا فضل.

S. 188. Poteſt hæc ſententia etiam verti h. m. *Actiones viri ſtirpem ejus indicant.*—Loco فَعْلٌ Cod. P. legit فطنة, bono quoque ſenſu. Conf. quæ ſupra notavimus ad N. 72.

S. 189. Mens hujus ſententiæ haud multum differt ab ea, quam habuimus N. 7.—Loco عن Cod. P. legit علي, quod præfero.—احتمال, *tolerantia* Act. VIII. Spec. radix حمل, pp. *mollis tener fuit*, et h. *remolleſcere, emolleſcere*, unde in VIII. *toleravit, patienter tulit*, q. d. *mollem ſe præbuit* erga aliquem, *pepercit, non rigide, non duriter tractavit*, quæ notio ſub Hebr. חמל c. c. אל, vel על imprimis regnat.

S. 190. فَرْعٌ, pp. *cæſaries, coma*, h. *coma arboris*, i. e. *ſummus ramus*, et h. *vertex* rei cujuſque, a فرع, פרע, in origine idem quod فرط, *ſolvere, diſſolvere, diſſipare, diſturbare ſeriem nexam, compoſitamve*, quæ notio eleganter transfertur ad *ſummam rerum omnium diſturbationem*, quum *lineæ religionis, diſciplinæque omnis diſciſſæ* ac *disjectæ ſint.* 2 Chron. xxviii. 19. et Prov. xxix. 18. Vide Schult. in Prov. p. 9. in Jobum, p. 100. et Lette in Cant. Deb. p. 8. et ſeqq.—يُخْبِرُ fut. IV. Spec. radix خَبَرَ, חבר, pp. *jungere, nectere ductis ſtriis*, h. *ſtriare, ſtrias ducere*, unde *inſignire, denotare ſtriis*, quod ad *animum* transfertur, in quo *ſtriæ alicujus rei ductæ* dicuntur, cum *is eam percipit* et *bene callet*, h. in IV. *indicium præbuit, palam declaravit.* Tim. i. 22. et 226. Abulf. de V. M. p. 22. et Schult. Prov. Meidan. p. 38.

S. 191. Sæpiſſime ab imperatore laudatur *veracitas:* vide in ſeqq. N. 239. et 275. Wahid. N. 18. 154. 397. et paſſim alibi, h. loci docet, hominem ſincerum et veracem facillime ſe extricare difficultatibus. Quod etiam innuit ſupra N. 128. et in ſeqq. Wahid. N. 535. ubi plenius ſe explicat, فكاك—يبلغ الصادق ما لا يبلغه الكاذب باحتياله, *liberatio*, a فك, pp. *luxare, effringere*, quo ſenſu occurrit apud Poetam in Hiſt. Joctanidarum, p. 150. et h. *ſolvere dubia.* Abulph. H. D. p. 316. et 523. *ſolvere* aliquem *e vinculis.* Hiſt. Sarac. p. 126. et *vindicare*, ſcil. *liberare a ſervitute.* Abulph. l. c. p. 550.

S. 192. شُغْلٌ, *occupatio, opus, quo quis occupatur, negotium,* h. l. *curam, anxietatem, et ſollicitudinem,* Belgice *Kommer* notare videtur, quo ſenſu radix شغل uſurpatur Iſphan. p. 7. de eo, qui *anxius animo,* ſcil. cujus cor *curis* et *ſollicitudinibus oppreſſum,* eſt et Abulph. l. c. p. 310. وهو مع ذلك مشغول القلب منقسم الفكر, *ille nihilominus animo erat turbatus et cogitationibus variis diſtractus.* Conf. etiam Vit. Salad. p. 36.

S. 193. Idem docetur N. 205. et in Collect. Wahidi N. 327.—نعمة, h. l. *beneficium, munificentiam* notat, qua alteri benefit, uti radix נעם, نعم, cujus origo in *mollitie* et quidem *tenerrima,* quæ *teneritudine ſua mulceat,* in II. Conj. adhibetur de *Deo* beneficiorum donatore. Cor. lxxxix. 16. Unde liquet, quam emphatice nomen Jehovæ נעים appellatur. Pſ. cxxxv. 3. quatenus *fons eſt omnis boni,* ejuſque *liberalitas in donando ſeſe uberrime exſerit.*—כפר, كفر, pp. *levit, oblevit, lineamento obduxit,* h. *texit, operuit,* et dein *expiavit, abolevit* peculiari uſu teritur de eo qui *ingratus eſt,* et benefactorem *non agnoſcit*; opp. τῷ شكر in Collect. Wahid. N. 495. et Cor. xxxi. 12.

S. 194. Loco كبّا haud dubie legendum cum Cod. P. عبّا contract. ex عن ما. Conſtruitur enim أَخْبَرَ cum عن rei. Ita Meidan. تخبر عن مجهوله مَرَّتُهُ, quod Scholiaſtes exponit, أَيْ مَنْظَرُهُ يُخْبِرُ عَنْ مَخْبَرِهِ. Cæterum cum hac ſententia conferenda, quæ notavimus ad N. 72. quibus adde quod Menander inquit Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

S. 195. Pro قبول الحقّ Cod. P. l. قول الحقّ, *veritatem eloqui,* &c. bono quoque ſenſu. Magis tamen mihi arridet lectio Cod. L. ſecundum quam قبول الحقّ deſignabit *admiſſionem veritatis* et quidem talem, quæ cum *voluptate, gaudio* et *reverentia* conjuncta eſt, quam vim auctiorem verbum قبل apud Arabes frequentiſſime exſerit. Abulph. H. D. p. 30. Abulf. de V. M. p. 29. Gol. Sent. N. 44. p. 265. Mon. V. A. p. 33. Vit.

Salad. p. 23. Hiſt. Sarac. p. 10. et paſſim alibi. Eodem ſenſu Hebr. קבל in Pihhel uſurpatur Prov. xix. 20. ubi קבל מוסר notat, *accipere diſciplinam* nempe cum *voluptate*, tanquam donum, cum *geſtu reverentiam*, *acquieſcentiamque animi teſtante*. Plura vide apud Schult. Comm. in Jobum, p. 34. 35. et Verſchuur in Diſput. ad S. S. loca p. 30.—الحقّ, *veritas*, h. l. intelligi videtur Coranus ipſe, qui hoc nomine κατ' ἐξοχήν inſignitur Cor. xlvi. 7. كفروا الحقّ, *increduli ſunt veritati*, i. e. Alcorano. Vide etiam quæ in ſeqq. obſervavimus ad Collect. ex Wahido N. 5.

S. 196. قُوَّةٌ, pp. *funis plexus*, qualem Hebræi תקוה vocant. Joſ. ii. 18. Secundario notat *robur*, *potentiam*, *vim integram* et quaſi *intortam*, a قوي, קוה, pp. *torquere*, *intorquere* cum ex *pluribus funiculis unus intorquetur*, h. *robore polluit*, *validus*, *fortis fuit*, quæ notio ad *cor* tranſlata, *robur*, ſcil. *confirmationem* ejus notat. Tab. Ceb. p. m. 30. et Abulph. l. c. 558. وتقوي القلوب التي بلغت من الجهد الي الحناجر, *ut confirmentur corda eorum*, *quæ præ anguſtia ad guttura pervenerant*.

S. 197. Conf. cum hac ſententia ſupra N. 71. et in ſeqq. N. 256. حِرْصٌ, *aviditas*, et حَرِيصٌ, *avidus*, ab حَرَصَ, חרץ, pp. *in cuſpidem formavit*, et dein *avide cupivit*, *aviditate* et *ſtudio impulſus fuit*, *totam aciem ſuam in eam detentam habuit*, *eam deſideravit*, ut nos dicimus, *zich ergens op ſpitzen*. Plura dabit Schult. in Prov. p. 251. et ſeqq.

S. 198. Eodem tendit, quod Auctor ait in Collect. Wahid. N. 208.—قَدِّرْ imperat II. Spec. radix قَدَرَ, pp. *definivit lineis ſcriptis*, *deſcripſit menſuram*, h. in II. *adminiſtravit* et quidem *bene* et *apte* rem aliquam, q. d. *juſto ſuo modo*, *ſuaque menſura eam definivit*. Sic de *adminiſtratione* imperii Tim. i. 10. et 96. De radice زلّ, unde زَلَّةٌ, pp. *lubricus locus*, item *lapſus*, ſupra egimus ad ſent. N. 100.

S. 199. Eadem ſententia redibit Meidan. i. N. 45.—قيمة, *pretium*, *va-*

lor, a radice قام, קום, quæ inter multos varioſque uſus ſæpiſſime notat *conſtitit, valuit*, vide N. 257. et alibi.

S. 201. Idem docet imperator in ſeqq. N. 225. et in Collect. Wahid. N. 97. et 429. Huc ſpectat etiam illud Menandri p. m. 166. Κακοῖς ὁμιλῶν, κ' αὐτὸς ἐκβήση κακὸς, *conſortium te reddet improbi improbum.* Quam ob cauſam ibidem rectiſſime monet: Ἀνδρὸς πονηρῦ φεύγε συνοδίαν ἀεί.— Vox قُرْنٌ quæ exulat e Lex. Golii notat *propinquitatem, familiaritatem*, ſcil. *conſortium*; opp. بُعْدٌ τῷ Har. ii. 62.—اشرار, *mali, improbi*, collect. τῶν شرير a شَرَرٌ, pp. *ſcintillavit, ſcintillas eiecit*, unde ad *malitiam* transfertur, quæ quaſi *ſcintillas ſpargit, ut noceat.* Tim. ii. 662. تطاير وشراره وشروره, *et volitarunt ejus ſcintillæ et maleficia:* hinc phraſis شرار الشرّ, *ſcintillæ improbitatis*, apud Arabes tritiſſima. Vide Tim. ii. 626. Har. iii. 132. Iſphan. p. 22. et alibi.—ضَرَرٌ, *noxa*, a ضرّ, צרר, in origine idem cum صرّ, *fortius ſtrinxit, preſſit ad ſtridorem* uſque, hinc *nocuit, læſit*; a *ſtringendo* etiam ضُرَّةٌ, צרור, *crumena, loculus pecuniæ condendæ* nomen accepit.

S. 202. قَسْوَةٌ in Golii Lex. non comparet. Radix قَسَا, קשה, pp. valet, *durus fuit*, h. in III. *obduravit* et *rem duram tractavit.* Ham. p. 360. Uſurpatur de *craſſitie*, ſcil. *obduratione cordis*, non ſolum apud Arabes, Cor. ii. 74. Abulph. H. D. p. 27. 40. &c. ſed et in S. S. Deut. ii. 30. et Ezech. iii. 7.—شِبَعٌ, *ſatietas*, h. l. *divitias* et *opulentiam* notat, uti شبيع, *ſatur*, pro *divite* et *copioſo* alibi venit, et verbum ipſum شبع, cujus origo ſita in *comprimendo*, ita ut quid *denſum fiat*, non tantum de iis, qui carne, pane &c. *ſatiati ſunt*, Abulf. de V. M. p. 19. واكلوا حتي شبعوا, *et comederunt donec ſatiati ſunt*; ſed et de iis, qui *opulenti fiunt* apud Poetam cit. in comm. ad Prov. p. 18. et 19. ubi شبعوا, exponente Scholiaſti, ſignificat كانوا ذوي مال, *opulenti evaſerunt.* Similiter in Vit. Salad. p. 253. Pari modo Hebr. שָׂבַע, *ſatietas* pro plenitudine et *abundantia* venit. Gen. xli. 29. et 30. Prov. iii. 10. et Eccl. v. 11.

S. 203. Phraſis دَوَآءُ ٱلْقَلْبِ, *medicina cordis*, quam ſupra habuimus N. 69. convenit cum altera دَوَآءُ ٱلنَّفْسِ quæ adfuit N. 70.—Docet Auctor, Verbum Dei (ſub quo nomine Coranum intelligit) eandem utilitatem, quam medicina corpori ægroto adfert, cordi ſcil. animo morbido ſuppeditare, *corroborationem*, nempe *ſolatium in adverſis*, &c.—دَوَآءُ, *medicina*, a دَوِيَ, pp. *cavum, excavatum eſſe*, ita ut *reſonet ex cavitate*, et *ſuſurrum* vel *ſtrepitum edat tinnientem*. Speciatim dicitur de *eo*, quod *putredine exeſum* et *excavatum eſt*, unde ad *morbum intus latentem*, et dein ad *quemvis morbum* transfertur, quæ notio apud Hebræos in verbo דוה et דוי præcipue regnat.—In III. Spec. valet *medicatus fuit, remedio concinnavit*, q. d. *tractavit ægrotum, reſtauravit*. Ham. p. 330. Gol. Adag. p. 116. N. 11. et Elnaw. in Procem. p. 8. ubi مداوة de *ſanatione* cordium morbidorum uſurpatur.

S. 204. Eadem oppoſitio inter سَخِيٌّ et شَحِيح adfuit N. 125. Prior vox eſt a سَخَا, pp. *laxavit*, inde *liberalis* et *munificus fuit*. Poſterior a شَحَّ, שחח, in origine idem cum سَاخَ, שוח, quæ radix in Camuſo exponitur per رسب, *ſubſidit* et *immerſus fuit*, unde שוחה et שיחה, *foſſam* et quidem *lutoſam* deſignat. Teritur nempe hæc radix de rebus, quæ *humo molli* et *paluſtri ſubſidunt* ac *merguntur profundius*, unde notio *tenacitatis* profluxit, uti ſolent *fæces eſſe tenaciores in fundo*, et h. per metaphoram, *avarus, tenax, avidus fuit, retinuit acriter*. Hiſt. Sarac. p. 117. et Elnaw. p. 22. N. 24. Apud Hebræos vero illa *ſidendi* notio transfertur ad *graviſſimum luctum* et *profundam ſubmiſſionem*. Pſ. xxxviii. 7. שחתי עד־מאד, *depreſſus ſum valde*; pp. *ſubſidi* præ *mœrore*, et *debilitate me erigere non valens*.—ارجا forma comparat. cujus radix eſt رَجَا, de qua vide ſupra N. 154.

S. 205. نعمة, *beneficium*, h. l. *beneficium* ipſum deſignare videtur, uti سماحة, *beneficentia* pro *benefactore*, et جود, *liberalitas* pro *liberali* uſurpa-

tur, in lib. ii. Ham. cit. a G. Jones de Poeſi Aſiat. p. 315. et 316. Similiter in Collect. Wahid. N. 260. et 261. الاحسان, *beneficentia, benefactorem,* et سخا, *liberalitas, virum liberalem* notat.—Porro cum hac ſententia conf. ſupra N. 193. et in Collect. Wahid. N. 351.

S. 206. Idem affirmat Apollodorus Caryſtius apud Grot. l. c. p. 807. *τὸ γῆράς ἐϛιν αὐτὸ νόσημα, ſenectus ipſa morbus eſt.* Quod et intendit Menander p. m. 158. *χαλεπὸν τὸ γῆράς ἐϛιν ἀνθρώποις βάρος, durum eſt ſenectus onus mortalibus,* et iterum *ἥξει τὸ γῆρας πᾶσαν αἰτίαν φέρον, venit ſenectus cum querela qualibet.* Conf. etiam N. 215.—شَيْب et شَيْبَة, *canities,* per metonymiam notat *ſenectutem.* Cor. xxx. 54.

S. 207. Invidum ſua invidia ſibi ipſi damnum ac perniciem afferre docet quoque Auctor in ſeqq. N. 216. 247. 262. Collect. Wahid. N. 41. et 482. Meidan. i. N. 26. Quibus adde Æſchylum apud Grot. l. c. p. 30. ubi de invido teſtatur duplici eum cruciari dolore.

Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτῷ πήμασιν βαρύνεται,
Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν ϛένει.
Namque et ſuis oneratus urgetur malis,
Neque abſque gemitu ſpectat alienas opes.

حسود, *invidus* ab حَسَدَ, חסד, pp. *turſit ubertate ſucci intus affluentis,* unde in malam partem tranſlatum, *turſit invidia.* Belgice, *van nyd zwellen.* Cor. iv. 52. cxiii. 5. Abulph. H. D. p. 46. Erpen. Sent. N. 47. Apud Hebræos vero *fluxus* ille *uber* et *copioſus* plerumque in bonam partem uſurpatur, *tum* de *hominibus,* qui in omni virtutis et pietatis officio largo ac promto quaſi fluxu ſe effundunt et exuberant, *tum* de *Deo,* ſua beneficia uberi fluxu in homines effundente.

S. 209. Huc facit Latinorum, *Memento mori,* eoque tendit etiam, quod Syrach. inquit cap. xl. 1—3. *Omnibus hominibus magnum et grave jugum impoſitum eſſe per totum vitam, τὲς διαλογισμὲς αὐτῶν, καὶ φόβον καρδίας, ἐπίνοια προσδοκίας, ἡμέρα τελευτῆς.*

S. 210. Vide quæ notavimus ad ſententiam N. 38.

S. 211. Mens eſt, Unum hoc mundi vitium, ſi reliqua deeſſent, ſufficere tibi poſſe, quod non permanſurus ſis cum eo.

S. 212. Eadem ſententia adfuit N. 123. et redibit N. 233. ubi plenius ſe explicat Auctor.

S. 213. Docet, Comitatem et affabilitatem ſcil. blanditiam, verbaque mollia, multum facere ad hominum corda vinculo quaſi amoris conſtringenda. Egregie Syrach. cap. vi. 6. λάρυγξ γλυκὺς πληθυνεῖ φίλους αὐτῷ, *guttur ſuave multiplicat amicos ſuos.* Adde ſententiam, quam ſub nomine Imperatoris noſtri citat El-Camel. من لانت كلامته وجبت محبّته, *qui ſermonem lenem facit, ille amorem ſibi conciliat.* Conf. etiam ſententiam mox ſeq.— لَيِّن, *lenitas*, a لان, in origine *fovit, fotu calido recreavit*, h. *lenis, mollis fuit, remolluit*, ſic de *natura ægroti*, quæ medicamento *lenitur* ac *diluitur*. Vit. Salad. p. 272. de *lecto bono* ac *molli*. Hiſt. Sarac. p. 42. aliiſque rebus. Peculiari uſu teritur de *ſermone leni*, ſcil. *mollibus verbis*, Vit. Salad. p. 147. 178. Cor. xx. 40. &c.

S. 214. Ejuſdem farinæ eſt cum ſententia proxime præcedenti.—Cod. P. pro قلبك legit قولك.

S. 215. Ad literam ſonat, *Non eſt canities in vita*; i. e. *vita*, ſcil. vitæ nomen non meretur, caduca omnia. Præpoſ. ب ſæpiſſime emphaſin adfert ad indicandam intimam rei vel perſonæ qualitatem, ſcil. expreſſum et eminentem characterem, quo aliquid inſignitum eſt, atque diſtinctum. Exempla paſſim obvia. *Deus eſt* بقدير, *in potente*, i. e. *ſane potens* Cor. .... *Neque Deus eſt* بغافل, *in negligente*, i. e. *negligens de eo quod facitis* Cor. ii. 74. 85. Neque tu eris لنا بمؤمن, *in credenti nobis*, i. e. *nobis credens*. Cor xii. 18. Rex بقدرٍ, *in potentia*, i. e. *potens*. Mon. V. A. p. 2. v. 6. Similia vide Har. iv. p. 40. Elnaw. p. 56. N. 90. Ham. p. 557. 570. Gol. Poet. Sent. p. 157. N. 19. Tab. Ceb. p. m. 56. 62. 66. aliaque. Eundem idiotiſmum amant Hebræi, e. g. Prov. iii. 26. *Jehova erit* בכסלך, *in*

firma fiducia, i. e. *ipſe erit firma tua fiducia*. Pſ. ix. 10. *Jehova erit tenui aſylum* לעתות בצרה, *ad tempora in anguſtia*, i. e. *ad tempora, quæ mere ſint anguſtia*, adeo ut *ipſam anguſtiæ naturam* quaſi *induiſſe* videantur. Pſ. xxxix. 7. *Profecto ſane ambulat vir* בצלם, *in imagine*, i. e. *mera umbra* aut *imago mera eſt*. Alia loca vide Jud. xi. 35. Pſ. x. 1. Eccl. vii. 12. &c. Conf. Rev. Lette Animad. in V. T. p. 15.

S. 217. Ad lit. *Scientiæ imperio non eſt ceſſatio*, i. e. *Imperium ſcientiæ nunquam deficiet*, ſcil. *ſemper duraturum eſt*. Conf. omnino Collect. Wahid. N. 458.— سُلْطَانٌ, *Imperium*, a سلط, cujus origo in *acri* et *penetranti vehementia, cui reſiſti nequit*. Unde non tantum ad *demonſtrationem evidentem* et *ſufficientem*, ſed et ad *dominium* cum *pleno imperio* transfertur, quam notionem שלט apud Hebræos et Chaldæos paſſim exſerit Neh. v. 15. Eſth. ix. 1. Pſ. cxix. 133. Eccl. ii. 19. et Ezech. xvi. 30. h. שַׁלִּיט, *dominator ſummam poteſtatem habens*. Gen. xlii. 6. Eccl. x. 5. Dan. ii. 10. שִׁלְטוֹן, *dominatio*, quæ repugnantiam non admittit. Eccl. viii. 4. et 8. Dan. iii. 2. et שָׁלְטָן, *dominium pleniſſimum*, Dan. vi. 27.

S. 218. Conf. in ſeqq. Collect. Wahid. N. 41.—De radice صلح, צלח, vide quæ ſupra notavimus ad N. 99. Addo tantum, IV. Conf. quæ exponitur *concinnavit, aptavit*, inter varias gloſſas etiam adhiberi de *emendatione hoſtium*. Collect. Wahid. N. 296.—عَدَاوَةٌ, *inimicitia, hoſtilitas*, ab عدا, pp. *volvit, glomeravit* pedes, i. e. *cucurrit*, h. *hoſtiliter* contra aliquem *incurrere*. Reſpondet Hebr. עדה cujus derivatum עד, *perpetuum, æternitas*, pp. eſt *revolutio*, qua quid iteratis vicibus redit, et quaſi *revolvitur*, et ſic de *longiore temporis periodo* uſurpatur. Pſ. xxi. 5. &c.

S. 219. Eandem paronomaſiam inter مرور et غرور captavit etiam Auctor inter radices مرّ et غرّ, Meidan. i. N. 14.—مَرُورٌ notat, *tranſitum* et quidem *celerem*, a مرّ, pp. *ſtrinxit, perſtrinxit*, h. *tranſivit* et quidem *celeriter*. Sic de *nubibus velocibus*, Cor. xxvii. 89. de *aura cito præteriente*. Collect. Wahid. N. 145. et de *lingua præcurrente mentem*. Ibid. N. 465.—غُرُورٌ uſur-

patur de *omnibus rebus, quibus quis decipitur,* peculiariter de *variis mundi oblectaminibus.* Cor. iv. 119. Collect. Wahid. N. 118. et 247. de *vana ſpei lactatione.* Ibid. N. 238. et 325. aliarumque rerum *ludibriis,* ſcil. *blandimentis.*—عَبَلٌ, vulgo quidem notat *opus,* ſcil. *actionem,* verum h. l. videtur ſignificare *opes,* quamvis exempla mihi deſint.—Porro obſervandum, particulam Lam, quæ תְּ ابغض præfigitur, hic et ſæpe alibi vim *aſſeverandi* exſerere, et verti debere per *equidem, utique, ſane.* Vide in ſeqq. Collect. Wahid. N. 462. Cor. ii. 63. xxiii. 18. xxvii. 75. Har. v. 172. Ham. p. 306. &c. Similiter Hebræi partic. ל uſurpant. E. g. Pſ. vii. 14. *Sagittas ſuas* לְדֹלְקִים, *ſane ardentes in cuſpidem acuminatas operatur.* Pſ. xxxiv. 4. *Magnificate* ליהוה, *profecto Jehovam mecum,* et cxxxv. 11. ubi ל propriis regum nominibus præfixum emphaſin quoque infert. Adde Jeſ. cap. xxxii. 1. ולשׂרים, *et ſane Principes regent.* Jeſ. liv. 12. *Et ponam portas tuas* לאבני־אקדח, *ſane lapides ſcintillantes.* Jerem. xxx. 12. *Mortifera eſt* לְשִׁבְרֵךְ, *ſane contritio tua.* Zach. ix. 1. *Nam* ליהוה, *ſane Jehova eſt oculus hominis,* aliiſque locis quam plurimis.

S. 220. Idem docet Auctor in ſeqq. N. 249. et in Collect. Wahid. MS. ſub litera *Be.* بقدر الهم يكون الهموم. Vox هُمُومٌ notat *ſollicitudines, angoreſque animi,* quibus quis *conſumitur* et *contabeſcit,* a radice هَمّ, המם, cujus propria notio *liquandi,* et hinc *liquefaciendi* et *tabefaciendi* transfertur ad *res moleſtas, graveſque,* ſcil. *molimina,* vel *negotia graviora,* quæ aliquem *cura ſollicitudinibuſque conſumunt* et quaſi *liquefaciunt.* Ham. p. 356. Unde مُهِمٌّ particip. IV. Conj. abſolute venit pro *graviori negotio,* quod *cura maceret* et *tabefaciat.* Ibid. p. 394. Plura de hac radice vide apud Schult. in Orig. tom. i. p. 125. et ſeqq.

S. 221. Ejuſdem mentis eſt ſententia apud Erpen. Gramm. Arab. N. 39. زلّ من كثر كلامه, et in פירקי־אבות p. m. 14. N. 17. וכל המרבה דברים מביא חטא, *qui multiplicat verba, adducit peccatum.* Idem docet Salomo Prov. x. 19. ברב דברים לא יחדל־פשע, *in multitudine ſpiſſa verbo-*

rum non remittit tranſgreſſio.—Obſerva etiam paronomaſiam inter كلام et ملام, quæ poſterior vox notat, *culpam, reprehenſionem*, a לאם, *conglutinavit, appegit, impegit* peculiariter *crimen* alicui, i. e. *accuſavit* et *reprehendit.* Meidan. i. N. 35. A *conglutinatione* etiam Hebr. לְאֹם, *natio fœderata* nomen accepit.

S. 222. Phraſis مشرب العذب, *aquatorium dulce*, h. l. per metonymiam in genere ſignificare mihi videtur, *locum amœnum* et *bonis omnibus plenum*, ad quem denſa hominum multitudo plerumque confluere ſolet. Interim ab hac phraſi haud multum differre videtur altera, quæ exſtat Har. v. 125. ubi عَذْبُ ٱلْبَنْهَلِ, exponente Teblebio, fig. uſurpatur ad *liberalem in donando, ad quem accedant aquam petentes*, deſignandum; quæ figura et h. l. bonum funderet ſenſum. Prior tamen expoſitio mihi magis arridet.

S. 223. مَجْلِسُ ٱلْعِلْمِ, *conſeſſus ſcientiæ* eſt locus, in quo ſapientes Arabum, more Orientalium, humi conſident, ut ſcientiarum promovendarum cauſa inter ſe colloquantur. Talis conſeſſus ob plurimos inde creſcentes fructus comparatur cum horto amœno, Paradiſi inſtar, omni jucunditate et amœnitate abundante.—روضة notat, *hortum floriferum, pratum amœnum*, a روض, רוץ, pp. *quaſſit*, dein *agitavit, exagitavit, currere fecit equuleum*, atque ita *exercuit, docuit*, &c. Har. vi. 200. Abulph. H. D. p. 85. 129. Hinc lux oritur loco Hab. ii. 2. Scribe viſionem et declara in tabulis, למען ירוץ קורא בו, *ut currat legens in ea*, i. e. in ea ſe vel alios exerceat curſu doctrinæ, tanquam in ſtadio et palæſtra. Alia loca, quæ inde lumen fœnerantur, vide apud Scheltingam in Comm. in Habac. p. 117. et 118. et Schult. in Prov. cap. xxiii. 2. 6.

S. 224. Vide quæ notavimus ad N. 57; ubi idem docetur.—Obſervandum tantum vocem طَبْعٌ notare *indolem*, ſcil. *naturam*, quæ homini *firmiter*, et ut *nota peculiaris impreſſa eſt*, quo ſenſu homo dicitur مدني بالطبع, *a natura ſocialis.* Tim. ii. 706. et مَطْبُوعٌ, de *intellectu*, qui *na-*

tura alicui eſt infitus. Gol. Sent. Poet. p. 170. N. 55. a radice طبع, טבע, *obſignavit*, h. *cudit impreſſa nota fabri*, et h. de *eo*, quod *natura imprimit.* Eodem ſenſu Rabbini טבע uſurpant.

S. 225. Idem affirmat Auctor in Collect. Wahidi MS. ſub litera *Mim*, &c. مصاحب الاشرار كالراكب البحر; cui affine eſt, quod ſupra habuimus N. 201. et infra redibit in Collect. Wahid. N. 429. Senſus eſt, Malorum ſocietatem maxime periculoſam eſſe. Quo ſenſu *equitare per undas* dicitur pro *objicere ſe periculis*, in Elnaw. p. 96. N. 170.—Proprietas verbi ركب, רכב, ſita in *pangendo*, *appingendo*, et *compingendo*, quæ notio manifeſta in Vita Salad. p. 21. et Ibn. Tophail p. 5. et 70. A *compingendo* ركب, רָכַב, valet, *currum bene compactum* et compoſitum, et h. verbum ipſum *vehi curru*, *equitare*, *inequitare*, unde plurimi variique coloris floſculi apud Arabes enati. Sic v. g. *equitare mortem*, *terrores*, *pericula* eleganter dicuntur, *qui audacter ea adeunt*, *eaque* veluti *conſcendunt.* Tim. i. p. 364. Ham. p. 428. 429. Lib. Colail. p. 22. et in Collect. Wahid. N. 55. *equitare res turpes*, qui *illicita* et *nefanda perpetrant.* Abulph. l. c. p. 12. 66. Tab. Ceb. p. m. 70. Carm. Pythag. p. m. 4. N. 11. *equitare negotium*, qui *illud aggrediuntur*, Carm. Togr. v. 22. *inequitare glaciei aciem*, qui *ſtricto gladio invehuntur in adverſarium.* Ham. p. 580. *inequitare mendacium.* Collect. Wahid. N. 400. &c. &c.

S. 226. Notum illud Catonis, lib. i. Diſtich. N. 12. *Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.* Similiter Sen. et Syr. M. Sent. N. 838. *Sæpius locutum, nunquam me tacuiſſe pœnitet.* Cum quo convenit reſponſum, quod Val. Max. lib. vii. c. 2. Xenocrati attribuit, qui quando maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, uni ex his ipſum quærenti, cur ſolus ita linguam cohiberet, reſpondebat, *Dixiſſe me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.*—Radix نكم in origine valet *æquare*, ſcil. *complanare*, item *adhærere adpactum*, et h. *duci pœnitentia*, quatenus *mens pœnitentis in ſilentium* quaſi *defigitur*, ſcil. *complanatur*, ut præ dolore et luctu ſe movere et erigere

non poſſit. Quam notionem radix נדם Hebræis reſtituenda exſerit, Thren. ii. 10. ubi de ſenioribus filiæ Sionis dicitur יִדְּמוּ, *ad terram adpacti hærent*, i. e. præ mœrore et luctu defiguntur in ſtuporem, quo ipſi quaſi obrigeſcunt et immoti jacent. Eodem ſenſu teritur Amos v. 13.—Porro *complanandi* notio apud Arabes etiam transfertur ad id quod planum petit fundum, et ex alto decidens *ei adpactum hæret*. Unde egregia lux oritur loco Exod. xv. 16. Ubi de Ægyptiis in mari rubro merſis legimus, יִדְּמוּ כאבן, *complanabantur*, i. e. *plano fundo maris adpingebantur inſtar lapidis*. Sic etiam de *improbis*, Pſ. xxxi. 18. dicitur, quod יִדְּמוּ לשאול, *complanantur*, i. e. *dimittuntur ad imum fundum orci, eique* quaſi *adpacti adhærent*, ut inde nunquam ſe attollere et erigere valeant.—Denique iidem Arabes ندم adhibent etiam de *compotatione*. Sic ſtrenui *compotores* dicuntur, *loco ſuo adpacti hærere*, quando, dum genio indulgent, inde ſemet non patiuntur avelli; h. مُنَادَمَةٌ notat, *compotorum conſortium*, Abulph. H. D. p. 210. et نُدَمَاءُ, *compotores*. Har. Conſ. xxii. cit. ab H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 112. Peculiaris hicce verbi uſus optime quadrat in locum Jer. viii. 14. *Quid deſidemus? intremus potius urbes munitas* וְנִדְּמָה שָּׁם, *et adpacti adhæreamus ibi:* ubi probe obſervandum, *adpactum adhærere*, ex ambiguo poni, et non ſolum ſignificare *illis*, ſcil. locis munitis *inhærere tanquam firmo aſylo*, et in illis certam quærere ſecuritatem, ſed etiam ſimul complecti *ſtrenuas compotationes*, quibus, uti verba ſequentia docent, quidquid eſſet curarum publicis gentis calamitatibus injectum, diſcuterent et ex animo delerent.

S. 227. Loco حُصُونٌ Cod. P. legit حُصُولٌ, quare et hanc ſententiam Interpres Regius h. m. vertit: *Conſeſſus magnatum ſcaturigo*, ſcil. *proventus ſermonis*, ita ut ſenſus ſit, E magnatum conſeſſibus tanquam e fonte egregia dicta, poemata, &c. ebullire. Mallem tamen cum Cod. L. legere حُصُونٌ, *munimenta*, et tunc ſenſus erit, Ingenuorum hominum præſentiam continere et moderari ſermonem, ut non deflectat in temeritatem vel ineptias: حصون, *munimenta*, ab حَصَنَ, חצן, pp. *ſtrinxit, conſtrinxit, compreſſit*

arctius, et intranſitive, *conſtrictus, undique firmus, munitus fuit:* ſic de *urbe valde munita*, Abulph. l. c. p. 179. de *arce*, ſcil. *loco bene* ac *firmiter munito*. Tim. i. 98. de *lorica firmiſſima*, Nawab. p. 86. N. 148. Uti et a *conſtringendo*, ſcil. *arctius comprimendo*, vocabulum Hebr. חָצַן nomen ſuum accepit, notat enim, *ſpatium ulnarum inter ſe coeuntium ad formandum ſinum inter pectus*. Item *ſpatium quod eſt inter axillas* et *inferiores coſtas*. Pſ. cxxix. 7. Jeſ. xlix. 22. et Neh. v. 13.

S. 228. Significat, Virtutem hominis ex ejus ſermone cognoſci. Conf. Collect. Wahid. N. 66. Loco مَنْقَبَةٌ, uti Cod. L. et P. vitioſe exhibent, legendum omnino مَنْقَبَةٌ, quæ vox, exponente Scholiaſte ad Nawab. p. 51. ſignificat ضدّ الهثلبة, omne quod vitio contrarium eſt, adeoque *virtutem, dignitatem*, et in genere *rem omnem, qua quis gloriari poteſt:* h. ejus collect. مناقب, *quævis præclara facinora*, ibid. p. 50. Ham. p. 476. Tim. i. 620. Abulph. l. c. p. 364. &c. ſcil. radix نقب, נקב, pp. valet, *fixit, confixit, perforavit*, uti videre eſt Vit. Salad. p. 73. et in S. S. 2 Reg. xii. 10. et xviii. 21. h. *aliquem diſtincte notavit*, quod ſit *fixa* quaſi *nota*, Num. i. 17. et 1 Chron. xii. 31. unde porro ſubnata *nobilior* adhuc *diſtinctio*, quæ adfert *eminentiam*, qua *quid præ reliquis eminet*, et *inſignitum eſt*. Quæ notio non tantum apud Arabes in voce نَقِيبٌ ejuſque plur. fr. نقباء, *principes eminentiores*, Abulph. l. c. p. 309. ſed et in S. S. locum habet. Eſai. lxii. 2. et Amos vi. 1.

S. 229. احداث, *juvenes*, collect. حديث, *novus, recens factus*, et h. plena phraſi حديث السنّ, *vir juvenili ætate*. Senſus videtur eſſe, Prava juvenum colloquia, vanaſque eorum confabulationes, quæ petulantis ingenii fructus ſunt, religioni boniſque moribus haud parum detrimenti adferre. Hunc ſenſum ob oculos habuit Interpres Regius, qui vertit, *Confeſſus vana loquentium corrumpunt religionem*. Quo ſpectat illud Latinorum, *Corrumpunt bonos mores colloquia prava*.

S. 230. قِيَامٌ actio radicis قام, קום, *ſtetit, conſtitit,* et *ſurrexit.* Uſurpatur peculiariter de iis, qui *ſtant,* vel *ſurgunt,* ſcil. *ſitum corporis erectum habent* inter precandum. Cor. iii. 192. et xxii. 27. Vide Reland. de Rel. Muham. p. 86. et ſeqq. Sub phraſi itaque قيام الليل, videntur intelligi *preces nocturnæ,* quas MUSELMANNI ſecundum eorum præcepta, *tum* hora antelucana, cum aurora apparere incipit; *tum* prima noctis vigilia, ſcil. tertia noctis parte peragere debent.

S. 231. نِسْيَانٌ, *oblivio,* a *laxitate* ſic dicta, quia memoria ea, quæ obliviſcitur, quaſi *laxat,* ſcil. *remittit.* Radix nempe نَسِيَ, נשה, originem habet in *laxitate,* vel *laxatione,* quæ ſeſe ad *luxationem* uſque aliquando extendit, uti manifeſtum eſt ex Jer. li. 30. ubi ſublimi figura dicitur, *Robur ſolidum eorum* נָשְׁתָה, *laxatum,* vel *luxatum eſt, facti ſunt* לְנָשִׁים, *in mulieres,* quibus a *laxitate* vel *mollitie* nomen quoque inditum.—صَدَأٌ, *rubigo,* ſcil. *ærugo,* a صَدَأَ, idem quod ultimum و et ي, *rubiginoſum fuit, rubiginem contraxit ferrum* aut *æs,* h. gloſſa apud Gjeuhar. *manus a ferro* صَدِئَةٌ, i. e. سَمِكَةٌ, *rubigine infecta.*—Phraſis صداء القلب, *rubigo cordis,* h. l. deſignat omnia illa vitia, quæ quis *ex oblivione mortis* ſibi contrahit, quibuſque animus ejus, non minus quam ferrum rubigine inquinatur, quin imo quaſi exeditur, atque corrumpitur.

S. 232. Phraſis صَلَاةٌ فِي الظُّلَمِ eadem eſt cum صَلَوٰةُ ٱللَّيْلِ, quam ſupra habuimus N. 131. notatque, *precationes nocturnas,* ſcil. quæ noctu et quidem cum *fervore* et *ardore* animi funduntur, uti obſervavimus ad N. 27. —Porro pro الظُّلَمِ præſtat legere الظُّلَمِ, vel cum Cod. P. الظَّلَمِ.

S. 233. Conf. N. 123. et 212.

S. 234. نام أَمِنًا idem valet, quod proverbialis locutio, نام مستريحا على قفاه, *ſuper dorſo ſecure dormire,* Tim. ii. 52. vel uti Latini dicunt, *in utramque aurem dormire.*—Vox أَمْهَدُ, quæ exulat e Lex. Golii, ſignificat

lectum, a مَهَدَ, *stravit æquabiliter, expandit lectulum*, unde مَهْدٌ. *stratum commode dispositum*, de cubili socordiæ. Nawab. in Proœm. p. 6.—Loco تَرْسٌ quod in Cod. L. mendosum est, haud dubie cum Cod. P. legendum فَرْشٌ, vel فُرُشٌ, uti Edita habent: فَرْشٌ autem, vel فُرُشٌ notat, *id quod corpori substernitur*, peculiariter *lectum, grabbatum*, a فَرَشَ, פרש, pp. *pandit, expandit*, et h. *instravit, supposuitve*. Sic de *terra*, quam Deus hominibus substravit in *modum lectuli*. Cor. ii. 22. li. 48. Docet itaque sententia, Eum, qui suavissimo somno frui et tanquam in molli, scil æquabiliter expanso strato requiescere velit, oportere, ut rerum mundanarum curas seponat, mentemque suam ad profundam tranquillitatem compositam, ac veluti consopitam habeat.

S. 235. Phrasis نَيْلُ ٱلْهَنِي convenit cum altera نَيْلُ ٱلْبَطْلُوبِ, quæ occurrit in Collect. Wahid. N. 320. Utraque locutio notat, *summam*, vel, si mavis, *consecutionem votorum*: مَنِي est plur. τῆς مُنْيَةٌ, *portio optata, votum*, a مَنَى, מנה, pp. *scidit, secuit*, et *dissecuit in portiones*; vide not. ad Ham. p. 326. et 827. per metonymiam *certa quantitate, certoque modo* aut *numero definivit* aliquid, unde notio *optandi* aliquid ut *portionem*, quæ in II. et V. Conj. imprimis regnat, sponte manavit. Caab ben Zohair v. 10. Cor. ii. 94. Har. iv. 28. et Gol. Adag. p. 149. N. 47. Sensus est, Ei, qui sua sorte contentus est, non opus habere, plura sperare; siquidem ille, qui optata sua consecutus est, se satis divitem æstimare potest; cum e contrario شَرُّ ٱلْفَقْرِ ٱلْهَنِي, *optare semper* [et nunquam contentum esse] *pessima paupertas est*, uti Auctor docet in Collect. Wahid. N. 199. cum quo convenit Sen. et Syr. M. Sent. N. 502. *Nunquam satis est, quod improbæ spei datur.*

S. 236. Loco فُرْقَةٌ Cod. P. legit حُرْقَةٌ, *incendium, ardor*, et fig. *dissidium*, scil. *ardor animi*, ut in *ira, vindicta*, &c. uti supra obsservavimus ad sent. 55. et sic sensus eodem redibit. Vox enim فُرْقَةٌ in genere quidem

diſceſſum, in ſpecie vero *diſſidium* notat, uti radix فَرَقَ, פָּרַק, pp. *fregit, diffregit, rupit*, et h. *laceravit, divulſit*, ad *diſcordiam, diſſidiumve* transfertur. Ibn. Dor. v. 92. et Fab. Lockm. N. 1. unde et derivata فِرْقَةٌ, *ſectam, factionem*, Collect. Wahid. N. 100. et فِرَاقٌ, *diſſidium* notant. Har. i. 62.— جَهَنَّمُ, *Gehenna, infernus*, et ipſe *inferni ignis*. Vox deſumpta ab Hebr. גֵּיא-הִנֹּם, *vallis Hinnom*, ubi vivi-comburio liberos immolabant Idolo Molochi.

S. 237. نور شيبك, *lumen canitiei tuæ*. Pulcherrimæ hujus phraſeos vim percipies, ſi obſervemus, Arabes canitiei lumen adſcribere, quando *præ ſenectute albeſcant crines*, uti videre eſt in elegantiſſimo Poeſeos ſpecimine cit. ab H. A. Schultenſio in Prologo ad Spec. Prov. Meidan. p. 2.

تنفّس صبح الشيب في ليل عارضي
فقلت عساه يكتفي بعذاري
فلما فشا عاتبته فاجابني
ايا هل تري صبحا بغير نهاري

Quum illuceſceret aurora canitiei in nocte genarum mearum,
Dicebam: fortaſſe genis contenta erit:
Poſtquam vero latius fuſam increparem, reſpondit:
Die age, an unquam vidiſti auroram ſine ſubſequente pleno die?

مَعْصِيَةٌ, *rebellio*, peculiariter in Deum, cui opponitur طاعة الله, *obedientia Dei*, Collect. Wahid. N. 518. Uti et radix عَصَا, עצה, *immorigerus fuit*, alicui; ſpecialiter valet *rebellis fuit* in Deum. Cor. iv. 13. Abulph. H. D. p. 35. &c.

S. 238. Facies hominis pii dicitur colluſtrari, quando exhilaratur. نضرة eſt *ſplendor*, ſcil. *nitor*, a نضر, נצר, *nitore fulſit, floride pulcher fuit, læte viruit*. Uſurpatur inter alios uſus de *facie* alicujus, quæ fulgere dicitur, cum quis beatus eſt. Cor. lxxv. 22. A *nitore*, ſcil. *florida pulchritudine*

nomen etiam accepit Hebr. נצר, *germen læte virescens*, scil. *surculus floride pulchrum*.

S. 240. في غير موضعه, ad literam sonat, *immutatione loci sui*, i. e. *in loco non suo*, scil. *alieno*. Eadem phrasis occurrit in Lib. Colail. p. 5. وان انفقه في غير وجهه ووضعه في غير موضعه, *quod si opes* eroget ratione incongrua, *easque collocet in loco alieno*, &c. et in Collect. Wahid. N. 263. ubi in ejusdem farinæ sententia pro hac phrasi usurpatur, في غير اهله, *in populum non suum*, scil. *alienum*, i. e. *in indignos*. Scil. غير, pp. est nomen subst. *mutationem* notans, et h. non tantum *diversitatem* rei vel personæ, sed et *negationem*, quando nominibus aut participiis præponitur. Conf. L'Empereur in not. ad Mosis Kimchi ὁδοιπορίαν ad scientiam, p. m. 7. et imprimis H. A. Schult. in indice ad Lib. Colail. p. 137. ubi varia hujus vocis exempla prostant. Quibus ex Auctore nostro addere liceat غير مستمع, *qui non auscultat*. Collect. Wahid. N. 121. غير مدرك, *non assequitur*. Ibid. N. 310. غير رحيم, *Immisericors*, et غير حريم, *adversarius*. Ibid. N. 390. غير وفيّ, *fidem non præstans*. Meidan. i. N. 38. &c. &c.

S. 241. وِزْر, *onus*, *res gravis*, a وَزَرَ, חָזַר, pp. *strinxit*, *instrinxit* peculiariter sarcinam dorso, dein *bajulavit*, *sustinuit onus*, et per metaphoram *nocens fuit*, q. d. *criminibus fuit onustus*; unde egregia lux oritur loco Prov. xxi. 8. ubi איש זור, *vir sarcinæ oneroſæ*, exponente Schult. pinxit, *hominem omni noxa* et *crimine onustum*.—صدقة, צדקה, plerumque notat, *Quidquid Deo datur sacrum*, sed h. l. videtur mihi significare *beneficia*, quæ Deus ipse hominibus largitur, uti Hebr. צדקה etiam usurpatur pro *benignitate*, *æquitate*, *clementia*, aliisque beneficiis, quæ inde profluunt et in homines conferuntur. Ps. xxii. 32. xxiv. 5. li. 16. &c.—المنّان cum artic. præfixo est epitheton Dei, *qui sua sponte largitur* et *benefacit*.—أَجْر, *merces*, *præmium*, qua voce h. l. intelligi videntur *gratiarum actiones*, quas quis pro acceptis

beneficiis Deo agere debet, ut ita ſenſus ſit, Gratiarum actiones, quas quis pro acceptis beneficiis Deo ſolvere debet, meritis eorum nullo modo reſpondere, ſed iis ſemper multo minores eſſe. Vel ſi per منّان, *hominem beneficum* intelligere velis, ſenſus erit, Benefico cumulate ſatis mercedem reddi non poſſe. Priorem tamen ſenſum præfero.

S. 242. ولاية vulgo notat, *imperium, præfecturam.* Poteſt tamen cum Interprete Regio verti per *amicitiam*, vel *auxilium*, quatenus radix وَلِيَ, cujus proprietas in *adſtringendo* et *nectendo* ſita, non tantum valet, *præfuit, adminiſtravit*, ſed et *amicus, adjutor fuit.* Hoc ſenſu idem docebit Auctor, quod in ſeqq. Collect. Wahid. N. 434. ubi inquit: مودّة الاحمق تزول كما يزول السراب أَحْمَقُ vox diptoton notans *ſtultum, fatuum*, ab حمق, in origine idem cum خمج, *flacceſcere, molleſcere*, et h. ad *animum* tranſlatum, *mente laboravit, ſtultus fuit*, q. d. *remiſſus, torpidus*, et *vigore deſtitutus fuit.* Ex hac *flacceſcendi* notione Hæbræorum thema חמק tribus tantum in locis S. S. comparens multum lucis mutuatur. Primus locus eſt Cant. v. 6. ubi de ſponſo ad oſtium adſtante et pulſante, cum non intromitteretur, dicitur חמק, *flacidus evaſit*, i. e. *reſiluit ab inſtantiis ſuis*, ſive remiſit erga me ſuum ſtudium et amorem, atque ita עבר, *tranſiit.* Secundus locus eſt Cant. vii. 1. ubi חמוקי-ירכים ſignificat, partes *flaccidiores* et *molliores*, ſcil. *carnoſiores* et *muſculoſas femorum*, quæ cum gemmis prænitentibus comparantur. Tertius denique locus exſtat Jer. xxxi. 22. *Uſque quo* התחמקין, *temet flaccidam geras, O filia averſa!* i. e. Quouſque flaccidos et diſſolutos greſſus circumferes, qui a via recta veritatis et virtutis exorbitant.—Ultima verba سريع الزوال vertenda, *cito evaneſcit*, vel *tranſit*, uti in Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. p. 39. ظلّ السلطان سريع الزوال.

S. 243. Luditur in vicinia vocum خُلُقٌ et خَلْقٌ ab eadem ſtirpe enatarum, quarum prior *indolem*, poſterior *formam* denotat, a خلق, חלק, cujus

primigenia vis eſt, *lævigare, æquabilem reddere ad raſuram*, h. *polivit, ad elegantem formam reduxit, efformavit*, dein *creavit*. Conf. Schult. ad Orig. tom. ii. p. 64. et 136. ad Har. i. 7. v. 100. ad Ham. p. 314. et paſſim alibi. Eandem luſionem captavit Auctor Hiſt. Tim. ii. 358. et Elnaw. p. 24. N. 29. quæ cum hac ſententia conferri meretur, ما ورا الخَلق الدميم الا الخُلق الذميم, *ſub ſpecie deformi vilis latet indoles*; cui affine eſt illud Belgarum, *Wagt u voor de getehenden.*

S. 244. Docet, Malignum comitem vitandum eſſe, vitamque ſolitariam degere multo melius eſſe, quam cum malis ſociis converſari. Vide quæ ſupra notavimus ad N. 48. 201. et 225. Conf. etiam Collect. Wahid. N. 429.

S. 245. Loco وَأَسَاكَ, *etiam malefacit*, vel *male tractat te*, quod a radice سَاءَ in IV. أَسَا [pro أَسَاءَ] Cod. P. legit واساك, *conſolatur te* qui te negligit, a radice أَسِيَ in III. آسَي, pro quo alii dicunt وَاسَي, *ſolatus fuit, benefacit* et *adjuvit*. Quænam lectio præferenda ſit neſcio. Valde enim friget hoc dictum, ſi verti debeat, *Etiam male tibi conſulit* qui, &c. Si vero vertatur, *conſolatur te*, vel *ſuccurrit tibi* qui, &c. ut ſupra N. 2. ſenſum non ſatis aſſequor; etſi revera credo aliquod hujuſmodi acumen captatum eſſe.

S. 246. Conf. dictum Salvatoris Matth. xii. 30.

S. 247. Vide quæ notavimus ad ſententiam N. 207. quæ cum hac conferri meretur.

S. 248. وَلِيُّ ٱلطِّفْلِ, h. l. notat *adjutorem*, ſcil. *tutorem*, qui de neceſſariis ad vitam infantis proſpicit. طِفْلٌ, *infans, parvulus*, a طَفَلَ, טפל, pp. *linere, oblinere*, et in med. *damm. tener* et *mollis corpore fuit*. مرزوق, *ſuſtentatus*, ſcil. *cui de alimento proſpectum eſt*. Vide Gol. not. ad Sent. Erpen. N. 41. vel, ſi mavis, *abunde habet ad vitam ſuſtentandam*. Senſus eſt, Eos, qui infantum tutelam in ſe ſuſcipiunt, omnia, quæ ad vitam ſuſ-

tentandam neceſſaria ſunt, ab ipſo Deo accipere, diviniſque benedictionibus mactari. De radice رزق vide ſupra ad N. 139.

S. 249. Vide not. ad N. 220.

S. 250. Affine eſt illud Belgarum, *Bocr paſt op cuve ganſen, als de Duivel van de paſſie prediht.* Eadem fere conſtructio occurrit apud Meidan. p. 774. هيهات من رغايك ٱلحنين, et in Collect. Wahid. N. 463. — هيهات eſt interjectio *averſantis*, et *depellentis* quid tanquam *ineptum* et *indignum.*

S. 251. Eandem oppoſitionem inter سعيد, *fortunatus*, et شَقِيٌّ, *miſer*, vide Cor. xi. 106.

S. 252. Idem docuit Auctor ſupra. N. 33.

S. 253. Elegans ſane ſententia, docens, Eum, qui ſemet ipſe tanquam animal cane pejus et angue conſiderat, ſibique a malis cordis ſui machinationibus ſollicite cavit, multo minoribus periculis obnoxium eſſe, majoremque ex hac cautione utilitatem accipere, quam ſi leonem, ut ut terribilem ac periculoſum fugiat.

S. 254. هَامَّة et هِبَّة, quarum prior, *reptile terræ* peculiariter *noxium*, quale eſt *anguis*, *ſerpens*. Tim. i. 578. poſterior h. l. *cupidinem* notat, eandem habent ſtirpem هَمَّ, המם, de qua ſupra egimus. N. 220.

S. 255. Ad literam, *Fregit in particulas*, ſed potius, *fregit panem intritum, alius a comedente illum*, i. e. *alius panem ad cibum paravit, alius comedit illum.* Solet autem غير conſtrui cum ſequenti genitivo. Vide N. 240. — هَشَمَ, *fregit, confregit*, peculiariter *ficcum quid* et *cavum.* Abulph. H. D. p. 74. ubi دقّ, דקק, pp. *contritus, contuſus fuit*, item *contudit, comminuit, contrivit.* Ham. p. 422. et Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. N. 42.

S. 256. Conf. quæ notavimus ad N. 197.

S. 257. Ejuſdem farinæ eſt cum N. 199.

S. 259. مروءة notat, *virtutem maſculam*, ſcil. *virilem animum*, vel *decus viro dignum*, in cujus laudem multæ variæque exſtant ſententiæ. Vide ſupra N. 10. et in Collect. Wahid. N. 3. 131. 229. 308. 531. et paſſim alibi.— Radix eſt مَرَأَ, pp. *conſtrinxit*, et h. *fortem, validum reddidit*, unde med. *damm.* virilis, *maſculus* et *fortis fuit*, ut virum decet.

S. 260. Convenit cum ſententia quam habuimus N. 59.

S. 261. Ejuſdem farinæ ſententiam vide apud Erpen. Gramm. Arab. N. 47. in fine. Radix كَرَمَ, כרם, pp. notat, *ſuccoſus fuit, ſucco turſit* vitis, et dein *exuberavit in omne genus virtutis*, h. كرامة, *generoſitas, honor*, et *dignitas*, quibus homo mendax prorſus caret. Eſt enim فساد البناء الكذب, *corruptela decoris mendacium*, uti docetur in Collect. Wahid. N. 333. Eo tendit illud Arabum, الكاذب دايما وجهه اسود, *mendacis facies perpetua eſt atra*. Quod Perſæ plenius ſic exprimunt: دروغ كوي روي سياه راست كوي روي سفيد, *qui mentitur faciem habet nigram*; *qui vera dicit albam*. Vide Warner. l. c. p. 26. N. 54.

S. 262. Vide N. 216.

S. 263. Interpres Reg. hanc ſententiam h. m. vertit, *Non eſt afflictio ſobrio*, verum غَمٌّ potius mœrorem notat, a غَمَّ, *volvit, involvit*, et inde *mœrore* ac *ſollicitudine affecit, preſſitque*, et قَانِعٌ non adeo *ſobrium* quam *contentum* deſignat. Senſus itaque, ſecundum verſionem quam dedi, erit, Eum, qui ſorte ſua contentus eſt, gratum habere, quidquid ſibi datur, nulloque mœrore aut ſollicitudine premi, etiamſi res ſibi anguſta domi ſit.

S. 264. فَاسِقٌ hominem notat, qui *ſummo gradu improbus* eſt, ſcil. *hominem nequam*, qui nullis obicibus intra repagula contineri poteſt. Har. iii. 168. et ſeqq. unde ejus plur. فساق adhibetur de *latronibus publicis*, quales ſane nihil ſacroſanctum aut inviolabile habent, ſed omnia, quæ velint, ſibi licita eſſe putant. Radix eſt فسق, quæ pp. valet, *rupit e cortice*, unde transfertur non ſolum ad *gravem eruptionem*, qualis eſt *aquarum*, ſed et ad

defectionem et *exorbitationem* a mandato Dei. Cor. xviii. 51. Unde lux oritur binis S. S. locis, in quibus Hebr. פשק remanfit, Prov. xiii. 3. et Ezech. xvi. 25.

S. 265. Pro وَفَا Cod. P. legit وَفَآءٌ, quam vocem Interpres Reg. vertit per *amorem reciprocum*. Quo fundamento neſcio: وَفَآءٌ enim idem notat, quod تَمَامٌ, *duratio, longitudo*, Lib. Colail. p. 71. ubi وكان في قلّة الوفاء *eſt in paucitate durationis*, i. e. durat ad breve tempus. Vide H. A. Schult. in indice, p. 142. et 155. Præſtat igitur legere وَفًا, quod *fidem, obſervationem pacti* vel *promiſſi* ſignificat, Abulph. H. D. p. 241. Lib. Colail. p. 79. et 94. a radice وَفَى, יפה, *cumulavit*, et h. quaſi *plene* et *cumulate ſatisfecit, debitumque exſolvit, promiſſis ſtetit, ſervavitque pactum, fœdus*. Ibn. Dor. p. 103. Ham. p. 570. Cor. xxvi. 180. et alibi. Conf. Schult. ad Har. iv. p. 16. et 38.

S. 266. Loco قَذَفٌ, quod in Cod. L. ſine dubio vitioſum eſt, Cod. P. legit قَذَفٌ, *convitium*; ſed et hæc notio h. l. non quadrat. Suſpicor itaque legendum eſſe قدم, quod pp. *pedem, meritum, excellentiam*, et *præſtantiam* notat, Cor. x. 3. quam apud *hominem impudicum*, ſcil. *improbum*, fruſtra quærendam eſſe docet Auctor.—فاحش ſignificat eum, qui *perquam inhoneſtus* et *improbus eſt*, a فُحْشٌ, *valde turpis*, et *perquam inhoneſta fuit* res, item *turpia locutus, obſcœnoque ſermone uſus eſt*; qua notione occurrit in ſeqq. Collect. Wahid. N. 412.

S. 267. Eadem paronomaſia inter اَيْمَانٌ et أَيِّمَانٌ adfuit N. 1.

S. 269. Notum eſt, Muhammedanos, omne quod Deus decreto ſuo determinavit, ſine dubio eventurum eſſe, firmiter credere. Vide Reland. de Relig. Muhamm. lib. i. cap. 7. Eleganter Poeta, quem citat Ebn Arabſhah.

لا تحزن فالذي قضي الله يكون
والامر الهوكل الي كن فيكون

Ne triſteris ; nam quod decrevit Deus, fiet ;
Et res commiſſa voci, eſto, erit.

Conf. etiam in ſeqq. Collect. Wahid. N. 517.

S. 270. نَمَّام, *obtrectator, calumniator, ſuſurro,* qui aliorum dicta aut facta ad alios defert, a نَمَّ, *detulit, divulgavit* in malam partem, et ad concitandas inimicitias, dicta factaque alterius.—ساعة ſine articulo, *momentum, horulam*; cum articulo, *tremendam illam reſurrectionis horam* deſignare, liquet ex Cor. vii. 187. et ſent. N. 45. ubi cum et ſine articulo occurrit.

S. 271. Ejuſdem ſenſus eſt cum N. 14. et in Collect. Wahid. N. 211. Conf. etiam quæ notavimus ad N. 241. et imprimis H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 117. et 118.—Porro pro يزيد Cod. P. legit تزيد, quod præfero.

S. 272. De voce رزق vide not. ad N. 93. et 139. h. l. ſimpliciter notat *victum*, ut in Cor. lxvii. 15. ut ita ſenſus ſit, *De hoſt zocht u zoo wel, als gyde hoſt*, i. e. paratiſſimus tibi eſt victus, dummodo tu laborare haud defugias, eidemque aptus ſis et idoneus. Quo ſpectat illud Apoſtoli 2 Theſſ. iii. 10. Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Similiter Ignatius Martyr Epiſt. ad Antiochum, Μηδεὶς ἀργὸς ἐσθιέτω. Adde et hoc Perſarum, رزک اگرچه مقسوم است اما باسباب آن تعلق شرط است, *victus quidem deſtinatus* (cœlitus), *ſed ea lege, ut comparando ei opera impendatur.* Conf. Warnerus, l. c. p. 18. N. 32.

S. 273. Significat, Meticuloſum mala, quamdiu non coram ſint, multo graviora, quam revera ſunt, ſibi fingere; cum e contrario ſecurus eſt, quando id, quod metuebat, præſens videt, illudque multo levius, quam cogitaverat, experitur.

S. 274. صبور, *patiens*, a radice صَبَرَ, צבר, pp. *compegit, conſtipavit*, et intranſitive, *compactus, durus fuit*, h. *obduravit, patiens fuit in adverſis.*—مُرَادٌ, *quod quis vult, voluntas*, eſt derivatum IV. Conj. radicis راد, רוד,

cujus origo in *motu reciprocato animalium libere vagantium*, unde ad *aberrationem a Deo, ad ſcortationem idololatricam* transfertur, Jer. ii. 31. ubi רַדְנוּ non vertendum, *domini ſumus*, ſed *libere pervagabimur, nulla Dei amplius habita ratione*, cui apte reſpondent verba ſequentia, וְלֹא אֱלֹהַּ נָבוֹא. Cæterum de hac radice conf. Schult. Har. iv. 57. et imprimis Schroed. ad Orig. cap. i.

S. 275. Vide quæ notavimus ad N. 191.

S. 276. Dominium in alios obtinere beneficentiæ fructum eſſe docuit etiam Auctor N. 7. Radix سود, סוד, pp. valet, *ſtipavit*, dein *fulcivit*, et h. *dominus, caput, princeps ſuæ tribus fuit, præfuit.*

S. 277. Redi ad ſent. N. 9.

S. 278. Significat, Converſationem cum fortunato multos adferre fructus amœnos.

NOTÆ IN EPILOGUM.

خالق الضياء والظلام, *Creator lucis et tenebrarum.* Eandem Dei deſcriptionem vide Eſai. xlv. 7. ubi Deus inquit: אני יוצר אור ובורא חשך.

خَيْرُ الانام, *præſtantiſſimus mortalium.* Elogium, quo Muhammed inſignitur, ut præſtantiſſimus non tantum hominum, ſed et cæterarum *creaturarum.*—Vox enim انام complectitur omnes, quæ in univerſo terrarum orbe inveniuntur, ſine ulla exceptione, creaturas. Cor. lv. 10. Har. ii. 44. et Tim. i. 402.

المبعوث على الابيض والاسود, *miſſus ad albos et nigros.* Titulus ſolennis, quo indicatur Muhammedem a Deo miſſum eſſe ad omnes homines, cujuſcunque ſint nationis, per univerſum orbem.—Per الابيض, *albus*, [pro quo alias ſcribitur الاحمر, *rufus, ruber*] intelliguntur, *Barbari* ſcil. illi qui non ſunt Arabes. Hi enim nomine الاسود, *niger*, deſignantur. Conf. Gagnier. Abulph. de V. M. p. 14. et H. A. Schult. ad Elnaw. p. 140. 141.

صاحب معجزات, *Dominus miraculorum*, i. e. *qui miracula facit*, uti صاحب النار, *Dominus ignis, qui ignem facit.* Lib. Colail. p. 24. et صاحب الشرّ, *ſocius mali, qui malum perpetrat, improbus, malignus*, ibid. p. 65. Scil. صاحب, pro ratione adjecti genitivi, varias accipit ſignificationes, ſic *domini* et *poſſeſſoris*, ſcil. *præditi aliqua facultate.* Sic صاحب القمار, *aleæ deditus*, Elnaw. p. 42. صاحب الصنعة, *poſſeſſor artis.* Gol. Adag. p. 66. صاحب الزكمة, *vir, cui moleſta eſt pituita*, Elnaw. p. 106. N. 192. صاحب الدولة, *primarius regni miniſter.* Vit. Salad. p. 46. صاحب الشرط, *præfectus ſatellitum.* Abulph. H. D. p. 73. صاحب الغرقة, *princeps jectæ.* Ibid. p. 77. Plura exempla vide apud Schult. Har. ii. 120. et ſeqq. et H. A. Schult. in indice ad Lib. Colail. p. 126. 127.

المصطفي, *electus, excellens*, pp. *purus* et *nitidus.* Eſt cognomentum Muhammedis, qui النبي المصطفي, *propheta excellentiſſimus* vocatur Ibn. Dor. v. 125. Radix eſt صفي, צפה, pp. *nituit, ſplenduit*, h. *clarum, defæcatum fuit* vinum, aqua, &c. unde in VIII. Conj. *elegit, ſelegit* aliquid ut melius, *excerpſit medullam.*

توفيق in genere notat, *quodvis auxilium*, et h. peculiariter *gratiam Dei*, ſcil. *concurſum Dei propitium*, quo ſenſu etiam occurrit in fine Prologi Collect. Wahid. et Meidan. i. N. 40. opp. اتفاق τῷ τυχόντι, *fortunæ*, Tim. ii. 200. Eſt autem actio II. Spec. radicis وفق, pp. *nexum eſſe*, ut cum quid *in orbem connexum eſt*, quæ verbi proprietas manifeſta in derivato Conj. VIII. متّفق, *concordans circulus*, h. *conveniens, aptus fuit*, et in II. *fecit ut aptus ſit, ſecundavit, inſpiravit* Deus, Abulph. H. D. p. 93. Vit. Salad. p. 20. et Elnaw. in Prologo, p. 8. inde in X. Conj. *petiit* التوفيق, i. e. *propitium imploravit* Deum, et *ſe ab eo dirigi optavit.*

NOTULÆ QUÆDAM

IN

TREDECIM SENTENTIAS ALI BEN ABI TALEBI,

Quæ in Cod. Leidenſi *deſunt, ſed partim in* Cod. Pariſienſi, *partim in* Editione Th. Erpenii *extant, quaſque calci paginarum Textus Arabici ſuis locis adſcripſi.*

I. Prima eſt, quæ occurrit poſt N. 32. Codicis Leid. convenitque cum ea, quam habuimus N. 117.

II. Secunda et

III. Tertia ſententia inſertæ ſunt poſt N. 44. Cod. L. Vox شيطان, שטן, deſcendit ex ſpecie פיעל radicis شطن, שטן, pp. *ligavit, conſtrinxit firmius,* unde ad *vim* et *violentiam* transfertur, et h. *inobſequens, pervicax, adverſatus fuit* ſocio, quæ notio optime quadrat in Diabolum, qui in Corano dicitur لِلْإِنْسَانِ عَدُوٌّ مُبِينٌ, *infenſiſſimus humani generis hoſtis.* Sur. ii. 208. xvii. 53. xxviii. 15. xxxvi. 59.

IV. Quarta ſententia, quæ in margine Cod. P. poſt N. 50. Cod. L. adſcripta eſt, charactere tam difficili exarata eſt, ut amicus meus J. Scheidius eam vix ac ne vix quidem legere potuerit; quam ob cauſam, uti ſuſpicor, Interpres Regius eam in Latinum ſermonem non transfuderit. Fateor etiam me eam non intelligere, nec dubito, quin in mendo jaceat.

V. Quinta ſententia ſequitur in Cod. P. poſt N. 62. Cod. L. in quo tamen ea alio loco occurrit N. 144. hac ſolummodo differentia, quod pro حابت صفقة, *fruſtra eſt mercatus ejus,* ibi uno verbo legatur غبّل, *errat.*

—Oppoſitam huic ſententiam vide ſupra N. 15. Ubi Imperator docet, *Lucrum facere eum, qui mundana vendit pro æternis.* صفقة, *mercatus,* pp. *complofio manuum,* qualis eſt contrahentium, a صفق, *percuſſit vehementius, ut audiretur ſonus,* peculiariter *plauſit, complofit manus,* ſcil. *manibus,* Abulph. H. D. p. 216. unde ad *converſationem* et *commercium* omne tranſfertur. Har. iv. 40. q. d. *percuſſit utrimque manu, aſſeruit illi emptionem.*

VI. Sexta ſententia exhibetur in Cod. P. poſt N. 86. Cod. L. زلقة اللسان, *volubilitas linguæ,* i. e. *prompta lingua.* Radix nempe زَلِقَ, דלק, pp. valet, *volvi, volvendo acuminari,* nec non *veloci* et *irrequieta mobilitate vigere.* Unde apud Arabes non tantum, ſed et apud Hebræos uſurpatur de *flamma ardente,* cujus extremitas in mucronem acuminatur, in quo præcipua ejus vis et vehementia ſita eſt. Obad. v. 18. Ezech. xxiv. 10. et Pſ. vii. 14. ubi חִצֵּים לְדֹלְקִים non ſunt *ſagittæ,* quas Deus jaculatur *in ardentes perſecutores* (uti vulgo) ſed *ſagittæ inſtar flammæ in cuſpidem acuminatæ.* Intelliguntur *fulmina,* quæ ſunt quaſi *tela ignita ex arcu numinis evibratæ.* Præfixum enim ל hic pulchre exprimit conditionem et qualitatem, valetque, *ſane, profecto.*—Radix زَلُقَ med. *damm.* adhibetur etiam de *lingua,* quæ *acuta, volubilis, prompta* et *expedita eſt.* Tim. ii. 328. hinc خاطب زلق ودليل a Camuſo exponitur per *oratorem,* qui *diſertus,* et *lingua expeditus eſt.* Cæterum de hac radice conſulatur Schult. in Comm. ad Prov. p. 377. 378.

VII. Septima ſententia additur in Cod. P. poſt N. 94. Cod. L. رعونات cujus ſing. رعونة mox ſequetur N. 11. notat *vanas jactationes, oſtentationes,* ſcil. *ornamenta ad oſtentationem animæ,* a radice رعن, *prominuit, propendit cum laxitate,* ſcil. *laxe pendulus fuit,* et dein ad mentem tranſlata, *ſtultus fuit,* et *ſemet ornavit, jactavit.* Reſpondet Hebr. רען, cujus derivatum ex ſpecie פעלל in S. S. remanſit. Pſ. xxxvii. 35. ubi עץ רענן notat *arborem* non *viridem* (uti vulgo) ſed *patulam,* cujus rami *laxe prominent* atque *propendunt.*—Loco مِنْعَبِيهَا, quod vitioſum mihi videtur, legere

mallem مُنْصِبُهَا, *laſſant eam*, ut ſit particip. IV. Conj. radicis نصب, pp. *fixit*, in IV. *ſtare fecit jumentum*, pro *laſſavit*, *defatigavit* curſu, ut ſe movere amplius nequeat. Hinc lux oritur loco Zach. xi. 16. ubi נצבה de *pecude* ob *laſſitudinem* et *debilitatem ſubſiſtente* uſurpatur.

VIII. Hæc et proxime ſeq. ſententia in Edit. Erpenii ſequuntur poſt N. 169. Cod. L.—Senſus hujus ſententiæ eſt, Proprium cuique cor ſcil. animum, niſi bonæ mentis imperio regatur, noxam afferre et pernitiem. Vide Gol. in not. ad Adag. Gramm. Erpenii annexa. p. 82. N. 35.

IX. عَارٌ, *opprobrium, dedecus, ignominia.* Abulph. H. D. p. 154. &c. Ham. p. 440. Radix عَارَ med. ي idem valet, quod Hebr. עור, vel עיר, *agilem eſſe, agiliter ſe movere*, dein *ferbuit, æſtuavit*, h. *æſtuante affectu in aliquem invehi, convitiari*, et *maledictiones præ ira evomere.* Abulph. l. c. p. 46. Docere mihi videtur Imperator, Ignominiam pauperis, qui ſine culpa ſua ad egeſtatem redactus eſt, multo leviorem eſſe ignominia divitis, qui bonorum ſuorum profuſione in omnem miſeriam prolapſus eſt, a quo divitis inſtituto merito dehortatur Syrach. cap. xviii. 3. 37. *Turpis* enim eſt *inopia, quæ naſcitur de gloria*, uti Sen. et Syr. M. Sent. N. 738. Quod et intendit Imperator in ſeqq. Collect. Wahid. N. 85. ubi inter ea, quæ animum urunt et perdunt refert الفقر بعد الغني et N. 225. ضرر الغني اكثر من ضرر الفقر. *Vel*, ſi mavis, ſenſus hujus ſententiæ poteſt etiam eſſe, Paupertatem, qua quis abſque ſua culpa prematur, ipſi non adeo dedecori eſſe, quam diviti opes, quas ſibi injuſto modo congeſſit, quo ſenſu Menander dixit p. m. 165 : καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς, *inopia honeſta potior eſt opibus improbis.* Conf. etiam in ſeqq. Collect. Wahid. N. 334. nec non ejuſdem Cod. MS. in quo ſub litera ض exhibetur hæc ſententia, ضرر الفقر خير من أَشَرِ الغني, *anguſtia paupertatis melior eſt quam exultans divitiarum lætitia.*

X. Exhibet hanc ſententiam Editio Erpenii poſt N. 171. Cod L. Radix كَفَّ c. c. عن abſolute uſurpatur de *abſtinentia* a malis. Abulph. H. D.

p. 336. et 445. Ham. p. 498. Tim. i. 518. &c. pp. valet, *adſtrinxit vinculis*, et *plicuit, complicuit*, et dein *ſemet continuit, curvatione inflexus fuit*, q. d. *plicuit ſe*.

XI. Inſerta eſt hæc ſententia in Cod. P. poſt N. 202. Cod. L. De voce حِمَّة ejuſque radice حمّ, חמם ſupra egimus, N. 220. et 254. Conf. etiam in ſeqq. Meidan. i. N. 44. ubi paulo plenius ſe explicat Auctor.

XII. Suppeditat hanc ſententiam Cod. P. poſt N. 217. Cod. L. Eodem tendit illud Sen. et Syr. M. N. 633. *Qui ſe ipſum laudat, cito deriſorem invenit*, quam ob cauſam laudem propriam evitandam eſſe recte monet Græcorum quidam apud Grot. l. c. p. 931. *ὑπὲρ σεαυτῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια, noli ipſe laudis facere tibi præconium.*

XIII. Exſtat hæc ſententia in Cod. P. poſt N. 248. Cod. L. أَحْرَار collect. *τῶ* حُرّ a radice حَرّ, חרר, pp. *ferbuit, canduit* ferrum, quando totum eſt ignitum, *vel* alia materia, quæ particulas igneas tam copioſe recepit, ut inde tota luceat et ſplendeat, unde notio *indolis nobilioris* et *ingenuitatis* ſponte manavit. احرار igitur notat *tales*, qui *nobili* atque *ingenua liberalitate præditi ſunt*, ſcil. quibus ineſt *candor* pectoris, in quo nulla ærugo, nullæ ſordes, ſed omnia liberalia libero ingenio digna. Pari modo Hebr. חוֹר cum plur. חוֹרִים de *nobilibus* in S. S. paſſim uſurpatur. Eſai. xxxiv. 12. Jerem. xxvii. 20. Eccl. x. 17. &c.—Ad hanc radicem commode etiam referri poteſt forma אָחֵר Job. viii. 19. Valde enim friget, ſi vertatur per *alium* vel *alios*, ab אַחַר. Multo ſane prægnantior erit ſenſus, ſi forma illa habeatur contracta eſſe ex אַחֲרֵר, a חרר, et vertatur h. m. *et ex pulvere nobilius genus* [in quo ſcil. pectus candidum et ingenuum ineſt, quodque omnem haud fucatam virtutem exercet] *efflorescet*. Sic enim optime opponitur *τῷ* חָנֵף, *hypocritæ*, de quo v. 13. et ſeqq. agitur. Conf. Schult. in Jobum, p. 231.

ANNOTATIONES

IN

COLLECTIONEM SECUNDAM.

OBSERVATIONES

IN

QUASDAM ALI BEN ABI TALEBI SENTENTIAS

EX CODICE WAHIDI MSS. EXCERPTAS.

PROŒM. pag. 46. lin. 9. جَادَّةٌ exponente Gjeuhario eſt معظم الطريق, *via major* et *regia*, nec non *dura planaque*, in qua quis tute, commodeque incedit, uti in Proverbio eſt, من سلك الجدد امن العثار, *qui incedit via dura planaque, tutus eſt a cæſpitatione.* Conf. Tim. i. 52. et Tab. Ceb. p. m. 28. 30. et 32. ubi uſurpatur de *via* vel *ſemita*, quæ recta ad beatitudinem ducit.

Ibid. lin. 11. فُرَادَي, *ſingularia.* Secundum Gjeuhar. eſt collect. τοῦ فَرْدٌ, פֶּרֶד, quod idem ac الوتر, *ſingularis*, formæ نُصَارَي, qua Grammatices pomœria ampliari poſſunt, cum in plural. fract. catalogo vulgari hæc non reperiatur. Addit idem Lexicographus, علي غير قياس كَانّهُ جمع فَرْدَانَ, i. e. *præter analogiam formatum eſſe, ac ſi eſſet collectivum* τοῦ פַּרְדוֹן, a them. فرد, פרד, *diviſit, ſeparavit*, et h. notione intranſitiva, *unicus, ſingularis, incomparabilis fuit*, q. d. *ſeparavit ſe*, vel *ſegregatus fuit a* cæterorum *conſortio* aut *conditione*, aliiſque *eminuit*, qualis κατ' ἐξοχὴν vocatur فريد الدهر, *unio ſeculi.* Tim. i. 32.

Ibid. تُؤَامٌ, *conduplicata*, ſcil. *continua.* Eſt ſecundum Ebn Sikkyt apud Gjeuhar. collect. formæ نُصَارٌ, a radice تأم, תאם, *æquavit*, unde notio *con-*

tinui, quatenus partes æquales conjunguntur, ſerieque continua ſe invicem ſubſequuntur. Ab *æquando* orta etiam notio *æqualis* ſive ſocii, et h. iterum in verbo, *ſocium adſcivit*, item *æqualem*, i. e. *ſocium habuit in partu*, ſcil. *gemellum*, unde in IV. اتـام, התאים, *æquales*, ſcil. *gemellos peperit* fœmina. Abulph. H. D. p. 25. cujus particip. plur. fœm. gen. מתאימות remanſit in S. S. Cant. iv. 2. et vi. 6.

Pag. 46. lin. 12. جَدِّه, *excellentiæ*, ſcil. *magnitudinis ejus*. جَدٌّ idem valet quod عظمة et غنا, *magnitudo dignitatis et gloriæ*. Eo ſenſu Corani phraſis جدّ ربّنا a Gjeuhar. explicatur per عظمة ربّنا, *magnificentiam*, ſcil. *majeſtatem Domini noſtri*. Similiter radix جدّ apud eundem Lexicographum exponitur per عظم. Sic وآل عمران جدّ فينا, *familia Imrani illuſtris fuit apud nos*, i. e. عَظُمَ فِي أَعْيُنِنَا, *maximo in honore fuit in oculis noſtris*.

Pag. 48. lin. 2. وفهق بالحقّ جنانه, *cujuſque intellectus redundet ipſa veritate*. Radix فَهِقَ obſervante Gjeuhar. uſurpatur de *vaſe* vel *aquario*, quum repletum ſit ad *effuſionem*. Sic Poeta,

الاعشي تروح علي ال المحلق جفنة
كجابية الشيخ العراقي يفهق

Adventat veſperi ad Mihlafi familiam vir liberalis,
Aquarii inſtar majoris ſenis Arakienſis effuſe redundans bonis.

Hic loci pulcherrime adhibetur de *corde*, ſcil. *intellectu*, in quo, tanquam in *vaſe*, veritas *ſe late diffundit* et *redundat*. Ad hanc radicem referenda quoque ſpecies تفيهق, quæ occurrit Tim. ii. p. 212. وتشدّق في هذا الكتاب وتفيهق في هذا الخطاب, *in ſcripto et ſermone ampla et diffuſa oratione uſus fuit*.

Ibid. lin. 4. اضاليل in Lex. Gol. non comparens eſt collect. ת֫ה֫ אֹפֶל vel اضْلَالٌ, اضْلِيلٌ, *error*, a ضلّ, צלל, cujus origo in *obſcurando*, unde

errandi a recto tramite, obliviſcendi, aliæque notiones ſponte manarunt. Huc pertinet etiam quadrilitera ضلصل, צלצל, cujus derivatum ضَلَصَلٌ et ضَلَصَلَةٌ, *terram* notat *ſalebroſam,* in qua *facile errat* viator. Sic Jeſ. xviii. 1. ארץ צלצל non incommode reddi poteſt per *terram ſalebroſam, aſperam, horridam.*

Pag. 48. lin. 5. مِنَاهِجٌ, *viæ regiæ.* Deſideratur et hæc forma Collect. in Lex. Gol. ubi مَنْهَجٌ et مِنْهَاجٌ *viam patentem, manifeſtam* et *regiam* notat. Proprie eſt *ductus,* quo ſenſu venit Hebr. מִנְהָג 2 Reg. ix. 20. et per metonymiam, *via* qua *agmina duci* ac *propelli ſolent.*

Ibid. lin. 10. اناء الليل واطراف النهار, *nocte concubia, extremitatibuſve lucis.* Verba deſumpta ex Cor. xx. 129. *Prius,* اناء الليل a Gjeuhar. exponitur per ساعاته, *horas noctis. Poſterius,* اطراف النهار, *extremitates lucis* notat, *matutinum* et *veſpertinum tempus.* Pro collect. اطراف vulgo uſurpatur forma Dual. طرفي النهار, *duæ diei extremitates,* i. e. *mane* et *veſpera.* Cor. xi. 115. et Carm. Pythag. p. m. 14.

Ibid. lin. 12. تنميق actio II. Spec. radicis نمق, *ſcripſit, exaravit librum* vel *epiſtolam.* Tim. ii. 222. in II. *excoluit, elegantique calamo ornavit* ſermones. Abulph. H. D. p. 94.

Ibid. lin. 14. الحكمة الشاردة, *ſapientia fugiens,* i. e. quæ aliis *inacceſſa* atque *impervia* eſt. Sic قافية شاردة, *carmen fugax,* notat carmen incomparabile et intractabile, quod ita præſtat, ut ab aliis attingi nequeat. Har. vi. 194.

Ibid. lin. 16. علّامة زمانه ووحيد اقرانه, *ſeculi ſui eruditiſſimus, et æqualium ſuorum facile princeps.* Eodem fere elogio inſignitur Arabsiada Doctor. Tim i. 32. وحيد العصر علّامة الورى, *temporis ſui Phœnix et mortalium ſapientiſſimus.*—وحيد, *unus, unicus,* paſſim uſurpatur pro *eximio, ſingulari,* uti Hebr. אֶחָד nonnunquam in S. S. venit.

Pag. 50. lin. 1. وقربه من الصدر الاوّل, *et in conſeſſibus virorum*

principum ad primum perveniſſet locum, ad literam ſonat, *Et accedere ejus ad pectus primum.* صدر, *pectus*, exponitur in Lex. Gol. per *ſupremum locum, accubitumve in conſeſſu.* Qua notione ejus plur. صدور occurrit in Adag. Gol. p. 153. N. 66. Uſurpatur etiam de *magnatibus*, ſcil. *viris principibus.* Tim. i. 368. وملوكهم روس واعيانهم صدور, *et reges eorum ſunt capita, magnates vero veluti pectora.*

Pag. 50. lin. 1. وضربه في الفضل بالقدح الافصل, (MS. legit الأحدل) *et ferire ejus in excellentia*, ſive *in eloquentia, præſtantiſſima ſagitta penetrantiſſima.* Intelligitur *oratio* ejus *efficaciſſima*, qua auditores convincuntur, eorumque corda quaſi *terebrantur* et *perforantur.*

Ibid. lin. 4. مع كسوف البال, *etſi eclipſin pati ſoleat mens mea.* Radix كسف imprimis de *obſcuratione ſolis* uſurpatur Abulph. l. c. p. 63. 147. 150. Hiſt. Sarac. p. 15. et figurate de *obſcuratione* ſolis *victoriæ*, Tim. i. 472. et h. l. de *obſcuratione* ſolis *mentis* vel *intellectus.* Plena phraſis eſt, كسوف الشمس البال, uti liquet ex Tim. ii. 596. ubi pro بال vox عقل adhibetur, كسف الشمس عقله, *ſol intellectus ejus eclipſin paſſus* eſt.

Ibid. lin. 7. ميدان, pp. notat *palæſtram, ſtadium*, vel *hippodromum, in quo equitantes gyrant*, h. l. fig. de *palæſtra eloquentiæ*, conf. Tim. i. 196. ubi de *verbis*, quæ في ميادين الفصاحة البلاغة, *in hippodromis eloquentiæ, facundiæque gyrant.* Sic etiam fig. de ميدان المناقب, *ſtadio virtutum* ad arcem præſtantiæ obtinendam. Ibid. ii. 358.

Ibid. ونقص وزني عن اوزانهم, *deficiente quoque meo pondere ipſorum inter pondera.* Hiſce verbis agnoſcit intellectus ſui defectum, quo Ali ſententiis excellentiſſimis, dictiſque ejus graviſſimis juſta ſua pretia ſtatuere non valeret. Conf. cum hoc loco Dan. v. 25. et 27. et Har. Conſ. ii. 47. ubi vide Schult.—نقص, *imminutus fuit, defecit:* peculiari uſu adhibetur de *defectu orationis.* Vide infra Meidan. i. N. 43.

Ibid. من قصير حكمة, *de reconditis* et *ſapientibus dictis.* قصير, pp.

notat *reſectum*, et h. de *re quæ recondita*, et ab aliorum conſpectu quaſi *reſecta eſt*. Sic قصيرة, exponente Golio, idem valet quod مقصورة, *mulier quæ arctiore cuſtodia aſſervata*, et *in conclavi recondita eſt, unde prodire non ſinitur*. Cor. lv. 72.—حِكَم, *dicta ſapientia* ſive *ſolida*, quo titulo etiam Lockmani dicta inſigniuntur, Har. Conſ. 43. Radix حكم, חכם, pp. notat *compactum, conſolidatum eſſe*, et h. *ſapiens fuit*, quatenus *ſolidum ingenium ſoluto* ac *debili* opponitur. Sic de *ſcientia ſolida*. Abulph. l. c. p. 326.

Pag. 50. lin. 8. من خطير كلمه, *de excellentibus ejus ſermonibus*. Intelliguntur ſermones, qui acumine et ſubtilitate conceptuum in cordibus hominum vibrant, eaque movent. Radix خطر, חטר, pp. valet, *vibravit, vibranti motu agitavit*, et h. *in dignitate et exiſtimatione fuit*, q. d. *vibrando eminuit, excelluit*, unde خَطَر, *dignitas, exiſtimatio*, Elnaw. p. 64. v. 106. خطير, *vir dignitate et auctoritate pollens*, Tim. ii. 126. et خواطر, *nobiliores animi impetus*, Ibn. Dor. v. 5. et Abulph. l. c. p. 3. A *vibrando* etiam Hebr. חטר, *virga vibrans*, nomen accepit.

Ibid. تخرس البلغاء, *ut vel diſertiſſimi obmuteſcere cogantur*. Obſervanda h. l. ſyntaxis, qua fut. tempus ſing. num. plur. humano eleganter præponi ſolet, non raro diſcrepante genere. Eadem ſyntaxis mox redibit lin. ſeq.—بلغاء collect. τῦ بليغ, *facundus, eloquens, efficax in dicendo*, a بلغ, *contigit ſcopum* et *terminum propoſitum*, unde transfertur ad *facundiam potentiorem*, qua ſcopus attingitur. Vide infra N. 161. et Collect. ex Meidan. part. i. N. 36. nec non Har. ii. 52.

Ibid. lin. 9. وتبلس الحكماء, *et ad deſperationem perveniant ſapientiſſimi*. Radix بلس, בלס, primario notat, *carpſit ut ſiccaret*, item *decerptus fuit* et *exſiccatus*, unde Hebr. בלס, *ficus*, nomen accepit: in IV. Conj. transfertur ad *mentem attonitam confuſione cum deſperatione conjuncta*, Cor. vi. 43. et xxx. 12. Veluti Hebr. יבש, *areſcere*, eadem metaphora, transfertur ad *mentis confuſæ fractionem* et *deſperationem*.

Pag. 50. lin. 10. كالمغترف من البحر بكفّه, *qui aquam vola ſua hauriat de mari,* i. e. *qui operam fruſtra inſumit,* ſcil. *laborem profundit.* Obſervanda h. l. pulcherrima paronomaſia inter المغترف, *hauriens aquam,* et mox ſeq. المعترف, *agnoſcens.* Eadem paronomaſia occurrit Tim. ii. p.966. qui locus huc optime facit; المعترف بتقصيره وخطاياه والمغترف من بحر كرمه وعطاياه, *confitens imbecillitatem,* ſcil. *defectus ſuos et peccata ſua, haurienſque ex mari liberalitatis et munificentiæ ejus.*

Ibid. lin. 12. العلم اللاهوتيّ, *ſcientia Divina.* Vox اللاهوتيّ non comparet in Lexicis, nec memini me ullibi legiſſe. Forſan legendum الالهية, ex ال artic. et الهية fœm. τȣ̃ الَهِيٌّ, *Divinus,* poſſeſſivum ab الَهٌ. Sic Metaphyſica vocatur *ſcientia* الالهية, *Divina,* Abulph. H. D. p. 33. Legitur etiam ejus maſcul. genus Tim. ii. 106. ubi الفضل الالهيّ eſt *gratia Divina.*

Ibid. lin. 14. اسانيد, collect. a ſing. اسناد et اسنادة, *allegatio alienæ auctoritatis et fidei.* Actio IV. Spec. radicis سند, pp. *nixus, innixus fuit,* in IV. *inniti fecit,* Abulph. H. D. p. 11. Hiſt. Sarac. p. 7. et Lib. Colail. p. 9. Dein *retulit aliquid ad aliquem,* ut *teſtem* et *auctorem fide dignum, allegavit* dictum *auctoritate alterius nixus.* Vide Har. iii. 124. et Tim. i. 138.

Ibid. lin. 15. محذوفة, *compendium.* Deeſt in Lexicis. Radix eſt حذف, quæ in appendice ad Lex. Golii exponitur, *dempſit, detraxit, rejecit, ſuſtulit* quid de alia re. Hinc gloſſæ apud Giggejum حذف الحرف, *literæ ſyncopen effecit, apocopen adhibuit,* et حذف السلام, *brevis fuit in ſalutatione,* ſcil. *ſalutem paucis abripuit,* &c. &c. unde notio *compendii,* quo dicta alicujus *in pauca rediguntur.*

Ibid. lin. 17. ويحلولي لفظه, *ut ſuavior foret earundem prolatio.* يحلولي 3. fut. Conj. XII. qua Lexica augenda. Exponente Teblebio idem valet ac استدّ حلاوته, *intenſior fuit dulcedo ejus,* a radice حلا, חלה, in origine, *polivit, politum reddidit, lævigavit terendo,* h. *dulcis* et

ſuavis fuit. Opponitur τῷ مرّ, *amarus fuit,* Tim. i. 10. et in ſeqq. N. 341. Conf. omnino Schult. ad Har. v. p. 86. et Orig. tom. i. cap. 9.

Pag. 50. lin. 17. لَأَلِيٌ collect. τῦ لُؤْلُؤٌ, *margarita, unio,* a radice لَأْلَأَ, *fulſit* ſtella, et *micuit* ut ſtella facies. Sic Tim. ii. 504. *Quorum facies* كانت تلالا, *ſplendebant veluti ſidus Zubur.* A *ſplendore* margarita etiam لؤلؤ dicitur, quæ vox multis variiſque figuris inſervit. Teritur v. g. de *dentibus candidiſſimis,* quæ cum *margaritis* comparantur, Har. ii. 78. et 84. de *lacrymis,* quæ *margaritarum* figuram gerunt. Ibid. p. 100. de *candido rore* ſupra herba viridi *uniorum* inſtar *fulgente.* Tharaph. v. 6. de *ſermonibus pretioſis.* Har. ii. 102. et h. l. de *ſententiis* Ali.

Pag. 52. lin. 2. لذوي العقول والادب, *ſufficienti præditis intelligentia, et morum humanitate.* ذوي contractum ex ذوون, a ſing. ذو, זֶה *hic,* item *dominus, poſſeſſor, præditus* aliqua facultate. Quod pronomen, ſi ſequatur ſubſt. in gen. caſu, varios facit idiotiſmos, quorum aliquot exempla enumeravit H. A. Schult. in indice ad Lib. Colail. p. 117. Alia ejuſdem generis vide Ham. p. 570. 576. 578. 590. Har. ii. 74. iii. 164. v. 68. Abulph. H. D. p. 5. 66. Gol. Adag. p. 121. 126. 132. 157. et in ſeqq. N. 144. 147. &c. Vide etiam G. Jones de Poeſi Aſiatica, p. 317.

S. 1. عصم et سلم ſibi opponuntur. Prius de *defenſione,* Cor. xi. 43. Poſterius de *traditione* urbis, caſtelli, &c. Abulph. H. D. p. 497. 507. 532. &c. uſurpantur. Figurantur itaque *Religio* et *Mundus* tanquam duo urbis, ſcil. arcis præfecti, quorum alter eam ſtrenue defendit; alter vero eam prodit, hoſtique tradit.

S. 2. Idem docet Auctor in Collect. Wahidi MSS. ſub litera ح. حسن التدبير ينمي قليل المال، وسوء التدبير يفني كثيرة, et ſub litera ص. صلاح العيش التدبير. Notanda h. l. paronomaſia inter بضاعة et اضاعة.

S. 3. Idem innuit illud Latinorum, *Fortior eſt qui ſe, quam qui for-*

tiſſima vincit mœnia. صيانة, *continentia, conſervatio,* a صان, צין, pp. *conſtrinxit* ſpecialiter in loculum, h. *cuſtodivit, conſervavit* peculiariter vitam. Vit. Salad. p. 121. et in V. Conj. quæ Gol. Lexico addenda, *cuſtodivit, continuit ſe.* Ibid. p. 61. وكان متصونا في طريقته, *erat temperans in univerſa vitæ via ac ratione.*

S. 4. Significat, Hominum vitæ terminum apud Deum ita fixum ac determinatum eſſe, ut illius ne momentum quidem tranſgreſſuri ſint. Conf. Job. cap. xiv. 5. Vel ſi per انفاس معدّة intelligere velis, *halitus paucos,* uti in Cor. ii. 80. ايّام معدودة, *dies numerati* ſunt *dies pauci,* ſenſus erit, Vitam humanam eſſe breviſſimam.

S. 5. الحقّ, *veritas,* quo titulo aliquando inſignitur Coranus ipſe, quem Muhammedani ut Dei verbum, omniſque veritatis fontem æſtimant. Sur. xlvi. 7. Hoc ſenſu idem docebit Ali, quod Apoſtolus de verbo Dei teſtatur Epheſ. vi. 17. et Hebr. iv. 12.

S. 6. Conf. in ſeqq. S. 44. et dictum Salomonis Prov. xxvii. 12. et xxviii. 26.

S. 7. الحسد, *invidia,* paſſim ab Auctore atro carbone notatur. Vide in anteced. S. 207. 216. 218. 247. et in ſeqq. S. 41. 174. 193. 482. 507. et apud Meidan. i. N. 26.

S. 8. Convenit cum ſent. II. quam modo habuimus. معونة idem notat quod معان, *res quævis utilis* aut *neceſſarii uſus,* adeoque *victus* ſcil. omne quod ad vitam ſuſtentandam neceſſarium eſt, a معن, *fluxit* aqua, et *fluere fecit.*

S. 9. Idem Apoſtolus 1 Tim. vi. 10. Conf. etiam infra. Meidan. i. S. 24.

S. 10. Vide infra S. 31. et Meidan. i. S. 46. Conf. etiam quæ ſupra notavimus ad ſent. S. 36. et 161. مادّة, *augmentum continuum,* Tim. ii. p. 208. ubi مادّة الغساق, *vomica mali.* Radix eſt مدّ, מדד, pp. *extendit, expandit.*

S. 11. ردیف, *ſucceſſor*, ſcil. *qui poſt tergum alterius ſubſequitur*, a ردف, רדף, quæ radix, exponente Gjeuhario, teritur de eo الهرتدف وهو الذي ركب خلف الراكب وهو ردفه, *qui pone ſequitur, qui equitat poſt equitantem, et qui eum ſubſequitur.* Exſtat etiam apud eundem Lexicographum gloſſa: *ſecundum inſeſſorem alteri poſt tergum inſidentem tulit equus.* Hinc lux oritur loco Thren. cap. v. 5. *ſuper cervicibus noſtris* נרדפנו, vulgo, *perſecutionem patimur*, malim, *paſſi ſumus inſeſſores*, quorum ſcil. unus poſt alterum continuo ſubſequitur. Talis *inſeſſus* intelligitur etiam in voce מְרֻדָּף, Eſai. xiv. 6. Eadem verbi proprietas manifeſta quoque in IV. Conj. *fecit ut poſt tergum ſuum* aut *alterius equitaret.* Abulph. l. c. p. 187. et in VI. quæ uſurpatur de *eo*, qui *poſt tergum alterius uni inſidet equo.* Figurantur itaque hac ſententia *fortuna ſecunda* et *adverſa*, ut duo equites, quorum poſterior priorem pone ſequitur, ejuſque *tergo* quaſi *inſidet.* Similiter Horatius, lib. iii. Od. I. 40. *Poſt equitem ſedet atra cura.*

S. 12. Conf. dictum Salvatoris Luc. vi. 45. *Ex abundantia cordis loquitur os.*

S. 13. Eodem tendit, quod Auctor in ſeqq. docet. S. 176. 217. et 278.

S. 14. Abſtinentiam a cibus præcipuum atque utiliſſimum eſſe medicamentum jam monuit Hippocrates; ſatietatem vero et edacitatem multos adferre morbos docet Syrach. cap. xxxvii. 33. ἐν πολλοῖς γὰρ βρώμασιν ἔσαι νόσος, καὶ ἡ ἀπληςία ἐγγιεῖ ἕως χολέρας.—Vox جوع, *inedia*, deſideratur in Lexicis. Eſt derivatum Speciei V. radice جاع, גוע, pp. *hiavit, ore diducto hiavit*, h. *famelicum eſſe, fame* et *inedia laborare.* Gol. Adag. p. 111. N. 95. Eadem tranſlatione Belgæ dicunt *van honger geeuwen.*

S. 15. ساعة ſine articulo ال notat, *breviſſimum tempus, unam horam*, ſcil. *horulam, momentum.* Vide ſupra N. 45. et 270. et Cor. vii. 35. *Omni genti meta* præfixa eſt, *cum ergo venerit meta eorum, non procraſtinabunt* ساعة, *unam horam.* Phraſis ergo, *homo filius horulæ*, ſcil. *unius horæ ſuæ*,

ſignificabit, Hominis vitam eſſe breviſſimam, quæ ubi fugerit, revocari non poteſt. Quo reſpicit etiam Jobus, cap. xiv. 1. *Homo natus mulieris* קצר ימים, *brevis eſt dierum*, nec non altera phraſis, qua homo dicitur ابن يومه, *filius diei ſuæ.* Gol. Sent. Poet. p. 165. N. 44.

S. 17. Conf. Syrach. cap. xiv. 4. ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῦ συνάγει ἄλλοις, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτῦ τρυφήσουσιν ἕτεροι, et Sen. et Syr. M. Sent. N. 59. *Avarus niſi cum moritur nil recte facit.*—وارث collect. τοῦ وارث, *hæres*, qui bona defuncti ſuis *annectit*, a ورث, *nexuit, annexuit.*

S. 19. Hæc ſententia in Cod. MS. ſub litera ب ſic exhibetur, بالاحسان يستعبد الانسان, cum quo convenit Sen. et Syr. M. Sent. N. 71. *Beneficium accipere libertatem eſt vendere.* Quæ cauſa eſt, *cur ii qui ſe locupletes, honoratos et beatos putant, ne obligari quidem beneficio volunt*, ut ait Cic. de Officiis, lib. ii. §. 20.

S. 20. Idem docebit Auctor in ſeqq. N. 277.

S. 21. Senſus eſt, Hominum naturam ita corruptam ac depravatam eſſe, ut non niſi cum difficultate virtutum ſcalam adſcendant, earumque culmen attingant; cum e contra ad quælibet vitia quam maxime proclives ac proni ſint. Quo ſpectat illud Euripidis ap. Grot. l. c. p. 319. ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων, *carpit per ſalebras virtus iter.*

S. 22. Similiter Menander p. m. 166. πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει, et Euripides l. c. p. 429. σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις.

S. 24. Senſus videtur eſſe, Eum operam alicui rei fruſtra impendere, qui occaſionem ei opportunam præterire fecerit. Quo tendit illud Catonis: *Fronte capillata, poſt eſt occaſio calva.* Radix فات, פות, ſæpiſſime de *occaſione elapſa* uſurpatur. Tim. i. 544. ii. 116. &c. &c.

S. 25. Scil. Uti dies et vigilia citiſſime finiuntur, ſic mundus ſubito præterit et breviſſimæ durationis eſt. Conf. 1 ad Cor. cap. vii. 31. et 1 Joh. ii. 17.

S. 26. Idem docetur in ſeqq. N. 431. Vide etiam Pſ. cxli. 5. et Salomonis Prov. cap. vi. 23. xiii. 18. xv. 31. 32. xxix. 15. et alibi.

S. 27. Cum priori hujus ſententiæ membro convenit in ſeqq. N. 422.

S. 28. Conf. in ſeqq. N. 88. ubi Religio inter ea enumeratur, quæ توجبن المحبّة, *amorem conciliant.* Porro oppoſitam huic ſententiam vide infra. N. 37.

S. 29. Affine eſt quod in ſeqq. ait. N. 316.

S. 30. Ad prius ſententiæ membrum facit illud Ariſtophanis apud Grot. l. c. p. 529. Πατρὶς γάρ ἐϛι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τὶς εὖ, *ubicumque vivis commode, patriam puta.* Similiter Menander p. m. 160. Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρὶς, *terra omnis illi patria eſt, cui res proſperæ.*

S. 31. Obſervanda pulcherrima paronomaſia inter مَالٌ, أَمَالٌ et أَعْمَالٌ. Media vox أَمَالٌ vulgo *ſpem* notat, ſed h. l. *cupiditates* ſignificare mihi videtur. Conf. ſent. X. quam modo habuimus.

S. 33. Idem affirmatur de *homine probo* in ſententiis Gramm. Erpenii annexis N. 96. Huc facit etiam ſimilitudo pulcherrima in Lib. Hamaſa cap. ii. de morte viri fortiſſimi ac perliberalis Maani,

فتي عيش معروفه بعد موته
كما كان بعد السيل مجراه مرتعا

Juvenis erat, qui poſt mortem ob liberalitatem ſuam vivit,
Velut pratum poſt imbris effuſionem vireſcit.

Vide G. Jones de Poeſi Aſiat. p. 158. 316. et 317.—Radix نقل, *tranſportavit,* ſpeciali uſu teritur de *tranſlatione* الي منازل الاموات, *ad manſiones mortuorum,* vel الي دار الفناء, *ad domum mortis,* Tim. i. 188. unde in VIII. abſolute notat *migravit e vita, mortuus fuit.*—منازل collect. τῶν منزل et منزلة, *locus* ubi quis *divertit* aut *ſubſiſtit, manſio, domus.* Speciatim adhibetur de *manſione aſtronomica,* Cor. x. 6. ubi *manſiones lunæ* vocantur منازل. Unde lux oritur loco 2 Reg. xxiii. 5. ubi cum ſole et luna ſimul recenſentur מַזָּלוֹת, qua voce commode intelligi poſſunt *ſigna Zodiaci,*

et *reliquæ manſiones* et *dimenſiones aſtrologicæ* ſimul cum fatis, quæ ſuperſtitio iiſdem annexuit, quæ credebantur influentias in terram habere.

S. 34. Eodem tendit incerti cujuſdam Auctoris dictum apud Grot. l. c. p. 925. Καλὸν δὲ θησαύρισμα, κειμένη χάρις, *benefacta bene locata, theſaurus gravis.* Recte ergo monet Ali, probe attendendum eſſe, apud quem beneficium reponatur; *ille* enim, uti infra docet N. 263. *peccat in beneficentiam, qui collocat eam in indignos.*

S. 35. شِرْكَةٌ, *conſortium*, a شرك, pp. *nexuit, implicuit*, et quidem per plures flexus inter ſe involutos et identidem reductos, h. *conjunctus*, et dein *ſocius, conſors fuit.* Eadem proprietas in Hebr. שׂרך Jer. ii. 23. ubi מְשָׂרָכֹת, *vias implicans*, uſurpatur *de animali per campos late diſcurrente*, et quaſi *tortuoſis flexibus* atque *ambagibus huc illuc divagante.* A *flexibus* nomen etiam accepit derivatum שְׂרוֹךְ, *corrigia calcei*, quia pro more veterum per *plures flexus* pedi *circumplicabantur.*—اضطراب, *perturbatio*, infinit. VIII. Spec. radicis ضرب, צרב, pp. *icere, percutere* in VIII. *concuſſus, quaſſatus, perculſus* et *perturbatus fuit*, quæ notio de variis rebus uſurpatur, v. g. de *ſententiis*, quæ *confuſæ hærent.* Vit. Salad. p. 179. et 214. de *perturbato judicio*, Abulph. H. D. p. 78. de *perturbata acie*, ibid. p. 378. et 379. de *tumultu*, ibid. p. 144. et Hiſt. Sarac. p. 34. de *perturbato negotio.* Exc. Abulf. p. 53. de *fluctibus maris concuſſis*, nec non de *imperio* ſcil. *regno* cujus res *perturbatæ* ſunt et *fluctuant*, Hiſt. Sarac. p. 134. et in ſeqq. N. 516. qua notione et h. l. occurrit.

S. 36. Huc optime faciunt verba Euripidis apud Grot. l. c. p. 157.

Ὅς τις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
Φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ.
Quiſquis ferendo ferre non didicit mala,
Fert ille, ſed ſic jactet ut collo jugum.

S. 37. انقطع ſæpiſſime uſurpatur de *reſciſſione amicitiæ* ſcil. *vinculorum amicitiæ*, in ſeqq. N. 110. 387. 475. &c. item de *præſciſſione* τῶν

اسباب, *occaſionum* et *cauſarum*, N. 246. et Cor. ii. 168. a قطع, pp. *ſecuit, amputavit, diſrupit.*—اسباب المودّة hic videtur ſignificare, *utilitatis rationem*, ob quam *amicitia* inita eſt. *Redenen van Vriendſchap uit eigen belang.* Forte ad illuſtrationem juvabit gloſſa Beidavii ad Cor. ii. 168. [اسبابهم الوصل التي كانت بينهم من الاتّباع والاتّفاق علي الدين والاغراض الداعية الي ذلك.—Radix سبّ, סבב, notat, *ſecare, circumſecare*, et dein plexu ſecante *ambire, undique* quaſi *filo ſtringente circumdare, circumcingere.* Hinc *hoſtiliter irruere, transfigere probroſis verbis*, item *vulneribus conficere* aliquem, quæ notio optime quadrat in locis 1 Reg. v. 17. Pſ. xxii. 17. cix. 3. cxviii. 11. 12. &c. A *nexu circumſtringente* orta etiam notio, *cauſam, occaſionem, anſam habendi* vel *ſumendi*, Tim. ii. 770. Quem uſum quoque Hebr. סבב exſeruiſſe liquet ex 1 Sam. xxii. 22. *Ego* סַבֹּתִי in omnem animam domus patris tui, i. e. *anſam*, vel *occaſionem præbui fundendo ſanguini.* Sic سَبَبٌ non tantum notat *funem*, imprimis, quo aliquid *circumſtringitur*, aut *connectitur*, ſed et *anſam* ſcil. *cauſam*, qua *attrahitur effectus.* Sic السبب الموصول, *anſa connexa* eſt *occaſio data*, Mon. V. A. p. 57. quo ſenſu Hebr. סִבָּה occurrit 1 Reg. xii. 15.

S. 39. Comparatio ſane elegantiſſima. Uti enim arcus, ſi nervo non tenſus ſit, nihil valet ad ſcopum attingendum, ſic nemo laboris fugiens, neque media, quibus vota ſua conſequi poſſet, adhibens, ea a Deo exorabit. Quo ſpectat etiam illud Euripidis apud Grot. l. c. p. 357.

Ἀργὸς γὰρ ἐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ ϛόμα,
Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.
Expers laboris atque iners nemo poteſt
Rem facere, quamvis ſæpe compellet Deos.

S. 40. Scil. uti animal amiſſum ubivis quærendum et captandum eſt, etiamſi e turpi loco prodeat, ſic ſapientia captanda, licet ex ore hypocrita-

rum proveniat. Conf. in ſeqq. N. 223. 224. et 340. et Sophocles apud Grotium l. c. p. 109.

Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, καὐξ ἀγεννήτων ἄρα
Μῦθοι καλῶς πίπτουσιν.
O nate, ſæpe pulchra ab ore ignobili
Oratio procedit.

منافق ſpeciatim notat hypocritam, qui fidem *Muhammedanam* oſtentat, quum infidelitatem in pectore foveat, quo ſenſu hic et in ſeqq. N. 191. et 477. opponitur τῷ مومن, *fidelis*, qui fidem MUHAMMEDIS ſincero corde amplectitur et profitetur, a نفق, *prodiit, exiit*, præſertim *e latibulo* mus campeſtris, unde in III. Spec. نافق, *hypocritam egit* in religione, *modo hoc modo aliud profeſſus eſt*, ita ut mus campeſtris pluribus ſe latibulis recondit, nunc ex uno, nunc ex alio prodiens, et ſic ad unum foramen non capiendus.

S. 42. سراب, שָׁרַב, notat ſpeciem aquæ meridianis horis vaſti lacus forma eminus apparentem in campis arenoſis, quam ardentes radii ſolis ab arenis repercuſſi efficiunt, quæque viatores in deſertis ſiti preſſos procul invitat, at propius accedentes decipit et deſtituit, uti liquet ex Cor. xxiv. 40. والذين كفروا اعمالهم كسراب بقيعة يحسبه الظمان ماء حتّي اذا جاءه لم يجده شيا, *eorum, qui impii ſunt, opera inſtar vaporis ſunt in planitie, quem ſitibundus aquam exiſtimat, donec cum venerit ad eum, non invenit eum eſſe quidquam.* Hinc transfertur non tantum ad *ſpem*, qua quis fallitur, ſed et ad quaſlibet *res evanidas*, quarum illuſtri ſpecie allecti hominum animi decipiuntur. Vide Gol. ad Adag. N. 55. p. 93. A Schult. ad Floril. p. 166. Animad. Philol. in Eſai. xxxv. 7. et H. A. Schult. not. ad Elnaw. p. 141. &c. &c.— يُخْلِفُ fut. IV. Conj. a خلف, חלף, pp. *glomerare, glomeratim volvere*, h. in IV. *fallere fidem datam* aut *exſpectationem, rei promiſſæ* et *addictæ aliud ſubſtituit, fruſtratus eſt* aliquem. Cor.

ii. 80. iii. 195. xiv. 22. et in S. S. Gen. xxxi. 7. ubi החליף eadem notione uſurpatur.

S. 43. Prius membrum convenit cum N. 214.

S. 44. Conf. ſent. præced. N. 6.

S. 45. *Prior* pars redibit in ſeqq. N. 106. *Poſterior* ejuſdem farinæ eſt cum N. 173.

S. 46. Malus ſocius cum gladio educto pulcherrime comparatur. Uti enim aliquis a ſtricto gladio, quem alter in manu tenet, ſi ei nimis prope accedat, facillime vulneratur; ſic ille, qui nimiam cum ſocio malo familiaritatem habet, ab eo nil niſi quod ipſi pernitioſum et exitiale eſt, exſpectare poteſt.— مسلول, *eductus*, a radice سلّ, שלל, quæ in I. et IV. Conj. frequentiſſime de *evaginatione gladii* uſurpatur, Abulol. v. 322. Abulph. H. D. p. 46. 172. Ham. p. 474. Hiſt. Sarac. p. 128. Vit. Salad. p. 71. Gol. Adag. p. 121. N. 52. &c. &c. Primaria radicis poteſtas, quæ in *extrahendo* alicujus rei e medio alterius ſita eſt, occurrit Ruth ii. 16. Unde notio *ſpoliandi*, præſertim apud Hebræos, profluxit.

S. 48. Intelligitur *feſtinatio* talis, qua quis occaſionem propoſitum ſuum aſſequendi opportunam non exſpectat, eamque ob cauſam ſcopum ſuum non ſolum non attingit, ſed et pœnitentia nimis ſera cruciatur.—Cæterum de radice عجل, עגל, pp. *volvit, rotavit*, unde عجلة, עגלה, pp. *rota, vehiculum, currus*, et dein *feſtinatio*, vide Schult. ad Har. iv. p. 96.

S. 49. Idem monet Cato, lib. iv. v. 28.

Parce laudato, nam quem tu ſæpe probaris,
Una dies, qualis fuerit, oſtendet amicus.

S. 50. Cui nulla ſalutis ſpes in adverſis relicta eſt, ille ſane omnium hominum miſerrimus eſt. Hinc recte Menander p. m. 160.

Ἄνθρωπος ἀτυχῶν σώζεθ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος.
Preſſo miſeria ſpes ſalutis eſt unica.

S. 51. Conf. in ſeqq. N. 158. Nec non Menander p. m. 164.

Θυμὸν κρατῆσαι καὶ πιθυμίας καλόν.
Iram tenere ſplendidum ac cupidinem.

S. 52. Huc ſpectat illud Meidanii, القدرة تذهب الحفيظة, *poteſtas pellit iracundiam.* Dictum antiquiſſimum principis *Coreiſchitici*, qui hoſte dudum quæſito potitus, hoc dicto eum dimittebat. Vide etiam Sen. et Syr. M. Sent. N. 477. *Nocere poſſe et nolle, laus ampliſſima eſt. Generoſorum* enim *victoria eſt* عَفْوٌ, *condonatio*; *ignobilium vero* انتقام, *vindicta*, uti docetur in ſeqq. N. 255.

S. 53. Confer quæ ſupra obſervavimus ad Sent. 84. cui hæc affinis eſt. — يُسْتَنْزَلُ fut. paſſiv. X. Conj. *demiſit cœlitus*, item *imploravit ut cœlitus demitteretur.* E. g. auxilium, benedictio, &c. Quo ſenſu venit Tim. ii. p. 28. *Et homines* perturbati ac commoti يستنزلون النصر والبركات, *e cœlo petebant auxilium et benedictiones.*—Primaria poteſtas radicis نزل, נזל, ſita eſt in *lubrico lapſu, quo quid ultro deorſum vergit* atque *defluit.*

S. 54. Convenit cum eo Belgarum, *Wetenſchap maaht het kromme recht.* مُعَوَّجٌ Particip. paſſ. II. Conj. radicis عَاجَ, עוג, in origine idem cum عجّ, pp. *torſit, intorſit*, in II. *inflexit, incurvavit, diſtorſit*, h. معوّج, *curvus* opponitur مُعْتَدِلٌ τῷ, *rectus*, in Carm. Togr. v. 52. *Et numquid conveniat* معوج بمعتدل, *curvum cum recto?* Notat etiam per metaphoram, *hominem ſordidum* in Specim. Prov. Meidanii edit. ab H. A. Schultenſio, N. 91. قيل للشحم اين تذهب قال اقوم المعوّج, *dictum eſt pinguedini, quo abis? Reſpondit, ut erigam curvum.* Hoc itaque ſenſu metaphorico h. l. ſignificare videtur id quod *pravum* et *obliquum eſt*; uti عِوَجٌ, *curvitas, diſtorta forma* etiam de *legis* vel *religionis pravitate* et *obliquitate* uſurpatur Cor. xviii. 1.

S. 55. Obſerva paronomaſiam inter اهوال et اموال. Phraſis ركوب الاهوال, *equitare terrores*, redibit in ſeqq. N. 222. quæ cum hac ſententia conferri meretur. Porro illud ركوب, *equitare*, variis diverſiſſimiſque floſculis formandis inſervire ſupra docuimus ad N. 225.

S. 56. Senſus hujus ſententiæ videtur eſſe, Prœmium vitæ alterius non ſegnitie, ſed bonis operibus acquiri. Conf. in ſeqq. N. 82.—ثواب enim ſpeciali uſu ſæpiſſime ab Imperatore uſurpatur de *remuneratione* vel *prœmio*, quo bona opera die noviſſimo compenſabuntur, uti ſupra obſervavimus ad N. 40. Cod. L. quibus adde Gol. Sent. p. 271. N. 148. Sin vero ثواب in genere accipere velis pro *quolibet prœmio*, ſenſus erit, Hominem, *deſidiæ* non deditum, ſed *laborioſum*, vitam jucundam degere; quo ſenſu Menander dixit p. m. 168. *φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίου κτήσῃ καλὸν*, *laborem amando vitæ habebis commoda*, nec non Græcus quidam apud Grot. l. c. p. 923. *Ἐκ τῶν πόνων γὰρ τἀγαθ' αὔξεται βροτοῖς*, *creſcunt labore cuncta bona mortalibus.* Priorem tamen ſenſum cum Imperatoris mente magis convenire mihi videtur.— كَسَلٌ, *torpor, ſegnities, deſidia*, a radice كَسَلَ, כסל, quæ exponitur per تثاقل, *prægravari, tardari pinguedine, craſſitieque*, h. *torpuit.* Vide collect. primam et quæ ibi notavimus ad N. 27.

S. 58. قَلَائِدُ, *torques*, a قَلَدَ, Aram. קלד, pp. *torſit, funem.*—بِئْسَ accuſ. vocabuli بِئْسٌ, *malum, pernicies, afflictio.* Elnaw. p. 88. N. 150. Cor. xii. 110. et xxi. 12. Uſurpatur autem in accuſ. pro particula *improbandi* et *vituperandi*, et conſtruitur cum nominativo, Lib. Colail. p. 46. بِئْسَ ٱلْحِيلَةُ, *pudeat te talis doli* aut *conſilii.* Radix eſt بَأَسَ, באש, pp. *acerbus fuit*, unde transfertur non ſolum ad *virtutem* et *vim bellicam*, *ſtrenuus* et *audax fuit* in bello, Abulph. H. D. p. 76. 536. 538. Ham. p. 536. Vit. Salad. p. 14. et Carm. Togr. v. 11. ſed et ad *omnem miſeriam*, *infelix*, et *miſer fuit*, *malis* et *damnis afflictus fuit.* Sic in Verſione Arab. N. T. Matth. iv. 24. كل من كان باسوا, *omnes qui male affecti erant.*

S. 59. غريم non ſolum *debitorem*, ſed et ſubinde, ut h. l. *exactorem debiti* ſignificat, a radice غَرِمَ, ערם, cujus origo in *conſtipando* et *compingendo*, h. *appactus hæſit*, item *obæratus fuit debito mulctæ, pœnæve*, unde مغرم,

obæratus, debitis obſtrictus. Cor. lvi. 68. cujus collect. مغارم, *obærati* infra occurret N. 425.

S. 60. يُبْدِي, fut. IV. Spec. radicis بَدَوَ, ברה, *fidit,* et dein idem quod ظَهَرَ, *apparuit, viſum fuit,* h. in IV. *manifeſtum* et *conſpicuum fecit.* Cor. ii. 33. iv. 148. Abulph. H. D. p. 74. Amrolk. N. 32. Vit. Salad. p. 15. et infra N. 180. ubi eadem phraſis *manifeſtare vitia* comparet. — معايب, collect. τῆς معابة, idem quod عَيْب, *vitium,* de quo vide ſupra ad N. 167.— يباعد fut. 3. Conj. radicis بَعَدَ, בעד, pp. *fecuit, reſecuit,* item *reſectus fuit,* h. *periit, longius abfuit,* unde in II. III. et IV. Spec. *fecit ut longius abeſſet, removit.*

S. 61. Docet Auctor, Familiare cum homine ſordido commercium valde periculoſum eſſe, eamque ob cauſam ſollicite evitandum. لَئِيم eſt a radice لام med. Hamz. pp. *appactus, compactus, agglutinatus fuit,* et h. *omnibus avaritiæ, illiberalitatis, aliorumque vitiorum ſordibus concretum, iiſque* quaſi *agglutinatum eſſe.* Vide ſupra ad ſent. 221. et not. ad Ham. p. 458. et 502.—Phraſis بذل الوجه, *exponere faciem,* idem valet quod *vilem habere faciem,* ſcil. *nullam ſui rationem habere,* i. e. *exponere ſe.* وَجْه enim ſubinde ipſam perſonam denotat. Sic apud Gol. Adag. Arab. p. 131. N. 114. اخو الحوايج وجهه مبذول, *neceſſitate preſſi vultus expoſitus omnibus,* i. e. *perſona ejus ab omnibus contemnitur* ac *vilis habetur.* Radix بذل, pp. notat *ſecuit, ſcidit,* Græc. τέμνειν, h. *contempſit, vilem habuit* rem, et dein *profudit, large donavit, prodigus fuit,* in II. *vilem habere* animam ſuam, i. e. *in maxima ſe conferre pericula.* Vide Lette. ad Cant. Deb. p. 122. et ad Amrolk. p. 213.— موت الاحمر, *mors purpurea,* notat *duram* et *violentam mortem.* Sic de *morte cruenta ſtrage edita* in Ham. cit. a Cl. Schult. in Comm. ad Prov. p. 39.

اذا اشرعت فيه الاسنة خاضها
الي الموت حتي يترك الموت احمرا

Quum protenſæ in eum cuſpides, immergitur illas
Ad mortem; ſic ut mortem linquat purpuream.

S. 62. Convenit cum monito Jacobi, cap. iv. 8. et 10.

S. 63. تَجَرُّع act. V. Spec. radicis جرع, גרע, pp. *traxit, attraxit,* ſpecialiter *ſorbendo, ſorpſit, hauſitque* aquam, quo ſenſu venit Job. cap. xxxvi. 27. כי יגרע נטפי-מים, *quum attrahit ſtillationes aquarum,* ſcil. *calore ſolis,* qui terras et maria radiis ſuis feriens *aquæ particulas* et quaſi *ſtillulas* undique *attrahit, ſurſumque ſublimatas* veluti *abſorbet,* ut in *pluviam* conſtipentur, atque *guttatim* iterum decidant. In II. et V. Conj. ſæpe fig. transfertur ad *ſorbitionem* mœrorum, moleſtiarum, aliorumque animi tædiorum. Vide ſent. mox ſeq. N. 68. Cor. xiv. 18. Har. iv. p. 16. et Tim. i. 406. et ii. 490.—يظفرك بالغرصة ad litt. *victorem te faciet occaſionis,* i. e. *occaſiones poteris captare,* nimirum *ulciſcendi tui*; quo ſenſu collect. فُرَّص venit, Tim. i. 138. qui locus ſimul h. l. optime quadrat, فانبعض تيمور ومتغص وتجرع الغصص وارتهص ولكن ارتقب في ذلك انتهاز الغرص, *graviſſimo autem dolore correptus* Timur *abſorbuit quidem iram et preſſit, verumtamen in eo obſervavit occaſionem* (ulciſcendi ſcilicet) *quam captavit.*

S. 64. تَاج in origine vox Perſica eſt, *tiaram* notans. Apud Arabes ſignificat *coronam.* Har. Conſ. xxxix. صيغ الطوق والتاج, *conflatus torques et corona,* item *diadema,* Abulph. H. D. p. 374.

S. 65. Prius membrum convenit cum ſent. in Cod. MS. Wahidi ſub litera *Mim,* ممن تفضّل خدم, *qui excellit præ aliis miniſtratur.*

S. 66. Conf. ſupra N. 228. et in ſeqq. N. 374.

S. 67. *Liberalitas* et *abſtinentia* paſſim ab Auctore laudantur et commendantur. Vide I. Collect. N. 137. et in hac Collect. N. 57. 88. 116. et alibi.

S. 68. Phraſin *ſorbendo exhaurire moleſtias* modo habuimus ad N. 63. غُصَّص eſt collect. τῆς غصّة, i. q. شجا, *præcluſio gutturis,* et h. *moleſtia præfocans,* uti radix غصّ, *in gutture preſſus fuit* cibo potuve, Lib. Colail.

p. 51. et Prov. Meidan. edit ab H. A. Schult. p. 54. Per metaphoram uſurpatur etiam de eo *qui anxie preſſus fuit* mœrore.

S. 69. Conf. infra N. 203. Huc facit etiam, quod Auctor docet in hoc Cod. MS. ſub litera *Eliph*, التدبير قبل الفعل يؤمن العثار.

S. 70. Eodem tendunt quæ Menander inquit p. m. 164. Βακτηρία γάρ ἐϛι παιδεία βίου, *doctrina baculus dicier vitæ poteſt*, et Καλλιϛόν ἐϛι κτῆμα παιδεία βροτοῖς, *doctrina quavis pulchrior poſſeſſio*. Radix مَانَ, *ſuſtentavit*, item *proſpexit ſuis de rebus ad vitam neceſſariis, curavit, aluitque* eos. Sic de *victu* Abulph. H. D. p. 341.

S. 72. Non diſſimile hoc monitum dicto Salvatoris Joh. cap. vi. 27. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μενέσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον.—Radix زَانَ in V. valet, *proſpexit ſibi de commeatu viæ*.—Videtur mihi Imperator hac ſententia imprimis commendare التقوي, *pietatem*, quam Arabes خَيْرُ ٱلزَّادِ, *optimum viaticum*, vocant, utpote quæ homini eam ſincere colenti tales in hac vita evanida fructus adferat, quibus vitam futuram tranſigere poteſt.—فَنَاءٌ et بَقَاءٌ ſæpiſſime ita ſibi opponuntur, ut prius *vitam hanc fragilem*, poſterius *æternitatem* deſignet. Vide in ſeqq. N. 264. 285. 524. &c.

S. 73. Conf. Salomonis Prov. cap. x. 19. ברב דברים לא יחדל-פשע וחושך שפתיו משכיל.—خطاء et صواب pulcherrime ſibi opponuntur. *Prius* enim notat *peccatum, errorem a juſto, veroque*, ſcil. *aberrationem a ſcopo*, a radice خَطِيٌّ, חטא, *peccavit, aberravit*, pp. *lubrico motu excidit*, ſpecialiter *ſagitta ſcopum non feriens*. Abulph. H. D. p. 348. *Poſterius* ſignificat *rectitudinem operis*, peculiariter *ſermonis* qui *ſcopum ferit*, a صاب, pp. *percuſſit, recta contigit ſcopum* ſagitta. Iſphan. p. 6. Eandem oppoſitionem vide Tim. ii. 814.

S. 75. Negligentiæ fructum pœnitentiam eſſe affirmat etiam Poeta cit. a Golio in not. ad Adag. Arab. N. 18. p. 73.

إِذَا أَنْتَ لَمْ تَزْرَعْ وَأَبْصَرْتَ زَارِعًا
نَدِمْتَ عَلَى ٱلتَّغْرِيطِ فِي زَمَنِ ٱلزَّرْعِ

Cum non ſeveris videns ſerentem alium,
Pœnituerit te negligentiæ tempore ſegetis.

تَغْرِيطٌ act. II. Spec. radicis فَرَطَ, פרע, pp. *ſolvit, diſſolvit, turbavit ſeriem, defecit in re peragenda.* Vide Lette in Cant. Deb. p. 8. et ſeqq.—مَلَامَةٌ, *opprobrium*, item *reprehenſio*, a لَأَمَ med. *Vaw* idem cum لَأَمَ med. *Eliph, conglutinavit, appegit, impegit* ſpecialiter crimen alicui, i. e. *accuſavit, reprehendit.*

S. 76. Cum priori membro conf. ſent. quæ in ſeqq. occurrit N. 175. Radix لَجَّ unde لَجَاجٌ, *litigatio*, pp. valet *ſtrepuit* peculiariter *mare, unda, fluctus*, quando *ingenti* cum *ſtrepitu exæſtuant.* Uſurpatur etiam de verborum *ſtrepitu*, h. *litigioſus fuit, litigavit.*—عَجْزٌ, *ignavia*, vel, ſi mavis, *impotentia, debilitas*, a عَجَزَ, pp. *ſidit, ſubſidit*, et dein in genere *infirmus, impotens fuit.*

S. 78. Elegantiſſima ſententia, qua laudantur beneficia eorum, qui de ſuis opibus nudos pauperes veſtiunt, aliaque vitæ ſuſtentacula ipſis ſuppeditant; utpote quæ non ſolum pauperes illi grato animo diu memoriæ mandabunt, ſed etiam ab ipſo Deo in æternum remunerabuntur.

S. 79. Conf. quæ Apoſtolus docet in Epiſt. ad Romanos, cap. viii. 18. et in ſeqq. N. 430.—مَشَقَّةٌ, *moleſtia, afflictio*, a شَقَّ, pp. *ſidit, findendo diſrupit*, h. *difficilis, moleſtus fuit*, et *in moleſtiam conjecit.*

S. 80. ثَرْوَةٌ, pp. ſignificat, *madorem*, a ثَرَا idem cum ثَرِيَ, pp. *maduit*, ſic de *pratis amœnis* مجاج الثري, *humorem identidem ex ſinu emittentibus.* Ibn. Dor. v. 6. Impp. *dives fuit*, q. d. *opulentia maduit*, unde ثَرْوَةٌ ſæpiſſime abſolute notat *opulentiam.* Abulph. H. D. p. 262. 443. et Har. iv. 4. ubi اطراف ثَرْآءٌ, *veſtimenta opulentiæ.* Plena phraſis eſt ثروة المال

vel ثراء المال, *mador opum*, i. e. *opulentia*, ut ſic dicam, *irrigua, non avare habita.* Pari modo ثروة العلم, *mador ſapientiæ* notat *ſapientiam copioſam*, quæ quaſi *irrigat* et *fœcunda eſt.*

S. 81. Oppoſitio inter عاقل et باطل inſolita, neque alibi me legiſſe memini. Hinc ſuſpicor, pro باطل, *vanus*, legendum eſſe جاهل, *ſtultus*, quæ vox τῷ عاقل, *ſapienti*, frequentiſſime opponitur.

S. 82. ثابروا, *aſſidui eſtote.* Radix ثَبَرَ idem cum شَبَرَ et تَبَرَ, pp. *trivit, attrivit*, h. *perdidit, exitio dedit*, q. d. *fregit, contrivit in partes*, uti Hebr. שׁבר deſignat *fractionem vehementiorem*, qua quid *penitus in partes laceratur* et *comminuitur*, ſive *conteritur.* Jeſ. xxxviii. 13. 1 Reg. xiii. 26. Dan. vi. 25. In III. Conj. illa *terendi* notio transfertur ad *diligentiam aſſiduam*, qua quis rem quandam quaſi *terit*, i. e. continuo ei adhæret.— عمل, *opus, actio*, h. l. videtur ſignificare *praxin Religionis*, uti in Tab. Ceb. p. m. 58. عمل الفضايل, *praxin virtutum* notat.

S. 83. Radix ידע, ول ع, ſpeciali uſu de *committendo ſecreto* alicui uſurpatur. Vide in ſeqq. N. 484. et 515.—Ratio hujus moniti eſt, quia mulier, maledicus, et ſtultus, arcana ipſis concredita divulgare ſolent. Id quod de muliere etiam affirmat Menander p. m. 159. ὡς ἔϛι ἄπιϛον ἡ γυναικεία φύσις, *muliebris O quam ſexus eſt infida res!* Idem teſtatur de *obtrectatore* Salomo. Prov. cap. xi. 13. et xx. 19. et de *ſtulto* monet Syrach. cap. viii. 22. Μετὰ μωρῦ μὴ συμβουλεύϑ, ὐ γὰρ δυνήσεται λόγον ϛέξαι.

S. 84. Elegantiam hujus ſententiæ percipies, ſi obſerves radicem بحن, cujus octavam ſpeciem hic habemus, in origine valere *trivit, fricando trivit ad lapidem Lydium*, ſcil. *coticulam*, veluti aurum teritur et *exploratur* ſitne probum, an improbum. Eandem proprietatem ſub Hebr. בחן (מ, uti ſæpe fit, in ב permutato) latere liquet ex Zach. cap. xiii. 9. *Conflabo eos, ut conflator argenti, et eos* בָּחַנְתִּי *terendo explorabo, ſicut qui aurum explorat.* Hinc titulus Dei ſolennis Jerem. xi. 20. et alibi בֹּחֵן, *probans* renes et cor. Metaphora deſumpta ab aurifice, qui virtutem metallorum terendo probat et

improbat. Eandem vim in *exploratione metalli* exprimit et repræſentat locus Eſai. xxviii. 16. ubi אבן בחן, *lapis explorationis*, ſcil. *attritionis*, egregia deſcriptio eſt lapidis Lydii, ſcil. τῦ βασάνου, in quo probentur homines, ut proferantur intimæ eorum cogitationes. Alios inſigniores hujus radicis uſus vide in Comm. ad Jobum, cap. xii. 11. et xxxiv. 3. et Har. ii. 95. et 96.

S. 86. فَاجِرٌ et بَرٌّ eleganter ſibi opponuntur. *Prior* vox notat *improbum*, qui *legibus contineri nequit*, ſed a *vero*, *juſto*, et *obſequio debito devians ſeſe improbitati tradit*. Metaphora deſumpta ab *aquis*, quæ *aggeres perrumpunt* et *quaquaverſum effunduntur*. Quo uſu ſpeciali radix فَجَرَ, pp. *findere*, *findendo perrumpere* aliquid, uſurpatur Abulph. H. D. p. 367. Cor. ii. 74. et xvii. 91. Poſterior vox بَرٌّ notat *pium*, qui *ſe continet*, *abſtinetque ab injuſto* et *illicito*. Ejus radix بَرَرَ, ברר, primariam poteſtatem in *nitida* ac *raſili politura*, uti liquet ex phraſi inſigniori חֵץ בָּרוּר, *ſagitta radendo polita*. Eſai. cap. xlix. 2. ſecundario notat *benefecit*, *pium*, *modeſtum ſe geſſit*, uti Hebræorum ברר in Niph. נבר, *nituit*, et hinc *purus fuit*, teritur de *eo*, qui *ſe præſtat* et *probat purum a crimine*, i. e. *innocentem*. Sic Deus dicitur התברר, *ſe purum præſtare*, quando nullo malo adfectu, nulla ira aut indignatione turbatum animum erga hominem declarat, ſed puriſſimo et quaſi meraci amore ipſum complectitur. Pſ. xviii. 27.

S. 87. De voce الحديث vide quæ notavimus ad I. Collect. N. 95.

S. 88. تُوجِبْنَ, *quæ* amorem *conciliant*, ſcil. *quæ* amoris *cauſæ efficientes ſunt*. Proprietas radicis وَجَبَ, יגב, ſita eſt in *cadendo* ſpecialiter *in quadrum*, uti *cum quid cadit propria ſua mole* et quidem cum *vehementia* et *ſonitu*, unde notio *neceſſarii* ducta, quod ita *cadit* et *jacet*, ut *moveri nequeat*. Hinc in IV. *fecit*, *ut quid neceſſario fieret*, *efficiens cauſa fuit*. Ita in ſeqq. N. 429. Conf. Kuipers in not. ad A. C. A. T.

S. 89. بمن غير مسألة, *ſine*, *abſque petitione*, ad literam *ab aliena peti-*

tione. Scil. غَيْر quod *mutationem*, et dein *alium*, *diverſum* notat, in accuſ. uſurpatur pro particula *negantis*, uti ſupra obſervavimus I. Collect. N. 240. Radix eſt غار med. ي, pp. *ferbuit*, *æſtuavit*, *cum fervore egit.* Sic de *fluctibus*, quando huc illuc *moventur*, h. *fluctuavit ex uno in alium locum*, et dein in V. Conj. *mutatus*, *alteratus fuit.* Abulph. H. D. p. 28. Transfertur etiam ad varios animi adfectus. V. g. ad *commotionem vehementiorem ex zelotypia oriundam*, atque *mentem penitus alienantem*, *zelotypia commotus fuit*, unde lux oritur loco Hoſ. xi. 9. *Neque veniam* בְּעִיר vulgo in *urbem*, malim *cum æmulatione*, ſcil. *zelotypia* vel *vindicta*, quæ verſio cum præcedentibus magis convenit. Similiter Pſ. lxxiii. 20. *Sicut ſomnium ab evigilando, O Domine,* תבוה בעיר צלמם, vertitur, *in urbe*, vel ut alii, *cum evigiles*, imaginem eorum contemnes. Sed multo prægnantius et cum verſu præcedenti magis cohærens erit, ſi vertamus *cum æmulatione* vel *zelotypia* imaginem eorum contemnes. Transfertur etiam ad *æſtum doloris* et *conſternationis*, quæ notio optime quadrat in locum Jer. xv. 8. *Et cadere feci ſuper eam*, עיר, non ſane *urbem*, uti vulgo, ſequens ובהלות, *et terrores* poſtulat ut vertatur per *æſtuationem*, ſcil. *æſtum doloris*, quo quis ita efferveſcit, ut patiatur mentis alienationem, atque ſui non ſit amplius compos.—Adhibetur denique de *magna aquarum copia*, ſcil. *pluvia copioſa.* Sic مَغْيَر notat, *agrum*, qui *largiſſima pluvia rigatus eſt*, unde lux oritur Pſ. lxxii. 16. *Et enitescent*, מֵעִיר, non *ex urbe*, uti vulgo, ſed *præ largiſſima pluvia inſtar gramĭnis terræ.*

S. 92. Nimĭrum, Vicinus enim malus plerumque cauſa eſt, qua quis vitam moleſtiarum plenam degere debeat, uti e contrario vicinus bonus vitam jucundam et amœnam facit. Optime huc faciunt verba Menandri apud Grot. l. c. p. 761.

Ἐὰν πονηρᾷ γείτονος γείτων ἔσῃ,
Πάντως παθεῖν πονηρὸν ἢ μαθεῖν σε δεῖ·

Ἐὰν δ' ἀῤ' ἀγαθῆ γείτονος γείτων ἔσῃ,
Ὡς προσδιδάσκεις ἀγαθὰ καὶ προσμανθάνεις.
Habeas vicinum, ſi vicinus improbum,
Malo nocebit, aut docebit te malum:
At ſi probo vicinus vicino fuas,
Mutuiter et docebis et diſces bona.

Hinc Imperator in ſeqq. N. 185. recte monet, inquirendum eſſe de vicino, priuſquam domum conducas. Conf. etiam quod Philemon de ingenio Cochleæ ſcite teſtatur apud Grot. l. c. p. 781.

S. 93. وقار, *gravitas*, h. l. notat *morum gravitatem, modeſtiam* et *majeſtatem*. Ita Abulph. H. D. p. 51. et 300. et Tim. i. 612. ubi cum رزانة, *majeſtate*, et ܫܟܝܢܬܐ, *tranquillitate animi* conjungitur. Pari modo apud Hebr. יקר רוח, *gravis ſpiritu* deſignat eum, qui modeſta gravitate præditus eſt. Prov. xvii. 27.

S. 95. Conf. in ſeqq. N. 321.

S. 96. Scil. a ſtulto conſiliario non niſi *malum* exſpectari poteſt *conſilium*, quod *conſultori peſſimum eſt*. Vide Sen. et Syr. M. Sent. N. 386. Bene itaque monet Græcus quidam apud Grot. l. c. p. 927. Σοφῆ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν, *non niſi a viro ſapienti conſilium pete.*— مُشِيرٌ et مُسْتَشِيرٌ duo participia IV. et X. Conj. radicis شَوَرَ cujus originem in *eliquando* melle ſitam eſſe non tantum liquet ex derivatis مَشَارٌ et مُشْتَارٌ, *alveare apum*, et مِشْوَارٌ, *lignum, quo ex alveari mel educitur*, ſed et ipſa radix ea notione occurrit apud Gol. Sent. Poet. p. 161. N. 34. وَٱلنَّحْلُ لَا شَكَّ فِي ضُؤُولَتِهِ يَشْتَارُ مِنْهُ ٱلْغَتِّي جَنَيِ ٱلْعَسَلِ, *apis haud dubie gracilis et ſtrigoſa eſt, at ex alveari ejus colligit homo proventum mellis.* Hinc in IV. Conj. *conſilium dedit*, et in X. *conſilium petiit*, q. d. *eliquatum quid alii dedit*, et *ab alio expetiit.*

S. 97. Conſortium cum pravo homine habere periculoſum eſſe et noxium docuit etiam ſupra in I. Collect. N. 201. Et inimico non ſecure inni-

tendum eſſe, monet Syrach. cap. xii. 9. 10. Μὴ πιςεύσῃς τῷ ἐχθρῷ σε εἰς τὸν αἰῶνα, ὡς γὰρ ὁ χαλκὸς ἰᾶται, ἕτως ἡ πονηρία αὐτε, *ne credas inimico in æternum; nam ut æs rubiginoſum, ita eſt malitia ipſius.*—استنام conſtructum cum الى notat, *fretum eſſe, inniti alicui.* Eſt X. Spec. radicis نَامَ, נום, cujus proprietas in *mollitie languidiore,* vel *languore remolleſcente,* h. *dormivit,* vel potius *dormitavit.* Exprimitur enim hoc verbo *prima inclinatio ad dormiendum,* ſcil. *primus ſomnolentiæ gradus,* uti alter gradus deſignatur verbo ישן, pp. *fuſco* et *nigrante colore fuit,* unde *obſcuratus* dicitur homo, quando *fuſca caligo ſomni profundioris oculis ejus obfunditur.* Sic duo hæc verba diſtinguuntur Pſ. cxxi. 4. ubi de Deo Cuſtode Iſraelis dicitur, לא-ינום ולא יישן, *non remolleſcit, neque fuſcatur ſomno.* Quibus addo, tertium ſomnolentiæ gradum exprimi verbo רדם, cujus Niphh. נרדם notat *ſopiri, ſopore obſtrui* quaſi et *obturari.*

S. 98. سَبِيلٌ, pp. *iter,* ſcil. *locus quo quis contendit,* h. l. ſignificat *mores, viam* et *rationem agendi,* uti דֶּרֶךְ apud Hebr. pro *conſuetudine, more* et *agendi modo,* paſſim uſurpatur in S. S. Pſ. i. 6. Prov. xvi. 2. Eſai. viii. 11. lv. 7. &c. Pari modo Græcorum ὁδὸς adhibetur 1 Cor. iv. 17. xii. 31. et alibi.

S. 99. Luditur in vicinia vocabulorum كَلْمٌ, *vulnus,* et كَلَامٌ, *ſermo.* Utriuſque ſtirps eſt كَلَمَ, cujus origo in *ſecando,* ſcil. *findendo,* unde notiones *vulnerandi* et *loquendi,* uti in aliis linguis, ita et in Orientalibus, ſponte manarunt. Vide H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 132.

S. 101. Idem innuit Menander p. m. 164. Σοφοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ σοφὸς, *ſapiens eris ſapientibus ſæpe aſſidens.* Nec non Ariſtophanes apud Grot. l. c. p. 543. Οἷόν τέ πε 'ςὶν αἱ σοφαὶ συνεσίαι, *proh, quanti eſt uſus vivere cum ſapientibus!* Eo tendit quoque monitum Syrachidis, cap. ix. 20. μετὰ συνετῶν ἔςω ὁ διαλογισμὸς, *cum intelligentibus colloquere.*—تناثث act. III. Conj. radicis نفث, *flavit, inflavit, exſpuit* ſpecialiter ſerpens venenum. Ham. p. 418. Hinc adhibetur de *incantationibus,* Cor. cxiii. 4.

ubi نغاثات ſunt *mulieres veneficæ*, ſcil. *inſufflantes in nodos magicos*; in III. Conj. qua Golii Lexicon augendum ſæpiſſime apud Har. valet *allocutus fuit* aliquem, *ſermonem* cum eo *conſeruit*.

S. 102. صورة, *forma*, ſcil. *imago bene formata*, a صَارَ, צור vel ציר, pp. *ſtrinxit, conſtrinxit*, in II. *formavit*, et quidem cum cura ac veluti ſub digito *ſtringente* et *lineamenta exprimente*, unde in Cor. صوّره الله, *formavit finxitque eum Deus*, ſpecialiter *egregia eum forma condidit*. Uti et formula صبيّر شبّير, de *homine bene formato*, ſcil. *egregia forma condito homine* uſurpatur. Eodem modo Hebr. צור, *imaginem* vel *formam præſtantem* et *eximiam* deſignat. Pſ. xlix. 15. ubi צורם, vel ſecundum Keri צורם de glorioſa illa imagine, qua Recti in die reſurrectionis induti erunt, quæque initium beatitudinis erit, commode intelligi poteſt, uti demonſtrare conatus fui in Diſſert. mea de L. H. Pomœriis ampliandis, p. 99. et 100.

S. 108. Conf. N. 430. ubi eadem oppoſitio inter حلاوة الاخرة et مرارة الدنيا.

S. 109. نمحوا fut. I. Conj. radicis مَحَا, מחה, pp. *terſit, exterſit*, et ita *delevit*, ut tergendo deletur ſcriptura ex tabula. Exod. xxxii. 32. Num. v. 23. et Pſ. ix. 6. Primaria illa *tergendi* poteſtas eleganter adhibetur 2 Reg. xxi. 13. מחיתי, TERSERO *Hieroſolymas*, *quemadmodum* quis מחה, TERGET *patellam et vertit ſuper faciem*, ubi metaphora deſumpta a patina, quæ vacuata tergitur, atque inde vertitur, applicatur ad urbem et incolas funditus deletos, exterſos, everſos, omnibus vacuatis et ſolo æquatis. Quo ſenſu primus orbis dicitur *deletus*, quaſi facta *terſione*, *exterſione*, *everſione*, Gen. vii. 23.

S. 110. Non diſſimile huic ſententiæ illud Euripidis apud Grot. l. c. p. 239.

Σμικρᾶς ἀπ᾽ ἀρχῆς νεῖκος ἀνθρώποις μέγα
Γλῶσσ᾽ ἐκπορίζει. Τῦτο δ᾽ οἱ σοφοὶ βροτῶν
Ἐξευλαβῦνται, μὴ φίλοις τεύχειν ἔριν.

Immane parvis ſæpe de primordiis
Excivit odium lingua: quapropter cavent
Rixas amicis ferere, queis animus ſapit.

قَطَعَ, pp. *ſecuit, truncavit, amputavit,* ſpecialiter *abrupit* amicitiam. Vide N. 37. et in ſeqq. N. 387. et 475. item *repudiavit* amicum, N. 495.

S. 111. مُتَوَلِّهٌ, *contriſtatus*, particip. V. Conj. radicis وَلَهَ, cujus origo in *quatiendo, concutiendo,* h. *mente turbatus, alienatus, impatiens,* et *impotens fuit* ex amore, triſtitia, metu, alioque affectu graviore. Reſpondet Hebr. ילה, quæ radix civitati Hebr. haud dubie reſtituenda ex Gen. xlvii. 13. וַתֵּלַהּ הָאָרֶץ, *et perturbata fuit terra* præ fame. Pingitur enim ibi concuſſio mentis penitus conſternatæ et attonitæ. Vide Schult. ad Har. vi. p. 248. et ad Prov. p. 366.

S. 112. Oppoſitam huic ſententiam vide in ſeqq. N. 195.

S. 113. حَسْرَةٌ, *mœror*, vel, ſi mavis, *ſuſpirium*, præſertim *defecti* viribus, a حَسَرَ, חסר, pp. *trivit, detrivit, terendo raſit,* et intranſitive, *raſus, deraſus fuit,* ut quid minus tenuius et exilius fiat; unde *imminutus,* et dein *laſſus fuit,* item h. *ſuſpiravit præ dolore,* quaſi cum *raſione gutturis.* Conf. Schult. ad Har. iii. 154.

S. 114. Conf. in ſeqq. N. 211. et imprimis quæ Salvator præcipit, Matth. vi. 1—4.

S. 115. Idem innuit Auctor in ſeqq. N. 182. ubi docet regimen mentis præſtantiſſimum eſſe. Hinc recte Sen. et Syr. M. N. 284. *Imperium habere vis magnum? impera tibi.* Pluribus hanc ſententiam exſequitur Seneca in Epiſt. 113. circa finem.

S. 116. مُؤَثَّرٌ, pp. notat *eum,* qui *virtutibus eminentibus atque adeo animo excelſo præditus eſt.* Radix eſt أَثَرَ, אשר, cujus origo in *coruſcatione ſplendenti* et *tremula micatione,* unde in II. Spec. notio *veſtigii impreſſi* a pede *coruſcante,* et h. notio *excellentiæ* et *felicitatis* ſeu *conditionis ſplendidæ,* qua quis aliis hominibus præcellit, et ab iis quaſi ſigno diſtinctus eſt.

Sic مَأْثَرٌ de *virtutibus eminentibus* uſurpatur. Ham. p. 544. item ماثورة de fama *prænobili* Har. iii. 150. Hinc jam liquet emphaſis quæ eſt in Hebr. אשרי איש ad literam, *claritudines viri,* quod cum exclamatione prolatum idem valet, ac ſi dicamus, *O quantæ ſunt claritudines viri! O quam præclaro ſigno feliciſſimæ conditionis diſtinctus ille vir eſt!*

S. 117. خُلْطَةٌ, *conſortium* et quidem *familiare,* a خَلَطَ, חלט, *miſcuit, commiſcuit,* h. in III. *immiſcuit ſe* rebus hominibuſve, peculiariter *commercium habuit familiarius* cum aliquo. Ita in ſeqq. N. 515. et Tim. i. 626. Hæc *miſcendi, commiſcendi,* et *immiſcendi* notio transfertur etiam ad *properationem* et *inſtantiam,* qua quis ſive *verbum aliquod* ſive *rem inſtanter urget,* quem uſum Hebr. חלט, ἅπαξ λεγόμενον, exſerere videtur. 1 Reg. xx. 33. Et viri illi ominati ſunt, et feſtinarunt וַיְחַלְּטוּ הַמְּנֻחָה, *et deproperarunt,* non *an ab illo* uti vulgo, ſed *ſane hoc ab illo.* Præfixum enim ה non ſemper *interrogandi,* ſed et ſæpe *aſſeverandi* vim habet. Vide 1 Reg. xvi. 31. Job. xx. 4. Pſ. xiv. 4. xix. 11. &c. Conf. Schult. in Jobum, cap. iv. 21. —Phraſis ابناء الدنيا, *filii hujus mundi,* eadem eſt cum illa Græcorum, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος, Luc. cap. xvi. 8. Redibit in ſeqq. N. 381. 475. 513. et apud Meidan. i. N. 35.—Phraſes شين الدين, *deturpare religionem,* et ضعف اليقين, *debilitare firmitatem fidei,* recurrent N. 142. et 234. Docet ſententia, Homines, qui rebus mundanis dediti ſunt, mundique voluptatibus indulgent, quando familiare commercium inter ſe habent, plerumque talia tractare, quæ religioni dedecori ſunt, fideique fundamenta evertunt.

S. 119. Eadem ſententia occurrit apud J. Scaligerum, et T. Erpenium Prov. Arab. Cent. I. N. 88. Nec non apud Wahid. Cod. MS. uti ſub lit. *Lam-Eliph,* inverſo ordine, ſic exhibetur; لا تنظر الي من قال وانظر الي ما قال.

S. 120. خَصَائِصُ, *duæ proprietates,* a ſing. خَصِيصَةٌ, pp. *portio quæ ſola alicui competit,* ſcil. *id quod quis ſolum habet* ac *proprium.* Unde alicujus

morem ac *proprietatem* ſignificat, qua quis ab aliis diſcernitur. Vide Sententias Gramm. Erpenii annexas, N. 70.—فيها جميع المروءة, *quibus quis ſe virum præſtat*, ad literam, *in quibus univerſitas virtutis maſculæ*.—اجتناب infinit. VIII. Conj. *in latus receſſit* et *declinavit*, a جنب, *obliquus fuit, obliquavit, a latere fuit, declinavit*. Conf. Schult. ad Har. v. 97.—شان et زان ſæpius opponuntur. Ibid. ii. 48. et Tim. ii. 808.

S. 121. Quinque ſunt ينبغي أن يهانوا, *qui ſe certiſſimo contemptui exponunt*, ad literam, *neceſſe eſt, ut contemptibiles fiant*, ſcil. *contemptui exponantur*. Radix بغي, בעה, in VII. Conj. obſervante Giggejo, non niſi imperſonaliter uſurpatur, *oportet, decet, neceſſe eſt*, ita in ſeqq. N. 524—527.—يستحقّ fut. X. Spec. *dignus* ac *meritus fuit*, pp. *jus ad aliquam rem ſibi acquiſivit*, a radice حقّ, חקק, de qua vide Schult. ad Har. ii. 88. 89. iii. 168. et quæ ſupra notavimus I. Collect. N. 45.—مايدة peculiariter notat *menſam*, quæ *parata* et *cibo inſtructa eſt*, Cor. v. 121. Tim. i. 360. Abulph. H. D. p. 53. ſi enim cibo vacua ſit, جوان dicitur.—صاحب, *ſocius*, h. l. *dominum*, ſcil. *poſſeſſorem domus* notat. Vide not. in Epilogum I. Collectionis.—المقبل بحديثه, ad literam, *qui accedit cum ſermone ſuo* ad vel apud &c. حديث in genere notat *dictum*, vel *factum*, *nuncium*, *hiſtoriam*, *ſermonem*. Vide Meidan. Prov. Arab. edit. ab H. A. Schult. p. 20. et conf. quæ notavimus ad I. Collect. N. 95.

S. 122. فُجُورٌ, *improbitas*, a فجر, פגר, de quo ſupra N. 86.—قبحة في النساء, *deformitas in mulieribus*, radix قَبُحَ, pp. *turpis*, et h. *deformis fuit*, peculiariter mulier. Tab. Ceb. p. m. 20. ubi نساء اقبح, *mulieres deformes*.—وفي المشايخ الزناء, *et ſcortatio in ſenibus*. Conf. Syrach. cap. xxv. 2. ubi inter tria, quæ anima ſuo odio habet, enumerat γέροντα μοιχὸν, *ſenem adulterum*.

S. 123. &c. خُذْ مِمَّنْ لَا يَبْقِي, ad literam, *accipe ex eo, quod tibi non remanebit*, &c. i. e. impende ex opibus tuis, quæ fluxæ et evanidæ

ſunt, eleemoſynas ad comparandos theſauros, qui tibi in æternum permanebunt. Cui affine eſt, quod Salvator cuidam juveni diviti jubet, Matth. cap. xix. 21. Porro obſervandum literam *Lam* in لما ſpeciali uſu hic valere *pro, pro eo quod,* i. e. *ad comparandum id quod,* &c. Eundem hujus particulæ uſum vide in ſeqq. N. 143.—يفارق fut. III. Conj. *diſceſſit* ab eo, *reliquit* eum, pp. *divulſit* et *abrupit ſe ab alio.* Ibn. Dor. v. 92. a فرق, פרק, pp. *fregit, diffregit, diſrupit.* Tim. i. 180. Hinc פֹּרֵק epitheton poeticum *leonis prædam membratim diſrumpentis.* Pſ. vii. 3. et Nah. iii. 1.

S. 124. Loco تَهْدِي legere malim تُبْدِي, a radice بَدَوَ, cujus IV. Spec. ſæpius adhibetur in *manifeſtandis vitiis,* uti ſupra N. 60. et in infra N. 180. Quem uſum radix هَدَي, *direxit,* ſcil. *protenſa manu viam alicui oſtendit,* nullibi, quantum ſcio, exſerit.

S. 125. مَحْنٌ, *tentamen,* quo boni ad coticulam veluti explorantur, a محن, מחן, de quo vide N. 84.

S. 126. دولة الاوغاد, *imperium vilium.* Poſterior vox eſt collect. τοῦ وَغْدٌ, *famulus,* peculiariter *comparandi victus ergo ſerviens,* h. *vilis, ſequior.* Conjungitur paſſim cum السِفَلٌ, *hominem* notans, qui *abjectæ conditionis* vel *infimæ ſortis eſt.* Tim. ii. 400. et Carm. Togr. v. 43. ubi eadem phraſis de ejuſdem generis honinum imperio tanquam violento et intolerabili uſurpatur.

مَا كُنْتُ أُؤْثِرُ أَنْ يَمْتَدَّ زَمْنِي
حَتَّي أَرَي دَوْلَةَ ٱلْأَوْغَادِ وَٱلسِّفَلِ ۞

Non optaſſem, ut protraheretur mihi tempus meum,
Donec viderem imperium vilium et infimorum.

علي الحاب والفساد, *ſuper crimine et graſſatione.* Vox الحاب, pp. notat *nexum,* ab حَابَ, חוב, vel חיב, pp. *nexuit,* ſive *ſtrinxit, obſtrinxit,* unde transfertur non ſolum ad *debitum æris alieni,* Ezech. xviii. 7. ubi per

appoſitionem חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב, *pignus ſuum, nexionem* vel *nexum reſtituit*, ſed etiam ad *crimen*, quo *caput* alicujus *obligatur*. Dan. i. 10. וחיבתם את ראשי למלך, *et caput meum nexu obligaveritis*, ubi quivis *reatum graviorem* agnoſcit. Altera vox فَسَادٌ ſignificat *graſſationem, vaſtationem*, et *violentam oppreſſionem*, a فَسَدَ, *perdidit, corrupit*, in IV. *graſſatus fuit inferendis malis*. Tim. i. 12. 34. et Cor. ii. 11. ubi phraſis فسد في الارض, ſignificat *latrocinari, deprædari*, atque *occidere more graſſatorum*.

S. 127. Senſus eſt, Præſtare paucas habere opes, eaſque bene et ad res utiles expendere, quam multis abundare divitiis, iiſque ad luxuriem, quæ corpori æque ac menti nocet, abuti.

S. 128. Conf. quæ Salvator docet, Marc. xii. 41—44.

S. 129. Per phraſin دار الوفاء, *domus retributionis*, ſive *ſolutionis debiti*, intelligitur *Paradiſus*, qui alias دار الجزاء, *beata retributionis ſedes*. Tim. i. 9.—وَفَآءٌ etiam idem notat quod تمام, *longitudo, duratio*. Sic دار الوفاء erit idem ac دار البقاء, *domus durationis*, quo ſenſu Paradiſus opponitur τῷ دار الفناء, *domui evaneſcentiæ* in ſeqq. N. 285. et 524.—يستقرّ fut. X. Conj. radicis قَرَّ, קרר, *friguit*, et *ſtabilis fuit*, in X. *ſtabilem tenuit manſionem*, hinc مستقرّ, *firma ſedes* vel *manſio*, Har. v. 84. quo nomine inſignitur *Paradiſus cœleſtis*, Cor. lxxv. 12.

S. 130. غوايل collect. τῆς غايلة, *malum, infortunium*, a غال idem in origine cum عال, *inclinare, propendere, præponderare*, h. *irruit, invaſit derepente* et *de improviſo obruit, peremitque* eum homo vel res. Sic de *hoſte irruente*, Vit. Salad. p. 77. Abulph. H. D. p. 58. 79. 104. et Tim. i. 246. de *morbo* aliquem *violenter opprimente*, Vit. Salad. p. 62. aliiſque malis.—مكايد collect. τῆς مكيدة, *dolus, fraus, inſidiæ*, a كَادَ, כיד, cujus origo in *excuſſione ſcintillarum*, unde transfertur ad omne genus *malarum machinationum* et *fraudum*, quas homo impius ex ignito fomite ſuæ malitiæ elicit et extundit, ut aliis *exitium* et *perniciem* creet, quam notionem præ-

gnantem exſerit derivatūm Hebr. כיד Job. cap. xxi. 20. ad quem locum conſulendus Schult.

S. 131. De radicibus رزا et خلص vide quæ ſupra notavimus in I. Collect. N. 66. et 78.

S. 132. Convenit cum hac ſententia, quod in ſeqq. monet Imperator, N. 500.

S. 133. Significat, Nihil hominem magis affligere, quam ſi tentamina ejus aſſidua ſint, eumque perpetuo cruciant. فِتَنٌ collect. eſt τῆς فِتْنَةٌ, *tentamen*, ſive res omnis qua homo *tentatur*, *probaturque*.

S. 134. Obſerva pulchram paronomaſiam inter جَلَبَ et سَلَبَ, quam etiam captavit Arabsj. in Hiſt. Tim. ii. 70. Prior radix reſpondit Hebr. גלב, pp. *trahere*, *attrahere*, et *tractim radere*; hinc phraſis جلب السوء, *trahere*, *adducere malum*, Sent. Erpen. N. 82. Inde etiam Hebr. גַּלָּב, *tonſor*, qui inter radendum יִגְלַב דָּם, *attrahit* et *elicit ſanguinem*, Conf. Schult. ad Har. iv. 35. Poſterior سلب valet, *auferre*. Abulph. l. c. p. 60. 79. et 139.—Non minus elegans eſt paronomaſia inter نِعَمٌ et نِعَمٌ, quorum prius vocabulum collect. eſt τῆς نِعْمَةٌ, *vindicta*, *pœna*, a نَقَمَ, נקם, *iratus fuit*, *reprehendit*, in VIII. *pœnam* et *vindictam cepit* de aliquo. Cor. vii. 136. Tim. i. 292. et in ſeqq. N. 255. et 389. Poſterius collect. eſt a ſing. نِعْمَةٌ, *gratia* et *beneficentia*, a نَعَمَ, נעם, pp. *molle*, *tenerum eſſe*, vide Schult. ad Har. iii. 128. in Prov. cap. xiii. et quæ ſupra notavimus ad I. Collect. N. 40.

S. 135. Ejuſdem ſignificationis ſententiam habuimus in I. Collect. N. 149.—أَهْنَأُ, *lautiſſimus*, item *ſaluberrimus*. Forma intenſ. qua Lexica augenda, ab هَنَأَ, *linivit*, *inunxit ſemet* aliqua re i. e. *percepit ex ea utilitatem*, *commodum*; hinc formula هنأني الطعام, *linivit*, *unxit me cibus*, i. e. *eum jucundum* et *ſalubrem expertus ſum*, et intranſitive هَنِيٌّ ٱلطَّعَامُ et هَنُؤَ, *unctus fuit cibus*, pro *facilis*, *lautus*, *ſalubris fuit*.

Vide Schult. ad Har. ii. 113. et v. 104.— قِسْم, *portio, ſors,* a قَسَم, *ſecare, ſecando dividere in partes,* h. *aliquid alteri,* ut *portionem adſignare,* Vit. Salad. p. 17.

S. 136. Radix عمي in origine notat, *volvit, involvit,* unde transfertur ad *cæcitatem oculorum* tam corporis quam mentis, in ſeqq. N. 443. et Meidan. i. N. 39.

S. 137. Vide not. ad I. Collect. N. 70. ubi ſilentium ut medicina animæ laudatur.

S. 138. شعار hic et alibi notat, *ſignum, teſſeram militarem,* ſcil. *ſymbolum,* quo milites ſe invicem dignoſcunt in pugna. Tim. i. 264. pp. eſt *interius amiculum corporis,* cui opponitur دثار, *veſtis exterior,* ibid. p. 144. et 316.

S. 139. جِلَاء, *nitor, ſplendor,* fig. hic notat *exhilarationem,* uti in I. Collect. N. 87. et 89. quemadmodum et ipſa radix جلا, גלה, pp. *deterſit,* et *deterſus fuit,* ad *diſcuſſionem mœroris* transfertur. Har. ii. 60. et Tim. ii. 84.—طَمَأْنِينَة, *quies, ſecuritas,* a radice deperdita طمن, ſed relicta in ſpecie quæ literam *Eliph* inter ſecundam et tertiam radicalem inſertam habet, طَمْأَنَ, *inclinavit dorſum quieſcendi ergo,* nec non in ſpecie, quæ cum *Eliph* ultimam radicalem duplicat, اطْمَأَنَّ, *quietus fuit, quievit* aliquo, item *acquievit, ſecurus, confiſus, fretus fuit.* Cor. iv. 102. Abulph. H. D. p. 203. 531. et 532. unde مُطْمَئِنَّة, *quietus.* Cor. lxxxix. 29. Tim. i. 152. et Gol. Sent. p. 276. N. 196. Omnia hæc ſecundaria ab origine, quam pandit nobis Hebr. et Chald. טָמַן, *fidere, deſidere, ſubſidere in profundum,* unde notio *quieſcendi* et *reclinandi ſeſe* apud Arabes profluxit. Apud Hebræos vero et Chaldæos uſurpatur de *rebus abſcondendis.* E. g. de *cadaveribus cryptis recondendis*; *de theſauro in gremio terræ defoſſo,* aliiſque rebus. Proxime etiam ad originem accedit locus Eſai. ii. 10. *Intrare in rupem,* וְהִטָּמֵן, et *ſubfidere in pulverem,* et Job. xl. 13. טמנם בעפר יחד, *fidere facito,* ſcil. *pro-*

funde mergito eos in pulverem una. Qui plura de hac radice ſcire velit, adeat Schult. Comm. in Jobum, p. 71. 440. &c. Hutzi Diſſert. de Synon. L. H. p. 46. nec non Diſſertationem meam de Pomœriis L. H. ampliandis, p. 53.

S. 140. تنبيه من الغفلة, *excitatio,* ſcil. *expergefactio e ſocordia,* i. e. *e ſomno ſocordiæ,* qua quis quaſi dormitat atque in officio ceſſat. Radix enim نبه in II. Conj. peculiariter adhibetur de *excitatione e ſomno.* Tim. i. 564. in V. *evigilavit e ſomno.* Ibid. ii. 596. et Tab. Ceb. p. m. 22. in VIII. idem, Abulph. H. D. p. 13. et 23.

S. 141. أَعْلَالٌ non comparet in Lexicis. Eſt collect. עִלֵּל, *morbus,* a علّ, עלל, *hauſit iteratis vicibus,* et dein *ægrum eſſe, morbo affligi,* quia morbus vires haurit et humorem vitalem ebibit. Vide hanc radicem copioſe illuſtratam a Schult. in Orig. tom. i. p. 165. et ſeqq.—دَوَآءٌ, *medicamentum, remedium,* et أَدْوَآءٌ, *morbus,* eandem habent ſtirpem دوي, דוה, pp. *cavum, excavatum eſſe,* ita ut ſtrepitum edat tinnientem. Hinc peculiariter adhibetur de eo quod *putredine exeſum* et *exaratum eſt,* unde transfertur ad *morbum intus latentem*; in III. valet *remedio concinnavit, medicatus fuit,* q. d. *tractavit ægrotum.*—طَارِدٌ, *propellens, abigens,* a طرد, *pellere, propellere, abigere,* quam notionem Hebr. טרד bis tantum in S. S. occurrens in una eademque ſententia exſerit, Prov. xix. 13. et xxvii. 15. Ubi uxor rixoſa comparatur cum *ſtillicidio pellente,* ſcil. *expellente.*

S. 142. Convenit hæc ſententia quodam modo cum dicto Salvatoris, Matth. cap. v. 29.—ذهاب act. radicis ذَهَبَ, זהב, pp. *micuit,* unde ad *motum celerem* transfertur, *cucurrit,* h. *præteriit, abiit,* item *periit.* Abulph. H. D. p. 9. *Veritus fuit* ذهاب العلوم, *ne perirent ſcientiæ.* Peculiariter uſurpatur in *caligatione oculorum,* ſcil. *viſus,* ibid. p. 23.

S. 143. Significat, Mundum vilem, arctumque ſpernendum eſſe reſpiciendo ad æterna, ampliſſimaque præmia.—ذر pro اُوْذُرْ Imperat. a وَذَرَ, pp.

fecuit, et quidem in *fruſtula minutiora*, h. *fivit*, *miſſum fecit*, *permiſit tradidive* alteri *in portionem*. Cor. xii. 47. Har. vi. p. 206.

S. 144. ذُو الْمَعْرُوفِ, *poſſeſſor juſti* ac *veri*, i. e. *qui æqui juſtique ſtudioſus eſt*. Vocula ذو, זֶה, apud Arabes notat *dominum*, *poſſeſſorem*, quam notionem Hebr. זֶה, *hic*, *iſte* forſan etiam exſerit. Pſ. lxviii. 9. *Contremuit terra, et fluxerunt cœli a facie Dei* זֶה סִינַי, *a facie Iſraelis*. Plerique Interpretes cum Chaldæo Interprete illud זֶה habent pro pronomine demonſtrativo, et connectunt זה סיני cum ſeqq. atque repetunt ex antecedentibus verbum רעש, *tremuit*, vel נטף, *ſtillavit*, vel utrumque ſimul h. m. *iſte* vel *hic Sinai* (contremuit diffluxítque) *a facie Dei Iſraelis*. Verum, licet hoc bonum fundat ſenſum, et cum loco parallelo Jud. v. 5. conveniat, poſſet tâmen illud זֶה סִינַי, propter accentum majorem Atnach cum LXX. et Vulgato Interprete, referri ad præcedentia, ut ſit epitheton Dei, *Domini* vel *poſſeſſoris Sinai* i. e. qui in monte Sinai Divinitatis ſuæ maxime illuſtria et conſpicua edidit ſigna.

S. 145. Nec mirum. *Liberalitas* enim *prodigi* non eſt vera illa liberalitas, quam Arabes tantopere laudant, verum potius opum ſuarum profuſio, qua facultates ſuas ſtulte ac ſine ullo fructu aut utilitate expendit, ſuæque ipſius paupertatis cauſa eſt. Bene igitur dixit Cicero, *Stulta liberalitate quaſlibet opes exhauriri, vel effluere potius.*— سَرَف, *prodigalitas*, a سرف, pp. *micuit*, *ſplendidus fuit*, hinc *modum exceſſit* quavis in re quaſi dicas, *ſplendide vixit*. Abulph. H. D. p. 324. 422. et 547. et in IV. اسرف, *prodigus fuit*, *modum exceſſit*. Ibid. p. 204. et Elnaw. p. 64. N. 103.

S. 146. شَرَف, *celſitudo*, *nobilitas*, peculiariter generis, *gloria*, a شرف, cujus proprietas eadem quæ in præced. سرف, *micuit*, *emicuit*, h. *excelſus* et *nobilis fuit*, *nobilitate* et *gloria vicit*, unde شريف, *eminens*, *nobilis*, peculiariter genere, ſpecialiter Muhammedis. Vit. Sal. p. 1. 5. Elnaw. p. 96. N. 168. Gol. Sent. Poet. p. 155. N. 6. Sic etiam Hebr. שרפים notat *no-*

biles, ſatellites Dei, Eſai. vi. 2. 6.— تَبْطِرُ, *inſolentem faciet* 3. fut. fœm. gen. Speciei IV. radicis بَطَرَ, *modum exceſſit hilaritatis, petulanter* et *inſolenter ſe geſſit,* Lib. Colail. p. 70. et Meidan. i. N. 21. ubi ضَجِرَ τῷ, *angore animi preſſus fuit,* opponitur.— لَا تزعزعه رياح, *quem non commovent venti.* زَعْزَعَ forma quadril. a زاع, זוע, cujus origo in *nutatione,* ſcil. *vacillatione inclinante,* h. زَعْزَعَ, *quaſſit, concuſſit, agitavit, commovit* arborem ventus. Inde apud Har. vi. 188. زَعَازِعُ, vel plena phraſis, رِيحٌ زَعَازِعٌ, *ventus concuſſor,* notat *ventos turbines, procelloſos.* Eadem *concutiendi,* ſcil. *agitandi* notio reſidet in Hebr. זעזע Hab. ii. 7. *Evigilabunt* מזעזיך, *qui te exagitabunt,* i. e. *qui omnes res tuas commovebunt.*— دَنِيٌّ, *homo vilis,* a دَنَا, pp. *depreſſus, humilis fuit.* Inde etiam أَدْنَى, *forma* intenſ. *facilior,* Prov. Meidan. edit. ab H. A. Schult. p. 18. N. 32. Et *valde facilis,* Cor. iv. 3.— نسيم, *lenis* ac *gratus ventus,* item *aura, halitus,* a نسم, *ſpirare,* uſurpatur de *aura venti Euri.* Amrolk. v. 8. de *halitu vitæ.* Abulph. H. D. p. 5. de *odore,* Schroed. de Veſt M. H. p. 152.

S. 147. اشاعة act. IV. Conj. radicis شاع med. ي, cujus origo in *laxo, fluidoque,* h. *diffuſus fuit, palam evaſit,* in IV. *palam fecit, divulgavit.*— لِتَسَعْ pro لِتَوْسَعْ, a وسع, ושע vel ישע, pp. *laxa* et *patula fuit* res, unde inter alios uſus transfertur ad *commoditatem* et *poteſtatem* faciendi quid.

S. 148. Cum priori hemiſtichio convenit ſent. N. 320. في الذكر حياة القلوب, *laudatio Dei vitam præbet cordibus,* quæ ea ſuſtentantur quaſi ac recreantur. In poſteriori membro مجالسة المحبوب notat *conſortium,* in quo amici peculiariter Dei, more Orientalium confidentes, præcipue in laudem Dei colloquuntur.

S. 149. Notanda paronomaſia inter بَصَائِرٌ et ضَمَائِرٌ. *Prius* eſt collect. τῆς بَصِيرَةٌ, *viſus,* a بَصَرَ, pp. *fidit, findendo ſecuit,* ac dein *ſecanti acie vidit, proſpexit. Poſterius* eſt collect. a ضَمِيرٌ, *conceptus animi, arcanum mentis, intimæ cogitationes.* Tim. ii. 300. Abulph. H. D. p. 555. 561. et 563. et

Gol. Sent. Poet. p. 164. N. 42. Radix eſt ضَمَرَ, pp. *ſtrinxit, ſtringendo compreſſit.* يُؤنِس fut. IV. Conj. radicis أَنَسَ, אנש, in origine idem cum نَاسَ et أَنَثَ, pp. *ultro citroque motus,* et *agitatus fuit,* dein *quaſſus fuit* et *quatiendo fractus,* unde אנוש, *homo quaſſus, fragilis, omni quaſſationi* et *miſeriæ perpetuo obnoxius.* Pſ. viii. 5. ix. 20. 21. et alibi, h. et ipſa radix valet, *humanus, familiaris evaſit,* et dein *manſuetus fuit,* notione ducta ab *homine*; et in IV. *familiarem* et *aſſuetum reddidit, humanum fecit, manſuefecit.* Eadem *humanitatis* notio in derivatis frequentiſſima. Sic إِنْسٌ, *genus humanum,* opponitur وَحْشٌ, *generi ferarum.* أُنْسٌ, *humanitas,* Ham. p. 402. et Lib. Colail. p. 95. أُنُوسَةٌ, *ſocietas humana,* Carm. Pythag. v. 71. مُؤانسة, *urbanitas.* Abulph. H. D. p. 51. uti et אנוש aliquando adhibetur pro *ſocio familiari.* Vide Ven. in Pſ. tom. vi. p. 184. et in Jer. p. 496.

S. 151. Conf. in ſeqq. N. 224. Ubi beatus prædicatur, qui *prodigalitatem a ſe removet.* Nec mirum, ea enim يُذَمّر, *exitio dat,* uti Auctor ait in ſeqq. N. 380. et سبب الفقر, *cauſa paupertatis* eſt, apud Wahid. Cod. MS. ſub litera س.—اسراف, *prodigalitas,* act. IV. Conj. *modum exceſſit* aliqua re cui aptiſſime opponitur ſeq. particip. VIII. Conj. مقتصد a قَصَدَ, *medio modo ſe habuit,* in IV. neque *parcus* neque *prodigus fuit,* ſed *modum rectum tenuit.*

S. 152. ذِرْوَةُ ٱلْغَايَاتِ, *culmen extremitatum,* h. l. fig. notat *culmen perfectionum.* ذروة, pp. eſt *faſtigium, vertex* rei, peculiariter montis. Ibn. Dor. v. 94. 117.—غايات plur. τῆς غاية, *extremitas* rei *ſummuſque terminus,* ad quem tenditur, a radice غبي, גאה, cujus origo *intenſione,* peculiariter quæ fit *in altum* vel *longinquum,* h. in II. *erexit vexillum.* Apud Hebræos adhibetur in *elatione tumida,* unde transfertur ad *turgidam* præ *libidine* et *ſuperbia elationem,* Hoſ. v. 5. item ad *inſolentiam tumidam* et *contumaciam,* qua quis elatus, et inſtar aquarum tumidarum graſſans, ſuis viribus ad alios opprimendos abutitur. Pſ. x. 2. cxl. 6. Eſai. xiii. 11. xvi. 6.—ذو المجاهدات,

ad literam, *bellorum ſacrorum ſtudioſus*, i. e. *qui omni ſtudio bellum ſacrum* contra infideles *gerit*, qua notione radix جهد in III. Conj. paſſim venit. Plena phraſis eſt جاهد في سبيل الله, *Dei viam armis animoſe defendit*, Cor. ii. 218. iv. 94. xxii. 79. &c.

S. 153. زَلْزِلْ Imperat. II. Spec. radicis زَلَّ, זלל, cujus proprietas in *laxitate pendula*, in qua neque *gravitas* neque *pondus* eſt, h. *abjectus, viliſque fuit*, et dein *ſubmiſſus, humilis*, et *obſequens*; in II. *ſubegit, ſubmiſit* animum.— يقين, *certa ſcientia*, h. l. abſolute notat *certitudinem* religionis, uti ſupra N. 117.— وقرّره بالفناء, *et confirma eum*, ſcil. animum *de vanitate hujus mundi*, i. e. fac ut ſine ulla dubitatione ejus vanitatem agnoſcat. Radix قرّ, קרר, pp. valet, *friguit*, h. *quievit, firmiter manſit* aliquo loco; in II. *ſtabilivit, firmavit, confirmavit, conſtituit*. Sic قرّر في نفسه, *firmiter apud animum conſtituit*. Lib. Colail. p. 88.— فجايع collect. ταῖς φοβεραῖς, *adverſitas dolore angens*, a radice فَجَعَ, פגע, origo in *offendendo* in aliquid, ſcil. *incurſando* ad lædendum, h. *afflixit, dolore* et *mœrore affecit*. Abulph. H. D. p. 485. Tim. i. 434. et Caab ben Zoh. v. 7.

S. 155. لَزُومٌ act. radicis لَزِمَ, firmiter *adſtrictus fuit*, h. *inſeparabiliter* alicui rei *adhæſit*.

S. 156. Idem de invidia affirmavit ſupra N. 7. حِقْدٌ, *malevolentia, odium occultum*, ab حَقَدَ, *male voluit, odit*, Abulph. H. D. p. 193. 215. 508. 561. Sic de *odio inteſtino* quo Eſavus fratrem ſuum proſequebatur, ibid. p. 23. item de *ira inveterata*, Dam. apud Bochart. Hieroz. lib. i. p. 76.

S. 157. Ejuſdem farinæ ſunt Sent. Sen. et Syr. M. N. 315. *Inopi beneficium bis dat qui cito dat*; et N. 779. *Duplex fit bonitas, ſi acceſſerit celeritas*. Conf. not. ad I. Collect. N. 23.

S. 158. Vide ſupra N. 51.

S. 159. Senſus eſt, Sæpe fieri, ut ea, quæ vehementer deſideramus, nobis

magis pernicioſa quam ſalutaria eſſe.—عَطَبٌ notat *exitium, calamitatem,* a عَطَبَ, pp. *ſecuit, exſcidit,* et intranſitive *exſciſſus fuit,* h. *periit.*

S. 160. طَرَبٌ, *deſiderium, cupiditas, hilaritas,* a طَرِبَ, *levitate commotus fuit,* h. valde *gaviſus fuit,* q. d. *movit cum levitate quadam corpus præ gaudio.* Abulph. H. D. p. 206. 443. 470. Adhibetur etiam in *commotione ob vehementiam doloris,* apud Muten. Carm. 232. vide Vander Sloot in Togr. p. 114.—جَرَبٌ, *ſcabies,* h. l. fig. notat *lucri ſtudium* et *avaritiam,* quæ ſemper pruritu, ſive cupiditate aliqua ſcabiei inſtar ſollicitat animum atque pungit. Quo ſenſu Horatius Epiſt. lib. i. Ep. xii. v. 14.

Cum tu inter ſcabiem tantam et contagia lucri,
Nil parvum ſapias, et adhuc ſublimia cures.

S. 161. Conf. Menander p. m. 166. Σιγή ποτ' ἐϛὶν αἱρετωτέρα λόγου, *aliquando verbis melius eſt ſilentium.*—أَبْلَغُ, *efficacior, perfectior, penetrabilior,* et ad *finem propoſitum majore cum effectu vadens,* ſpecialiter *potentior in loquendo, eloquentior,* Elnaw. N. 169. et in ſeqq. Meidan. i. N. 36. a بَلَغَ, pp. de *ſagitta* cum *ferit ſcopum,* h. *pervenit, contigit terminum propoſitum.* Tim. i. 278. Cor. lxv. 2.

S. 162. Eandem paronomaſiam inter حِلْمٌ et عِلْمٌ habuimus in I. Collect. N. 208.—رَدْعٌ act. radicis رَدَعَ, *cujus* origo in *tundendo,* h. *retudit, coercuit impetum* alicujus, et dein *repulit, oppreſſit.*

S. 163. Idem *affirmavit* Imperator in I. Collect. N. 157. et 160. Phraſis ركب الظلم, *inequitans in juſtitiam,* notat eum qui injuſtitiam ſine ullo metu perpetrat, eique ſe totum tradit. Similes floſculos Orientales vide ſupra I. Collect. N. 225. ubi vidimus radicem رَكَبَ proprietatem habere in *compingendo,* unde h. l. مركب, *vehiculum,* ſcil. *currus bene compactus,* et h. ipſa radix *vehi curru, inequitare,* notat.

S. 164. Pulcherrime comparatur ſapientis error cum *naufragio.* Uti

enim in naufragio omnes illi, qui in navi ſunt, in aquam ſubmerguntur; ſic omnes illi, qui ſapientis doctrinam ſequuntur, cum ipſo errante eundem in errorem incidunt. Huc facit proverbium, اذا زلّ العالم زلّ بزلّته عالم, *ſi errat eruditus, error ejus mundum in errorem inducit.* Conf. Pocock. Specim. Hiſt. Arab. p. 355. cit. a Mang. in not. ad Tim. i. 543.—انكسار infinit. VII. Conj. *fracta* et *rupta fuit* res, a كسر, pp. *fregit* rem. Impp. inter alios uſus adhibetur de *conſternatione* animi, Abulph. H. D. p. 340. et Vit. Salad. p. 234.—سفينة, *navis*, ſic dicta ob *mobilitatem* et *velocitatem*, سفن, סָפַן et שָׁפַן, cujus origo eadem quæ in سفا, *radere, abradere*, h. *agilis, velox fuit.* Vide Schult. in Orig. tom. i. p. 345. et ſeqq. et Huſztie de L. H. Synonymis, p. 51.

S. 165. Conf. I. Collect. N. 142. et in ſeqq. N. 251.—أَنْكَأُ malim أَنْكَأُ, ut ſit forma comparat. *magis vulnerans*, a نَكَأَ vic. *τῆς* نَكَي, cujus primaria virtus in *reſcindendo*, ut quum caro *reſcinditur*, itemque *vulnus*, vel *ulcus*, quod denudatur cruſta, antequam ſanatum eſt, h. *nece* vel *vulnere graviori affecit* aliquem, et intranſitive *dolore, affectus eſt.* Eadem poteſtas ſita in Hebr. נכה et vic. נכא uno tantum veſtigio relicta in loco Eſai. xvi. 7, ubi נכאים ſignificat *contuſiones*, quibus quid *in minutiſſimas partes diſcinditur.*—اَصَابَةٌ, *directio ſagittæ ad ſcopum.* Tim. i. 12. a صاب, *recta contigit ſcopum* ſagitta, in IV. idem.

S. 166. Docet ſententia, Damna, quæ lapſus linguæ adfert, multo graviora eſſe, quam quæ ex lapſu pedis oriuntur. De quo pulcherrime Poeta apud Golium in auctario ad Erpen. Gramm. p. 163.

يُصَابُ ٱلْفَتَى مِنْ عَثْرَةٍ بِلِسَانِهِ
وَلَيْسَ يُصَابُ ٱلْمَرْءُ مِنْ عَثْرَةِ ٱلرِّجْلِ،
فَعَثْرَتُهُ فِي ٱلْقَوْلِ تُذْهِبُ رَأْسَهُ
وَعَثْرَتُهُ بِٱلرِّجْلِ تُبْرَا عَلَى ٱلْمَهَلِ،

Malum reportat homo ex lapſu linguæ,
Non item ex lapſu pedis :
Nam quod lingua peccat, id capite mulctat ;
Quod vero pede, corrigitur in lentiore greſſu.

Optime etiam huc faciunt verba Syrachidis, cap. xxviii. 21. Πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπας, πληγὴ δὲ γλώσσης συγκλάσει ὀστᾶ· v. 22. Πολλοὶ ἔπεσαν ἐν στόματι μαχαίρας, καὶ οὐχ ὡς οἱ πεπτωκότες διὰ γλώσσαν, *plaga flagelli efficit vibices ; plaga vero linguæ frangit oſſa. Multi ceciderunt in acie gladii, ſed non ut qui ceciderunt per linguam.*

S. 167. زيادة الفعل على القول, ad literam, *augmentum operis ſupra vocem*, i. e. *plus præſtare quam promiſeris* ; uti نقص الفعل من القول, ad literam ſonat, *imminutio operis de voce*, i. e. *minus præſtare quam promiſeris*.—زيادة et نقص, vel uti in ſeq. ſententia legitur, نقصان, ſæpius opponuntur. Vide Tim. ii. 914.—فضيلة generatim notat, *rem omnem qua quis aliis præſtat*. E. g. *virtus, ſcientia, ars, bonitas*, &c. uti opp. رذيلة ſignificat, *rem omnem ignobilem* et *vilem*, ut *vitium, inſcientia*, &c.

S. 168. Senſus eſt, Bona mundana, quando in dies augeantur, homini ſæpiſſime magis nocere quam prodeſſe. Non raro enim fit, ut illis in ſui ipſius perniciem abutatur, et quo magis huic abuſui indulgeat, eo minus vitæ melioris bona ſperare poſſit. Eo tendit etiam ſeq. ſententia.

S. 169. Phraſis زخارف الدنيا redibit in ſeqq. N. 271. زخارف collect. τὸ زُخْرُفٌ, in genere notans, *pulchritudinem* cujuſque rei. Sic de *elegantia* terræ, Tim. ii. 422. de *ſermone*, peculiariter *mendaciis diſpuncto* et *fucato*, Cor. vi. 112. et h. l. de *blanditiis mundanis*, quibus intellectus debiles facillime ſe decipi ſinunt. Radix quadrilitera eſt زَخْرَفَ, *compſit, fucavit*, unde particip. مُزَخْرِفٌ, *fucum faciens*, Tim. ii. 228.

S. 170. Convenit cum monito Apoſtoli 1 Tim. vi. 19.—اصْطِنَاعٌ act. Conj. VIII. radicis صنع, pp. *aſciare, aſciando parare, facere, conficere.*

Har. v. 132 *exornare*. Abulph. H. D. p. 206. item *benefacere*. Har. v. 152. et vi. 276. in VIII. *accepit beneficium*, et *contulit* in aliquem *beneficium*.—أَشَدّ collect. a ſing. شَدِيد et شَدِيدَة, *vehemens*. Radix eſt شَدّ, pp. *conſtrinxit* et *adſtrictus fuit vehementer*, Vit. Salad. p. 134. Hinc phraſis *ſtringere* alicui *beneficium*, i. e. *in aliquem id conferre*.—ذُخْر, *theſaurus*, ſcil. *id quod in futurum tempus* vel *theſaurum reconditur*, pp. notat *rem adſpiratam, pretioſam*, a ذَخَر, pp. *anhelavit*, h. *appetivit, cum deſiderio adſpiravit*, et dein, notione a *theſauro* ducta, *repoſuit, recondidit in theſaurum futurum*. Obſerva etiam paronomaſiam inter ذُخْر et ذُكْر.

S. 171. Senſus eſt, Eum, qui ſanitate a Deo donatur, oportere omne ſuum ſtudium impendere, ut obedientiam ſuam tanquam tributum Deo pendeat; eumque, qui ſtrenuo animo præditus eſt, debere ſuam ſtrenuitatem in eo imprimis oſtendere, ut Dei viam contra infideles armis animoſe defendat.—شَجَاعَة, *ſtrenuitas*, a شَجِع, pp. *furere, in rabiem dari*, qua notione Hebr. שגע in ſpec. *Puhhal* paſſim obvia. Apud Arabes vero adhibetur de *eo*, qui *audacter contra hoſtes pergit*, ut quaſi *furibundus eum invadat*, h. *ſtrenuus, audax fuit* in hoſtem. Abulph. H. D. p. 49. 156. 279. Ham. p. 408. et 570.

S. 172. اِحْتِمَال, *patientia*, qua quis alterius vitia ferre valeat. Act. VIII. Conj. radicis حَمَل, חמל, pp. *mollis, tener fuit*, de qua vide I. Collect. N. 189.

S. 173. Conf. N. 45. مِحَن collect. τῆς مِحْنَة, *tentatio, exploratio*, et h. *calamitas, afflictio*, quia ea *tentatur*, ſcil. *probatur* homo. Tim. ii. 658. et Elnaw. p. 16. N. 13. ubi vide Schult. p. 128. Radix eſt مَحَن, בנן, de qua dictum N. 84.

S. 174. بُغْض, *odium*, a بَغَض idem cum بَغَض, *reſecuit*, h. *exoſus fuit, averſatus eſt, odit*. Abulph. H. D. p. 402. in IV. *odio habuit*. Ibid. p. 30. Vit. Salad. p. 7. et I. Collect. N. 219. in VI. *oderunt invicem*, N. 507.

S. 175. Conf. N. 76.

S. 176. Conf. ſupra N. 13. et in ſeqq. N. 217. et 278. Oppoſitam huic ſententiam exhibet Menander p. m. 166. ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐσιν αἰτία κακῶν, *malis initium lingua permultis dat*, nec non ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν, *multis hominibus lingua perniciem attulit.*

S. 177. Phraſis تَزَادُفُ الْأَنْعَامِ, ſecundum vim verbi رَدَفَ in VI. Spec. notat *beneficia*, quæ continua ſerie ſibi ſuccedunt, ſcil. quorum *unum alterum ſubſequitur*. Vide quæ de hac radice diximus ad ſent. N. 11.

S. 181. هُجْرٌ, *futilitas* peculiariter ſermonis, ab هَجَرَ, *abſcidit, reſecuit*, et h. *delirare, futilia loqui*, q. d. *abſciſſa ratione vagari, penes ſe non eſſe.* Vide Schult. in Ham. p. 580. Phraſis هُجْرُ القَوْلِ h. l. idem notat quod هُجْرُ اللَّغَا, *ſermo temerarius, vanus*, et *obſcœnus*. Ibn. Dor. v. 59. Quem evitandum eſſe monet Imperator, uti inter leges peregrinatoribus Meccanis datus et hæc eſt: ut ſibi caveant ab omnibus ſermonibus obſcœnis. Vide Marracc. in Prodrom. iv.

S. 182. Prior pars convenit cum N. 115. Poſterior ſenſu non multum differt a ſententia quam habuimus in I. Collect. N. 92. ubi docetur *ſcientiæ gradum ſummum eſſe gradum.*—Porro paronomaſia inter سِيَاسَةٌ et رِيَاسَةٌ adfuit etiam N. 105.

S. 183. In verſione hujus ſententiæ ſenſum paulo liberius expreſſi. Ad literam ſonat, *Teneritas* ſcil. *tenero affectu eſſe in firmo animi propoſito; ſummaque diligentia uti in juſtitia; et excellere in modo recte ſervando.*

S. 184. طَاعَةٌ, *obedientia*, peculiariter Dei, et ذَنْبٌ, *peccatum*, opponuntur etiam I. Collect. N. 82.

S. 185. Eadem ſententia occurrit in Auctar. ad Erpen. Gramm. N. 22. hac ſolummodo differentia, quod pro سَلْ ibi legatur أُطْلُبْ.

S. 186. Vox سُمْعٌ non comparet in Lexicis. Suſpicor legendum eſſe سُمُوعٌ, ut ſit collect. تح سَمْعٌ, *auditus*, a سَمَعَ, pp. *arrexit*, peculiariter

aures, atque ita *audivit*.—أُذُنٌ, אֹזֶן, *auris*, ſic dicta a *librata appenſione*. Radix nempe أَذَنَ, אזן, ejuſdem originis eſt cum وَزَنَ, pp. *libravit, ponderavit*, unde מֹאזְנַיִם, *bilances*. Pſ. lxii. 10. Levit. xix. 36. Prov. xi. 1.—De voce غَفْلَة, *ſocordia*, vide ſupra I. Collect. N. 30.

S. 187. سَرِيعٌ, *celer*, et بَطِيءٌ, *tardus*, ſibi opponuntur, uti بَطْءٌ, *tarditas*, ſecundum Gjeuhar. contrarium eſt سُرْعَةٌ, τῆς *celeritatis*.—سَاعٍ pro ساعي notat, *curſorem*, peculiariter talem, *qui curſu ſolenni inter* Tsaphan *et* Mervam *feſtinanter contendit*, uti obſervavimus in I. Collect. N. 138. —Prius hujus ſententiæ membrum per ſe ſatis clarum. Poſterioris vero vim non aſſequor. Difficultas latet in verbo رجا, *ſperavit*, quod in IV. Spec. valet, *differre, procraſtinare*, unde duplici modo verti poteſt, vel h. m. Quæſitor tardus *retromanet* (blyft agter) vel *ſperat*, i. e. *ſperare non definit, nunquam ſpem ſuam explet* (blyft altyd hoopende).

S. 188. يُبَاذُوا 3. fut. III. Conj. radicis بَذَي in origine idem ac بَذَّ, *tetendit, preſſit cum niſu*, in III. et IV. *moram conceſſit, toleravit*.—فقيه, *Preſbyter Muhammedicæ Religionis*. Vide de hac voce I. Collect. N. 114. —دَنِيٌّ idem ac دَنِيءٌ, quod Gjeuhar. exponit per الخسيس من الرجل الدون, *ignobilis, vilis, ſequior inter viros, contemptibilis*. Radix eſt دنا ult. و et ي, cujus origo eadem quæ in دَنَأَ, *fuit, evaſitque* homo *ſequior*, adeo ut لا خير فيه, *nihil boni eſſet in ipſo*. Qualis κατ' ἐξοχὴν *mœchus* dicitur.—بَذِيٌّ, *impudicus, obſcœnus*, peculiariter lingua, a بَذِيَ in IV. *obſcœne* et *inhoneſte locutus eſt*.—صَبِيٌّ, *puer, adoleſcentulus*. Radix eſt صَبَا, *micuit, emicuit*, h. *agiliter ſe movere, ſalire, juvenem eſſe, juvenili amore affectum* et *propenſum eſſe, impotentius amare*, unde صِبَى, *amor juvenilis*, Ibn. Dor. v. 115.

S. 189. Senſus eſt, Vigiliam ſcil. inſomniam tempore nocturno optimam piis meditationibus occaſionem amicis Dei præbere, prædamque opi-

mam fortunatis adferre; ſicuti ver oportunum eſt tempus, quo quis in meditandis naturæ amœnitatibus ſe oblectari, vitamque felicem ac jucundam degere poſſit.

S. 190. Ad literam, *Tenuitas ſermonis virile decus*, et *virilem animum vilipendit*; vel, ſi سخن البنطق referre velis ad ſermonem, ſenſus erit, Virile decus et virilem animum minoris æſtimari, quin vilipendi, ſi tenuis et imbeeillis ſermo ore egrediatur. سَخْنٌ, *tenuitas, imbecillitas*, item *ſtoliditas*. Tim. i. 210. a سَخَنَ, שחף, origo in *radendo*, h. *attenuatus*, et dein *tenuis* et *macer fuit* ex fame, et ad animum tranſl. *tenuis intellectu, imbecillis mente, ſtolidus fuit*, h. l. uſurpatur de *tenui* et *imbecilli ſermone*. Adhibetur de *ſententiis infirmis*, quæ سخيفة اراء audiunt. Abulph. H. D. p. 78.—مَنْطَقٌ malim مَنْطِقٌ, *loquela, ſermo*, a نَطَقَ, pp. *ligavit*, inde *locutus eſt colligando verba*.—يزري fut. IV. Conj. a زري, זרה, pp. *ſparſit*, unde ad *abjectionem* et *contemptum* rei transfertur; in IV. *contempſit, vilipendit*.—De voce بِهَاءٌ ſupra egimus I. Collect. N. 131.

S. 191. Conf. eum hac ſententia in ſeqq. N. 477. يتجاوز fut. VI. Spec. radicis جاز med. و, pp. *ſecuit*, h. *ſecare viam*, i. e. *ire, abire, tranſire*. Abulf. de Vit. Muhamm. in not. ad p. 34. et in Verſione Arab. N. T. Matth. iv. 21. in III. *tranſgreſſus fuit, exceſſit* modum, Gol. Adag. p. 87. N. 45. in VI. idem. Vit. Salad. p. 22. Abulph. H. D. p. 142. et Amrolk. v. 24.

S. 192. Loco الانام, *homines*, uti Cod. MS. mendoſe exhibet, abſque ullo dubio legendum الاثام, *crimina*.—اكتساب, infinit. VIII. Conj. a كَسَبَ, כשב, pp. *ſcalpere*, h. *ſcalpendo* et *radendo lucratus fuit, acquiſivit, collegit*, uti apud nos, *te hoop ſchrappen*. Har. ii. 48. Lib. Colail. p. 2. 4. et Sent. Erpen. Gramm. Arab. annex. N. 32.

S. 195. Oppoſitam ſententiam vide N. 112.

S. 196. Intelligitur homo, qui nullius reſpectu habito, quævis malefacta

coram omnibus ſine ullo metu et timore perpetrat.—يُبَالِي fut. III. Conj. radicis بَلَى, pp. *terere, atterere,* h. *exploravit, tentavit,* in III. idem valet, quod اكترث لـه, *curavit, reſpexit eum,* metu, reverentia, vel ſollicitudine ductus, q. d. *ſe attrivit* cura, ſollicitudine. Ham. p. 356. et Har. iv. 24.

S. 197. الخاذل, *perfidus, qui amicum deſtituit* ope, *deſeritve,* a خذل, חבל, pp. *flacceſcere, amittere vigorem ſuum.* Sic de *animo flaccido.* Abulph. H. D. p. 518. h. *fruſtratus eſt, ope* et *auxilio deſtituit* aliquem. Ham. p. 334. et 526. Hiſt. Sarac. p. 6. et 51. Tim. i. 168. et Taraph. v. 7. ubi خذول a Scholiaſte exponitur per اللتي قد تخلفت عن صاحباتها, *quæ ſocias ſuas reliquit.* Eundem uſum exſerit Hebr. חדל Job. cap. xix. 14. חדול קרובי, *flaccidi evaſerunt proximi mei,* i. e. omni virore et vigore officiorum exſtincto torpent. Plura dabit Rev. Lette in Cant. Deb. p. 37. et Scheid. in Cant. Hiſk. p. 54.

S. 198. وُلَاةٌ collect. ـةٌ وَالٍ pro وَالِيٌ, *præfectus, præſes provinciæ, prætor,* a وَلَى, *adminiſtravit* rem, eique *præfuit,* item *amicus, adjutor fuit.* Hæ et aliæ notiones omnes pendent a *nexu adſtringente.*—بَرِيٌّ, *liber, abſolutus, innocens.* Cor. x. 42. lix. 16. Lib. Colail. p. 75. et 95. a بَرَأَ, ברא, idem quod بَرَّ, pp. *ſecuit,* et per metonymiam, *ſecando polivit,* h. *liber, immunis, innocens fuit,* a *nitore,* quo quis purus eſt a vitiis aut debitis. Ita apud Gjeuhar. بَرِيتُ مِنْكَ exponitur, *liber evaſi a te, puruſque* مِنَ الدُّيُونِ وَالعُيُوبِ, *ab ære alieno* aut *vitiis.*

S. 199. Vide quæ notavimus ad I. Collect. N. 235.

S. 200. وَلَا يُؤْمَنُ شَرُّهُ, ad literam, *cujus maleficium nemo ab eo ſecurum* ſcil. *tutum facit* vel *facere poſſit.* In fut. يُؤْمَنُ et يَرْجِي obſervanda vis potentialis, uti in I. Collect. N. 50.

S. 201. Conf. cum hac ſententia quæ notavimus ad I. Collect. N. 22. et 23. Vide etiam de *donorum exprobratione* in ſeqq. N. 406.—Porro مَطْلٌ, *procraſtinatio*, eſt a مَطَلَ, pp. *cudit, procudit* ferrum, h. *extendit in longum*, unde Hebr. מטיל notat *vectem*, pp. *maſſam in longum extenſam*. Job. cap. xl. 13. A *prolongando* orta etiam notio *procraſtinandi donum promiſſum*, nec non *prorogandi moras, ſpatiumve ſolvendi æris alieni*, Har. iii. 170.

S. 203. Eodem tendit ſent. in Cod. MS. ſub litera *Eliph*, التدبير قبل الفعل يؤمن العثار. Quo reſpicit etiam illud Latinorum: *Quidquid agis, prudenter agas*, &c.

S. 204. Significat, Juventutem et ſanitatem, quamdiu durant, ab hominibus plerumque nullius pretii æſtimari, cum earum præſtantia tum demum deprehendatur, quando quis ad provectam ætatem pervenerit, aut in morbos inciderit. Conf. I. Collect. N. 88. et in ſeqq. N. 459.—شَبِيبَانِ non comparet in Lexicis, nec memini me hanc vocem ullibi legiſſe. Suſpicor itaque legendum eſſe شَأْنَانِ, ut ſit dualis ττ̃ شَأْنٌ, quæ vox latiſſimi uſus eſt, notans *rem, opus, actionem, negotium*. Abulph. H. D. p. 516. et Lib. Colail. p. 13. quæ notio aptiſſime quadrat in locum Eſai. ix. 4. כי כל שאון ברעש, *quia hominum negotium* ſcil. *actio in tumultu* fiebat *bellico*. Notat etiam *ſtatum* et *conditionem*, quæ cum *gloriatione* ſit conjuncta. Lib. Colail. p. 11. 78. Abulph. H. D. p. 229. 548. et 556. Hiſt. Sarac. p. 46. Cor. lxxx. 37. Item *exiſtimationem* et *dignitatem*, Tim. ii. 762. et Lib. Colail. p. 58. Radix eſt شَأَنَ, סאן, pp. *fidit, diffidit*, et dein *fecit, ſtrenue curavit* rem ſuam. Conf. Schult. Animad. Philol. in locum cit. Eſai. ix. 4. الا من فقدهما—, *niſi quum deſiderantur*, ad literam, *niſi ex defectu earum*. فقد ſæpiſſime notat *defectum* alicujus rei vel perſonæ, Tim. i. 204. Ibn. Dor. v. 88. uti radix فَقَدَ, פקד, pp. *diligenter* et *accuratius*

inſpexit, etiam adhibetur de eo, qui *fruſtra* quid *quærit*, *quæſitumque non invenit*, h. *deſideravit*, Cor. xii. 71. 72. Gol. Sent. p. 271. N. 144. et in Sacris paſſim, 1 Sam. xx. 6. 18. xxv. 15. Eſai. xxxiv. 16. et alibi.

S. 205. Duæ ſunt quibus مَلَاكُ ٱلدِّينِ, *religio conſtat*, ad literam, *ſubſiſtentia religionis*. ملاك notat *id quo quid ſubſiſtit*, aut *continetur*. Sic in Corano, ملاك الجسد, *ſubſiſtentia corporis*.

S. 206. Monet Imperator, Ærumnas, quibus quis huc illuc jactatur, et quaſi fluctuatione graviori commovetur, talibus eſſe evincendas mediis, quibus eas tandem evadere, ſalutiſque portum appellere poſſit.—شَقُّو, *findite*, a شَقَّ, شَقَق, pp. *fidit*, *findendo diſrupit* rem. Hinc variæ phraſes. E. g. *frangere baculum diſſidii*. Har. iv. 5. Tim. i. 200. *Lacerare ſinum*, Tharaph. v. 5. *perrumpere aciem hoſtis*. Abulph. H. D. p. 448. *diffindere capita gladio*. Poet. cit. in not. ad Ham. p. 352. *findere montem*, Abulph. H. D. p. 118. &c. Uſurpatur etiam de *fluvio ſciſſo*. Ibid. p. 58. et h. l. de *fluctibus ærummarum*.—امواج collect. τῆ مَوْج, *unda*, *fluctus*, a مَاجَ, מוג, pp. *æſtuavit*, *fluctibus commotum fuit*, et *undas jactavit mare*. Vit. Sal. p. 17. et 140. Improprie transfertur ad mentis commotæ et exterritæ *fluctuationem vehementiorem*. Hiſt. Sarac. p. 126. 258. Similiter in Sacris, Pſ. xlvi. 7. cvii. 26. Ezech. xxi. 20. Nah. i. 5. et paſſim alibi. Vide Schult. Orig. tom. i. cap. x. §. 19. et Lette in Cant. Moſis, p. 232. et ſeqq.—سُفُن collect. τῆς سفينة, de qua vide ſupra N. 164.

S. 207. Conf. N. 113. nec non Pſ. xc. 10. صَحَّة et سَقَم vel سُقْم opponuntur etiam in ſeqq. N. 460.—Phraſis صحّة الدنيا, *ſanitas mundi*, fig. notat omnia, quæ vitam hanc mundanam jucundam et exoptatam facere videntur. De radice صحّ, עהח, vide I. Collect. N. 129.—سَقَم, *morbus* fig. complectitur omnes hujus vitæ miſerias ac calamitates, a سَقِمَ, pp. *punctus*, *compunctus fuit*, h. *doluit*, *male habuit*, *ægrotavit*.—لَذّة, *voluptas*, *delectatio*, a لَذّ, *ſuave* et *jucundum comperit*, opp. τῷ أَلَم, *dolori con-*

ſtringenti, ab أَلَمَ, אלם, pp. *ligavit, ligando adſtrinxit*, unde ad *dolorem graviſſimum* et quaſi *conſtringentem* transfertur. Abulph. H. D. p. 4. 22. et 354. Har. vi. p. 254. et ſæpe alibi. Eadem tranſlatio locum habet in Hebr. אלם, unde אַלְמוֹן, pp. *conſtrictio vehemens*, et per metonymiam, *graviſſimus dolor*, quo alicujus os *conſtringitur*, atque adeo *obmuteſcit*, et h. *luctus*, item *viduitas* ab *acerbiſſimo luctu*; et אלמן, *viduus* vel *orphanus*, quibus os *præcluſum eſt*, quique ſimul *acerbiſſimo luctui alligati ſunt*. Conf. Ven. in Jerem. p. 1201. et E. Scheid. Obſerv. Etymol. in h. vocem.

S. 208. Phraſis صَوَابُ ٱلرَّأْيِ, *rectitudo conſilii*, ſcil. *conſilium ſcopum feriens*, redibit in ſeqq. i. Meidan. N. 30.

S. 210. Docet ſententia, Adminiſtrare imperium non minus periculoſum eſſe, quam ſi quis leonem inequitat, quo ſe mortis periculo exponit.

S. 211. Vide quæ ſupra notavimus ad N. 114.— مَثْرَاةٌ notat, *rem multiplicandis opibus idoneam*, a ثَرَا, pp. *maduit*. Vide ſupra N. 80.

S. 212. مُعَرَّضٌ, *expoſitus*, particip. II. Spec. radicis عَرَضَ, pp. *vibravit, concuſſit vehementius*, et *agili motu concuſſus fuit*, h. *percelluit, perterruit*, q. d. *vibrando huc illuc quaſſavit*; in II. Spec. inter alios uſus valet, *exponere periculo, obnoxium reddere*. Har. vi. 203. Eadem proprietas latet ſub Hebr. ערץ, quod amat uſurpari de *tyrannis* et *oppreſſoribus*, qui cives vexant et *concutiunt*, h. עריץ, *terribilis* et *formidoloſus*, et נערץ, *tremendum*, ad cujus quaſi adſpectum *vibratio* exiſtit *terroris*.

S. 214. مَنْ نَهَاكَ, *qui te reprehendit* ſcil. *qui tibi interdicit* de malo. Radix نَهَا opp. حَثَّ عَرَا, *inſtigavit, incitavit* aliquem ſcil. ad mala perpetranda, ut *bellum, litem*, &c. Abulph. H. D. p. 239. 294. 299. Hiſt. Sarac. p. 106. 125. et Abulf. de V. M. p. 30. ubi pro vitioſo وقد يئس fine dubio legendum, وقد يئس من خير ثقيف واغروا به سفها, *deſperavit itaque de emendatione Thakifitarum, qui in ipſum inſtigarunt ſtultiſſimos*. In origine valet, *glutine illivit, conglutinavit* ſcil. *hæſit adpactum*, ut quid

glutine ita adpactum hæreat, ut non possit avelli. Conf. Schult. in Prov. p. 419. et 420. et Vander Sloot in Togr. p. 112. In IV. Conj. *agglutinavit,* et h. *irritavit, impulitque* canem, ut morsu quasi *agglutinaretur* ad prædam. Item, *excitavit inimicitiam* inter eos. Cor. v. 15. Eandem vim exserit etiam Hebr. גרה Prov. xv. 18. Vir iracundus יגרה מדון, *conglutinat litem,* i. e. facit ut mordicus cohæreant inter se *litigantes.* Alia loca quæ hanc originem demonstrant dabit Schult. in Comm. ad Prov. l. c. Addere tantum liceat Ps. xxxix. 11. ubi derivatum semel lectum תגרה, *agglutinatio,* scil. *adpactio* manus tuæ ferientis, notat *plagam continuam,* scil. quæ *nullam habet remissionem*; nisi malis תגרה referre ad radicem תגר, *fluxit, defluxit largius,* ut intelligatur *cruor fluens tuæ manus,* i. e. *vulneris per manum tuam inflicti.*

S. 215. Elegans sententia, qua docetur, Nihil magis fidei Muhammedicæ obstare, quam si quis de Deo, ejusque unitate dubitet; talis enim dubitatio Religionis istius veritatem non minus abnegat, quam sal, si cum melle commisceatur, ejus vim ac suavitatem aufert. Idem innuit Auctor in seqq. N. 428.— إِيمَانٌ, *fides,* et شَكّ, *dubitatio* sæpissime opponuntur, uti et آمَنَ, *credere in Deum,* et شَكَّ, *dubitare,* ut oppositа occurrunt l. c. —شَكَّ, pp. notat *compunxit* spina, h. *inhæsit* rei, *dubitavit,* peculiariter de Deo.— عَسَلٌ, *mel,* a عَسَلَ, pp. *lentus, tenax fuit,* h. de *melle,* Gol. Adag. p. 100. N. 70.

S. 216. Conf. cum hac sententia I. Collect. N. 15. et imprimis priorem partem sententiæ mox seq. N. 229.—Docet Imperator, Religionem majori in pretio habendam esse quam res mundanas; immo quemlibet oportere opes suas pro ea eleemosynis, aliisque piis usibus potius erogare, quam hisce nimis tenaciter adhærere, et augendarum illarum causa religionem ipsam despectui habere.— تَبَذَّلْ imperat. V. Conj. radicis بَذَلَ *vilis fuit,* et *vilem habuit, contempsit, profudit* opes, vires, animas, religionem, et alias res in contemptu habitas. Vit. Salad. p. 18. 275. Tim. i. 142. et 168. In V. *non*

curavit, et *promiſcui juris fecit*. Ibid. ii. p. 434. Conſulas de hac radice Schult. ad Har. iv. 14. et Lette in Cant. Deb. p. 122. et in Amrolk. p. 213. تَخْرِسُ — fut. radicis خَرَسَ, pp. *raſit*, *trivit* aliquid de *pondere* aut *menſura*, h. *jacturam fecit*, item *perdidit*, *amiſit*.

S. 217. Huc ſpectat etiam quod Auctor inquit in Cod. MSS. ſub litera ك. كثرة الصمت يكسّيك الوقار، كثرة الهذر يكسّبك العرر، (l. يكسّيك), *copia ſilentii gravitate te induet*; *copia vero garrulitatis opprobrio te induet*. Vide et ſent. ſeq.

S. 219. Loco صُيُومٌ, quæ forma in Lexicis deeſt, lege potius صِيُومٌ, vel صِيَامٌ, uti in fine ſent.—Phraſis صيام النفس, *jejunium animæ*, notat *ſe abſtinere*, vel *coercere appetitum*. نَفْسٌ, *anima*, ſæpiſſime pro *appetitu*, et *concupiſcentia effrænata* ſumitur, Har. i. 20. Gol. Sent. p. 269. N. 126. et in ſeqq. N. 267. Meidan. i. N. 48. Vide Kuipers Ali ii. 48. Pari modo Hebr. נֶפֶשׁ ſæpe notat, *appetitum vehementem* et *inſatiabilem*. Conf. Ven. in Pſ. tom. ii. p. 213. et 495. Inde בעל נפש, *effrænata cupiditate præditus*. Prov. xxiii. 2.—لذّات الدنيا, *voluptates mundi*. Eadem phraſis in ſing. adfuit N. 207.

S. 220. صُنْدُوقٌ, cujus collect. صَنَادِيقُ, *occurrit*, Tim. ii. 552. in genere notat, *ſcrinium*, *arcam*, *ciſtam*, in quo quid aſſervandum locatur. Abulph. H. D. p. 26. 138. Hiſt. Sarac. p. 71. Cum tali *arca* vel *ciſta* comparatur h. l. ſapientis pectus, in quo arcana ſua deponit. Sic etiam Elnaw. N. 138.

لا تجعل صندوق السرّ
الا صدر الصدوق الحرّ

Arca deponendis arcanis tuis,
Ne ſit niſi pectus amici fidi et ingenui.

S. 221. Significat, Virorum animos inopia deprimi, vel viros, quibus res

anguſta domi eſt, abjecto fieri animo.—ضَرُورَاتٌ collect. eſt τῆς ضَرُورَةٌ, *anguſtia, inopia, indigentia.*— أَحْوَالٌ collect. τῦ حَالٌ, *ſtatus, res domeſtica.* Abulph. H. D. p. 325. نقصت حاله, *retroivit res ejus domeſtica,* i. e. *pauper evaſit,* cui oppoſita phraſis مشي به الحال, *fœtificavit ei ſtatus domeſticus,* i. e. *dives evaſit,* ibid. p. 324. vide et Har. iii. 136. et vi. 208.—رقاب الرجال, *colla* ſcil. *cervices virorum,* deſignant *virorum animos,* vel potius *ipſos viros,* uti in Elnaw. p. 72. N. 120. et Hiſt. Sarac. p. 239. ubi رقاب القوم, *colla populorum,* notat *ipſos populos.*

S. 222. Scil. ut acquirantur opes, uti liquet ex ſent. N. 55. quæ cum hac conferenda.

S. 223. Conf. ſupra, N. 40.

S. 225. Elegans ſententia, qua docetur, Paupertatis incommoda multo leviora eſſe, quam ea quæ divitiæ poſt ſe trahunt, quæ ad luxum, libidinem, et voluptates tendunt. Hoc innuit etiam Imperator Cod. MS. ſub litera ض. ضَرَرُ الفقر خَيْرٌ مِنْ أَشَرِ ٱلْغِنَى, *anguſtia paupertatis melior eſt divitiarum lætitia, quæ modum excedat.* أَشَرٌ, *lætitiam* notat, quæ cum *petulantia, protervia, laſciviaque* conjuncta eſt. Tim. ii. 386. et Har. iv. 62.

S. 226. عِثَارٌ, *lapſus, offenſio pedis,* a عَثَرَ, pp. *appingi, allidi,* h. *cæſpitavit, pedem offendit.* Vit. Salad. p. 12. Abulph. H. D. p. 171. Gol. Adag. p. 128. N. 96. et in ſeqq. N. 405.—دِمَارٌ, *interitus, exitium,* a دَمَرَ, pp. *trivit, attrivit,* h. *perdidit, exitio dedit*; in II. idem, Cor. xxvi. 171. Tim. ii. 342. et in ſeqq. N. 380.

S. 227. يُبَلْبِلُ fut. them. quadrilit. بَلْبَلَ, *confuſus* et *commiſtus fuit ſermo* et *lingua,* uti in Babele factum. Abulph. H. D. p. 17. et 18. Hic loci tranſitiva notione, quæ Lexicis exulat, uſurpatur.—يُحْبِطُ fut. IV. Conj. quam fruſtra in Lex. Gol. quæres. Radix eſt حَبَطَ, חבט, cujus proprietas ſita in *vibratione* ſcil. *tremula agitatione* et *jactatione,* h. *fuſte in-*

jecto percuſſit arborem, ad dejicienda folia, frondes, fructuſque; qua notione Hebr. חבט venit, Deut. xxiv. 20. et Jud. vi. 11. item intranſitive, *periit*, et *ſine premio fuit* opus, Cor. vi. 89. in IV. *fecit ut fruſtra*, et *ſine præmio eſſet* opus, *fruſtratus fuit*. Cor. xxxiii. 19.

S. 228. ضَيْم, *oppreſſio, injuria*, in origine idem valet ac العدول عن الحق, *declinatio a jure*, unde verbum ضام med. ي notat, *deflexit a via juris* et *æquitatis*. Vide Schult. ad Har. iv. 35. et Tauriz. ad Ham. p. 460.

S. 229. Cum priori hujus ſententiæ membro conf. N. 216.— ضِنَّ imperat. radicis ضَنَّ, pp. *ſtrinxit, adſtrinxit*; h. cum ب conſtr. *tenax fuit, tenacius* rei *adhæſit*, unde notio *avare tenendi* profluxit. Abulph. H. D. p. 525. Hiſt. Sarac. p. 47. et Har. vi. 240.—Pro vitioſo بِعِرْضِكَ lege بِعِرْضِكَ.—Porro luditur in vicinia vocum عِرْض et عَرَض, quarum prior *exiſtimationem* ſcil. *famam judicio omnium expoſitam*; poſterior *opes, bona temporalia mundi* deſignat. Eundem luſum captavit Arabsj. Tim. i. 20. بَذَلَ عَرَضَهُ وَعِرْضَهُ, *erogavit opes et exiſtimationem*. Radix utriuſque eſt عَرَض, ערץ, de qua vide N. 212.—أَسْمِحْ imperat. a سَمَحَ, שמח, pp. *lævigavit*, unde non ſolum ad *lætitiam*, qua animus quaſi *lævigatur*, quæ notio in S. S. frequentiſſima, ſed et ad *liberalitatem hilarem* transfertur. Hiſt. Sarac. p. 151. Ham. p. 494. 560. Har. ii. 100. vi. 234. 244. Conf. Schult. ad Orig. tom. ii. p. 138. 139. et ad Har. iv. 127.

S. 230. Poſterius membrum convenit cum dicto Salvatoris, Matth. cap. vii. 1. 2. Conf. etiam Cod. MS. ſub litera ك, ubi Imperator inquit, كُلٌّ يَحْصُدُ مَا زَرَعَ وَيُجْزَى بِمَا صَنَعَ, *unuſquiſque metet, quod ſeminabit*; *et penſabitur pro eo, quod fecerit*. Et كَمَا تَدِينُ تُدَانُ كَمَا تَعِينُ تُعَانُ, *quemadmodum judicaveris, judicaberis*; *et quemadmodum adjuvaveris, adjuvaberis*.

S. 231. Idem Menander p. m. 165. Πενία δ' ἀγνώμονάς γε τὰς πολλὰς

ποιεῖ, *indigna multos facere paupertas jubet.*—تَبْعَثُ 2. fut. a بعث *incitavit* aliquem ad aliquid faciendum. Ita Tim. ii. 196. وان اعلم ان هذا الكلام يبعثك الي بلادنا, *ego equidem scio hunc sermonem excitaturum te ad invadendas nostras regiones.*—قبيح, *fœdus, turpis,* contrarium حسن τῷ, quod *honestum* notat, N. 392. Uti قبح et حسن etiam opponuntur, Tim. i. 552.—Per phrasin قبيح الامور, *res turpissimæ* h. l. intelliguntur, *furta, fraudes,* &c.

S. 232. Eodem tendit quod Salvator ait, Matth. cap. xv. 14.

S. 233. Scil. Nimia lucri cupido, uti multa damna adfert, sic etiam occœcat oculos mentis. Hinc recte quidam Græcorum amicum suum monet. Μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκόπει, *ubique lucra sectari cave.* Vide Grot. l. c. p. 934.

S. 235. Conf. in seqq. N. 331. et 443. اسْتِنَارَةٌ act. X. Conj. radicis نَارَ, נור, *luxit, splenduit, resplenduit,* in X. idem, Har. vi. 272. Vide de hac radice Schult. Comm. ad Prov. p. 249.

S. 236. ضراوة act. radicis ضرا, quæ pp. adhibetur de *cane,* qui *incitatur* ad prædam, eique *mordicus adhæret.* Tim. ii. 136. et Har. Conf. xxi. ابن ادم ما اغراك بها يغرك واضراك بها يضرك, *O Adamida! quid te agglutinat,* instar canis mordicus affixi *in iis, quæ te fascinant?* et quid *te irritat* ejusdem instar canis *in ea, quæ nociva tibi sunt?* in IV. *incitavit ad prædam, irritavit ad sanguinarium impetum.* Vide Schult. ad Har. ii. 118. Phrasis itaque ضراوة الشهوة, *incitatio cupiditatis,* talem designat *impetum,* quo quis cupiditatibus se totum tradit, iisque adeo assuetus est, ut continuo ad eas irritetur.—تودي الي طلق السجية, *ducit ad interitum sanguinis.* Loco تُودِي puto legendum تُوَدِّي, ut sit fut. Conj. II. uti supra N. 35. vel تُؤْدِي fut. IV. ab أَدَي, pp. *tetendit,* in II. et IV. *attulit, adduxit,* &c.—السجية notat, *sanguinem puriorem* et *subtiliorem* scil. *tenuissimam partem sanguinis* quæ spiritus continet animales. Sic de *sanguine cordis puriori,* vel *succo vitali,* Ibn. Dor. v. 17. et 65.

Har. vi. 262. et in ſeqq. N. 294. Fig. uſurpatur pro *indole, mente.* Tim. i. 368. Radix eſt جَحَّ, *nituit facies poſt morbum.*

S. 237. Videtur hæc ſententia reſpicere ad venditionem ſervorum, quorum corporis defectus et maculas occultare, et ſic emptorem defraudare difficilius eſſe ait, quam eorum colla amputare, vel, ſi mavis, ſervos ipſos verberare.—رِقَابٌ enim non tantum *colla,* ſed et *ſervos ipſos ære emptos, ſubditos, mancipia* notat. Abulph. H. D. p. 76. 95. 464. et Hiſt. Sarac. p. 239.—تَدَلُّسٌ act. II. Spec. radicis دَلَسَ, in II. *celavit vitia mercis in venditione* ſcil. *re venali.*—Pro مُعَابٌ l. potius مَعَابٌ, vel collect. معايب, a radice عاب, עיב, cujus proprietas in *craſſitie lactis,* unde ad *vitia* tum *mentis,* N. 7. 43. 57. 60. &c. tum *corporis,* N. 303. transfertur.

S. 238. ضِيَاعٌ collect. ج ضَايِعٌ, quod adhibetur de *eo* quod *vanum* et *irritum eſt.* Elnaw. N. 184. a ضَاعَ, *periit,* item *perditus, amiſſus fuit.*—الْأَعْمَارُ collect. ج عُمُرٌ, *ætas, vitæ tempus, ſecula.* Elnaw. p. 76. a عَمَرَ, עמר, in origine, *volvit, convolvit.*—Phraſis غُرُورُ الْآمَالِ, *blandimenta ſpei* ſcil. *vana ſpei lactatio,* redibit in ſeqq. N. 325.

S. 240. مُسْتَدْرِكٌ, *qui ſibi recordatur.* Particip. X. Conj. radicis دَرَكَ, דרך, pp. *volvit, glomeravit,* h. *inceſſit, cucurrit,* q. d. *glomeravit greſſus*; in X. Conj. ſpeciali uſu valet, *aſſecutus eſt, comprehendit* errorem, Tim. i. 405. ubi eadem phraſis occurrit. فلما فصل ايدكوا عن تيمور استدرك فارطه, *et quum Aidecou a Timuro diſceſſerat, aſſecutus eſt errorem ſuum præcipitem.*—فارط exponitur in Lex. Gol. per *ducem,* vel *duces* avium Katarum, quæ agmina ad aquam volantia præcedunt, a فَطَرَ, *præceſſit,* item *nimis* et *præceps fuit, modum exceſſit.* Phraſis itaque فارط العثرة notat, *cæſpitationes præcedentes,* vel, ſi mavis, *præcipites.*

S. 241. Elegantiſſima ſententia, qua docetur, Quemlibet oportere animæ ſuæ ſaluti ſine ulla mora proſpicere, antequam mors interveniat, ſiquidem

hora decretoria huic ſtudio nimis importunum tempus eſt.—De radice سَعَى, vide I. Collect. N. 138. et ذَكَّ unde ذَكَاةٌ, *liberatio, ſalus*, ibid. N. 191.—أَنْفَاسٌ collect. تف نَفْسٌ, *ſpiritus, anhelitus, reſpiratio*; a نَفَسَ, נפש, pp. *ſpiravit, anhelavit*. Vide Schult. ad Ham. p. 432.—اِبْلَاسٌ act. IV. Conj. radicis deperditæ بَلَسَ, בלס, pp. *carpſit, decerpſit*, peculiariter *ut ſiccaret*; in IV. *deſperavit, fractus fuit* animo, q. d. *ſiccatus fuit* mente præ confuſione attonita, h. *obmutuit* os in judicio. Vit. Salad. p. 12. item *ſiluit*, præ animi ſollicitudine ac mœrore. Cor. xxx. 12.

S. 242. Vide not. ad N. 3.

S. 243. Ejuſdem ſenſus eſt cum ſententia proxime præcedenti. Vide etiam I. Collect. N. 79.—وَلَمْ يُطْلِقْهُ, *neque laxat eam* ſcil. iram, i. e. *neque habenas ei committit*. يُطْلِقْ pro يُطْلَقُ propter لَمْ præced. eſt fut. IV. Conj. a طَلَقَ, pp. *laxatus fuit*, in IV. *laxavit*. Unde variæ phraſes diminarunt, e. g. *laxare frena*, Tim. i. 574. ii. 150. Vit. Salad. p. 201. et Elnaw. p. 60. N. 98. *laxare*, i. e. *mittere ſagittas*. Vit. Salad. p. 69. 142. et 194. *Soluto* et *exporrecto* ſcil. *hilari vultu eſſe*, Har. ii. 62. *Miſericordia prolixum eſſe* ſcil. *laxare manum*, Vit. Salad. p. 256. et Schult. Prov. Meidan. p. 37. N. 76. *Dimittere uxorem*, ibid. p. 6. N. 4. Abulpli. H. D. p. 533. et Vit. Salad. p. 274. *Libere dimittere* aliquem, ibid. p. 26. 45. Exc. Abulf. p. 36. Item, *recedere longius*, aliæque. Vide Schult. ad Ham. p. 349.

S. 244. Loco تُجَلْبِبُ mallem legere تَجَلْبَبَ, ut ſit II. Conj. quadriliteræ جَلْبَبَ, *induit pallam muliebrem* ſcil. *veſtem amplam*, quam mulieres Arab. et Perſicæ omnibus aliis ſuperducunt, quaque ſuum caput pectuſque tegunt, et quum foras prodeunt, ad talos demittunt. Hinc gloſſa apud Giggejum جَلْبَبَتْهُ, *induit talem veſtem* mulier.—Sic etiam pro تُجَنِّبُ potius legerem تَجَنَّبَ, ut ſit præteritum tempus V. Conj. radicis جَنَبَ, pp. *vertit, avertit, declinavit*; in V. *removit a ſe, devitavit* aliquid.

S. 246. Ejuſdem mentis eſt cum ſententia, quam modo habuimus N. 241. Docet enim, Oportere hominem, ſine ulla mora, viam rectam incedere, eamque omni ſtudio prævertere, priuſquam ipſi ſuperveniat mors, et pœnitentiæ occaſiones præſcindantur. Eodem tendunt multa proverbia. E. g. اِسْمَحْ فِي ٱلْمَآءِ قَبْلَ ٱلْعَشَآءِ, *nata in aqua ante veſperam.* أَضِيٓ سِرَاجَكَ قَبْلَ ٱلظُّلْمَةِ, *accende lucernam tuam ante tenebras* &c. &c.

S. 247. غُرُورٌ, *illecebræ* ſcil. الدنيا, *mundi.* Plena phraſis adfuit ſupra N. 118.

S. 248. غَايَةُ ٱلْجَهْلِ, *ſumma ſtultitia.* Vox غاية, *extremitas rei,* adhibetur ad *ſummum gradum* vel *faſtigium* cujuſlibet rei deſignandum. Unde variæ phraſes. E. g. غاية الضرار, *extrema paupertas,* Tim. i. 66. غاية الجمال, *excellens pulchritudo,* Tab. Ceb. p. m. 36. غاية الهيئات, *glorioſiſſima mortium.* Vit. Salad. p. 18. Sic in ſeqq. ſub litera غ. غاية الدين, غاية الايمان, غاية المعروف, غاية العدل, غاية المروة. De radice غبي, גאה, vide quæ notavimus ad N. 152.

S. 249. خُرْقٌ, *aſperitas, durities,* ſive potius *inertia, ſtupor* ſcil. mentis, ab خَرَقَ, pp. *fidit, proſcidit, laceravit,* cui reſpondet radix חרק, خَرَقَ, de qua vide I. Collect. N. 55.

S. 250. Conf. I. Collect. N. 269. et in ſeqq. N. 388. et 517.

S. 251. Vide quæ notavimus in I. Collect. N. 142. et ſupra N. 165.

S. 252. *Odium* jure merito vocatur *ægritudo emacians* et *morbus peſtiferus.* Oritur enim ex *invidia,* quæ *morbus immedicabilis* dicitur, N. 41. *Omniumque vitiorum caput* eſt, N. 156.—مُضْنِي particip. IV. Conj. Radicis ضَنِيَ, *ægrotavit,* pp. *conſtipato* et *contracto corpore fuit,* ut fit ex *morbo* vel *dolore,* unde in IV. *emaciavit, afflixit, gravavit* morbus. Tim. i. 96. Uſurpatur de corpore *attenuato* et *emaciato,* unde ضَنًى, *morbus,* qui maciem attrahit nomen accepit. Abdall. v. 6. Tim. ii. 972. Conf. Schult. ad Ham. p. 506. et Kuipers Diſſert. ad varia V. T. loca p. 43.—مُوبِي

particip. IV. Conj. radicis وَبَأٌ, *morbo epidemico* peculiariter *peſte laboravit*, Abulph. H. D. p. 487. in IV. idem. Hinc وَبَأٌ, *morbus epidemicus* et *communiter graſſans*, peculiariter *peſtilentia*, ibid. p. 149. Tim. i. 126. Ejuſdem poteſtatis olim fuiſſe radicem בוא vel יבא Hebræis reſtituendam liquet ex Ezech. cap. xxiii. 42. ubi particip. *Hophal* מובאים non referendum ad radicem בוא venit, uti vulgo, ſed ad בוא vel יבא, *peſte* vel *lue epidemica laborat*, itemque *infecit*. Depinguntur enim ibi ſcortatores מובאים, *peſtilenti lue infecti*, ſimulque profligatæ tumulentiæ, ut adeo venere ac vino computruerint. Itaque hunc locum ſic verto, *Eritque in ea vox ſtrepitus luxuriantis, idque ad homines e fæce hominum lue correptos, vinoque perditos e deſerto.*

S. 255. Conf. hanc et preced. ſententiam cum N. 52. et in ſeqq. N. 389. — اِحْتِشَامٌ, *humanitas, reverentia, verecundia*, act. Conf. VIII. radicis حشم, *pudore affecit*, in VIII. *pudorem concepit*, maxime præ *reverentia*.— اِنْتِقَامٌ, *vindicta, pœna, ultio*; act. Conf. VIII. radicis نَقَمَ, נקם, cujus origo in *refractione*, qua *impetus refutatur* et *retunditur*, *vehementia per vehementiam repreſſa*, unde notio *ultionis* et *vindictæ*, qua quod illatum eſt mali, malo rependitur, et refringitur, atque adeo compeſcitur. Ex illa origine etiam profluxit notio *crudelitatis* et *immanitatis*. Tim. ii. 920. ubi نقبة et رحبة opponuntur, اسمه دولة تيمور — قد البسه الله ثوب النقبة ولم يشمه شيباء من روايح الرحبة, *nomen ejus* erat *Doulet Timur*,— *quem Deus veſte crudelitatis texerat, nec minimo miſericordiæ odore imbuerat*. Eadem *immanis crudelitatis* notio in S. S. non inuſitata, uti liquet ex Thren. iii. 60. ראיתה כל נקמתם, *vidiſti omnem eorum crudelitatem* ſcil. *violentiam omnia refringentem*. Similiter Pſ. viii. 3. ubi מתנקם non *ulciſcentem*, neque *vindictæ cupidum*, ſed *ſævum* et *truculentum* notat, qui nulla læſione provocatus ipſe ultro injuriam infert, ac innocentes opprimit et vexat, uti in loco parallelo Pſ. xliv. 17. ubi inducitur opprobriis et blaſphemiis

graſſans inimicus, qui ad cumulum malitiæ deſignandum etiam vocatur מתנקם, *truculentus, violentus, omnia refringens.* Vide et Ezech. cap. xxv. 12. et alibi.

S. 257. Diſcrimen inter هوي et شهوة obſcurum eſt. Diſtinguuntur etiam, ſed non ſatis clare in Cod. MS. ſub litera ز. ذهاب العقل بين الهوي والشهوة, *perit intellectus inter cupidinem et cupiditatem* ſcil. inter *cupiditatem* et *voluptatem.* Suſpicor هوي notare, *cupiditatem* magis *internam,* ſcil. *ſubjectivam,* qua quis præſertim in malum impellitur. Quæ notio aptiſſime quadrat in I. Collect. N. 33. et in hac Collect. N. 242. 451. 503. &c. شهوة vero mihi videtur ſignificare, *cupiditatem* magis *objectivam* ſcil. *voluptates,* quibus quis mentis ſuæ cupidini ſe tradit atque ſubmittit. Quo ſenſu venit N. 236. 292. 311. 354. et alibi ſæpe.

S. 259. Pro جُرْمٌ quæ forma non comparet in Lexicis, forte legendum جَرَمٌ, pp. *ſectio, reſectio,* et hinc *peccatum, crimen,* a جَرَمَ, גרם, cujus proprietas in *reſectione,* ſcil. *divulſione,* h. *abſtulit, ſuſtulit,* et dein *perpetravit crimen, delicti reus fuit.* Cor. xii. 110. xxxii. 13. Abulph. H. D. p. 501. 507. 512. &c. Lib. Colail. p. 30. et 67. A *reſectione* etiam Hebr. גרם, *os oſſis,* cujus omnis caro *vulſim reſecta* nomen accepit.

S. 260. أَلْاِحْسَانُ, *beneficentia,* h. l. *benefactorem* notat, uti in ſeq. ſententia السخاء, *liberalitas,* pro *viro liberali* ſumitur. Nomina *actionis* ſæpiſſime *ipſum actorem* deſignant. Ita in Ham. lib. ii. cit. a G. Jones de Poeſi Aſiatica, p. 315. et 316. ubi سماحة, *beneficentia,* pro *benefactore,* et جود, *liberalitas,* pro *liberali* occurrit.

S. 262. Significat, Quemlibet ſecundum injuſtitiam ſuam in hac vita patratam, in futura vita punitum iri. Conf. ſupra N. 230. et in ſeqq. N. 420.—Vox شقاوة deeſt in Lexicis. Eſt fœm. τοῦ شَقَآءٌ, *miſeria,* a شَقَا, pp. *dirutum, diruptum eſſe,* hinc *miſerum, miſerabilem,* uno verbo, *profligatiſſimum eſſe,* Ham. p. 518. Har. vi. 240. Exc. ex Iſphan. p. 26.

S. 263. Vide quæ notavimus N. 34. et in I. Collect. N. 240.

S. 264. Conf. in. ſeqq. N. 285. et 524.—عِوَضًا act. radicis عَاضَ, *commutavit quid cum alio.* Inde عِوَضًا uſurpatur pro particula in *ſubſtitutione* alicujus rei pro alia, reſpondens Latinorum *pro, loco*; ita apud Abulph. H. D. p. 39. ubi *Jael* dicitur *Siſeram,* عوضا الماء, *loco aquæ, quam petiit, lacte potaviſſe*; et p. 57. ubi *Rehoboam vaſa et ſcuta ærea conflaſſe* dicitur, عوضا, *pro iis,* ſcil. vaſis et ſcutis aureis, quæ fecerat Salomo.

S. 265. ظِلٌّ, *umbra,* fig. *protectio.* Vide I. Collect. N. 162.—رَغِدٌ act. a رَغَدَ, רעד, *affluxit bonis.* Origo eadem quæ in رجد et رَعَدَ, *tremuit,* dein *tonuit.* Specialiter uſurpatur de *flumine,* quod *tremere,* vel *circumtremere* dicitur, quando magnam vehit aquæ copiam, quæ in exuberantem fluxum ſemet impellens, undique intremiſcit. Unde tranſlatio facta ad copiam bonorum pleno et exuberante quaſi alveo affluentium. Cor. ii. 35. et 37. et imprimis Ibn. Dor. v. 100. Ubi cum manifeſta alluſione ad originem de bonorum affluentia ita canit,

واجريا ماء الحيا لي رغدا

Fecerunt manare mihi aquam pluviæ ad bonorum affluentiam.

Vides, Poetam hanc originem perſpexiſſe, ita ut locum hunc vertere poſſimus: *Fecerunt manare mihi aquam circumtremendo,* ita ut *exuberans aquarum copia me circumtremat.* Similiter Hebr. גרע, *vibrare, circumtremere,* uſurpatur pro *omni opulentia circumfluere,* uti demonſtravit Schult. in Orig. tom. i. p. 293. et 294.—نَكِدٌ, *moleſtus, durus,* a نَكِدَ, נכד, quæ radix proprietatem habet in *puteo,* qui reliquias aquæ continet guttatim tantum manantes; h. per metaphoram dixere, *vita ejus* نَكِدَ, *dura* et *anguſta fuit,* non affluens divitiis et commoditatibus, ſed guttatim tantum ſtillans neceſſaria. Ita Tab. Ceb. p. m. 42. نكد الحياة, *difficultas vitæ,* et Abulph. H. D. p. 41. نكد لهم عيش الامة, *afflictam duxit vitam populus.* Vide et Tim. i. 54. Eandem proprietatem habuiſſe Hebræorum

radicem deperditam נכד liquet ex voce ſolitaria נֶכֶד, quæ non *nepotem*, ſed *prolem nepotum*, vel potius *generationes remotiores*, notat, quæ ſcil. ſenſim ſine ſenſu deficere incipiunt, ita ut conſiderentur tanquam reliquiæ quædam tenuiores, quæ ex primo fonte quidem, ſed veluti ſtillatim emanarunt. —De radice وَبَأَ unde وَبِيٌّ, *peſtiferus*, vide N. 252.

S. 266. قيامة, *reſurrectio*. Plena phraſis eſt يوم القيامة vel يوم القيمة, opp. τῷ الدنيا, *huic vitæ*, uti in ſeqq. N. 381. et Abu-Horairæ in Hiſt. Adſcenſionis cit. a Gagniero in not. ad Abulf. de V. M. p. 34.

S. 267. Idem affirmat in ſeqq. N. 449. ubi inter illa, quibus αὐταρκεία acquiritur, enumerat, الياس عَمَّا في ايدي الناس, *deſperatio de iis, quæ in hominum manibus ſunt*.—Phraſis في ايدي الناس, *in manibus hominum*, idem dicit ac *in poteſtate eorum*, vel *quæ poſſident homines*. Ita Abulph. l. c. p. 399. *Erat maxima provinciarum pars* بيده, *in poteſtate ejus*; et p. 406. جميع ما بيدي, *omnia quæ in poteſtate mea ſunt*, ſcil. *quæ poſſideo*. Tim. ii. 330. *Pleraque loca munita et caſtella* بيدهم, *in eorum poteſtate erant*. Vide et Hiſt. Sarac. p. 13. 61. 62. et alibi. Pari modo Hebr. יַד, *manus*, pro *poteſtate*. Deut. xxxiii. 3. 1 Sam. xvii. 21. Pſ. xxii. 21. Prov. xxi. 1. &c.

S. 268. ظَرْفُ ٱلرَّجُلِ, *bonitas*, ſcil. *bona hominis indoles*. Sic etiam ظَرَافَةٌ, Tim. i. 240.—ظَرْفٌ etiam notat *induſtriam, acumen*, et *dexteritatem*, a ظَرَفَ, de quo vide I. Collect. N. 32.—تَنَزَّهٌ act. V. Spec. radicis نَزَهَ, cujus vis primaria in *remotione ſublimi*, h. *integer, immunis fuit* a malo, in II. et V. Spec. *longe ſemovit, cohibuit ſe* ab omni re turpi et illicita. Vide in ſeqq. N. 450. et 451. h. تَنَزَّهٌ pro *continentiæ ſtudio*. Tim. ii. 64.—مُحَارِمٌ collect. τοῦ مَحْرَمٌ, *illicitum, nefas*. E. g. *atrocia facta*, Abulph. H. D. p. 192. *latrocinia*, Tim. i. 34. Radix eſt حرم, חרם, cujus proprietas latet ſub. Vic. خرم, *ſecuit, reſecuit*, peculiariter a *communi uſu*, et ut *ſacrum prohibuit*, unde *conſecrationis maximæ* vis et religio apud Hebræos

ſuccrevit, per quam quid *reſecatur*. A *reſecando* etiam חרום Levit. xxi. 18. *curtum, mutilum* deſignat, vel potius *eum*, qui habet *naſum ſciſſum* vel *aurem*. Uti اخـرم cum خ ab Arabum Criticis ſpecialiter exponitur per *eum*, cui *naſi mucro* vel *narium imbrex reſciſſus eſt*.—مُبَدَّارَةٌ act. III. Conj. a بَدَرَ, pp. *micuit, promicuit, agili motu profiluit*, h. *properavit, feſtinavit*; in III. idem. Tim. ii. 522. et Lib. Colail. p. 8.—مَكَارِمٌ, *virtutes præclaræ*. Collect. تح مَكْرَمٌ et مَكْرُمَةٌ, *res*, ſcil. *actio generoſa, virtus*. Ham. p. 448. et Mon. V. A. p. 58. a كَرَمَ, כרם, pp. *ſuccoſus fuit*, h. *exuberavit in omne genus virtutis*. Vide not. ad I. Collect. N. 261.

S. 269. Conf. I. Collect. N. 21. et in ſeqq. N. 353.—Porro, ſuſpicor hanc et ſeq. ſententiam referendam eſſe ad ſeriem ſententiarum ſub litera ض, et pro ظَبْطٌ, quæ vox nullibi in Lexicis comparet, legendum eſſe ضَبْطٌ, a radice ضَبَطَ, *firmiter conſtrinxit, continuit*, et *ſervavit*. Unde variæ phraſes. E. g. ضبط في الحبس, *vincere in carcere*, Abulph. H. D. p. 460. ضبط الاثقال, *conſtringere ſarcinas*, Tim. i. 58. ضبط الامور, *ordinare res publicas*, ibid. p. 62. in notis. ضبط الممالك, *firmare regna*, Abulph. H. D. p. 467. et 501. ضبط الاصحاب, *bene regere ſocios*, ibid. p. 473. ضبط اللسان, *conſtringere linguam*, h. l. et mox ضبط النفس, *cohibere mentem*, N. 270. Quæ phraſis etiam occurrit in Verſ. Arab. Tit. i. 8.

S. 270. مواقع العطب ad literam, *loca exitii*, ſcil. *loca* in quibus quis *cadit in perniciem*. Radix وقع, יקע, *cecidit, concidit, procubuit* et quidem cum *fragore*. Vide Schult. ad Ham. p. 388. et Har. v. 138.

S. 271. فرحة البشري, *lætitia læti nuncii*, i. e. *ſumma lætitia, lætitia exhilarans*, et quaſi *nitentem faciens*. Radix فَرِحَ, פרח, pp. notat *fidit, effidit*, dein *germinavit, floruit*, et h. *lætus, lætatus fuit*.—بشري, *lætus nuncius, Evangelium*. Cor. ii. 97. Iſphan. p. 20. a بشر, בשר, pp. *raſit, polivit ad nitorem*, h. *læto nuncio exhilaravit*.—De radice عَرَضَ egimus,

N. 212. Addo tantum IV. Spec. اعرض cum عن conſtr. habere notionem *declinandi, avertendi ſe* ab aliquo vel aliqua re. Elnaw. p. 60. N. 98. ما قدع السفيه بمثل الاعرض, *nihil æque inhibet ſtultum, quam ut te avertas* ab eo; item *omittendi* aliquam rem, Abulph. H. D. p. 15. واعرض عن ابانة نسبه, *et omiſit deſcriptionem genealogiæ ejus*, ſcil. Melchizedeci; nec non *reſpuendi* aliquem vel aliquid. Ibid. p. 45. اعرض عنه, *reſpue eum*.—Phraſis زخارف الدنيا, *blanditiæ mundi*, adfuit N. 169.

S. 273. Vide ſupra N. 70.

S. 275. شدّة, *anguſtia*, h. l. *inopiam*, ſcil. *rem anguſtam domi* denotat; opponitur enim رَخَآءٌ, quod pp. *laxitatem*, et h. *amplitudinem opum* ſignificat.—سَرَّآءُ et ضَرَّآءُ opponuntur etiam Tim. i. 30. Cor. iii. 134.

S. 277. Conf. ſupra N. 20.

S. 278. Conf. ſupra N. 13. 176. 217. et in I. Collect. N. 226.—De radice لزم vide quæ notavimus ad N. 155.

S. 280. Idem affirmat Imperator in Cod. MS. ſub litera ع. عِنْدَ تَضَايِقِ ٱلْبَلَآءِ يَكُونُ ٱلرَّخَآءُ, *quum afflictio maxime premat, relaxatio erit*.—تَنَاهَى VI. Spec. a نَهَى, *terminavit, ad ſummum terminum pervenit*. Ita Abulph. H. D. p. 280. *Filii autem Muſæ Ebn Shaceri* نهاية في علومهم, *ſummum in ſcientiis ſuis ad faſtigium pervenerunt*; in II. et VI. Spec. idem notat. Har. iv. 58.—فَرَجٌ, *dilatio animi, gaudium, ſolatium*. Har. iii. 180. Peculiariter *evaſio, liberatio*, ſcil. *emicatio in amplam libertatem*; opp. شِدَّةٌ, Tim. i. 44. ولحصل لنا فرج بعد شدة, *præſioque nobis erit evaſio poſt anguſtiam*. Radix فَرَجَ ejuſdem originis cum فرح et פרח, pp. *laceravit, findendo aperuit*, uti liquet ex Cor. lxxvii. 9. اذا السماء فرجت, *quum cœlum diffiſſum fuerit*. Impp. et per metaphoram notat, *diſcutere curam, anxietatem*, et *mœrorem*. Har. Conf. xxxiii. يفرج الهم الذي هيه, *diffindet curam, quæ eum tabefaciebat*, i. e. *diſcutiet, detergebit*. Abulph. H. D. p. 472. ليفرجوا بهم عنه غبه, *ut ipſum*

anxietate ſua liberarent. Vide et p. 510. Har. i. 8. Tharaph. v. 74. et alibi. A *fingendo*, ſcil. *rumpendo*, orta etiam notio *vireſcendi, efflореſcendi*, et *gemmas protrudendi*, quam Hebræorum פרח in S. S. frequentiſſime exſerit.

S. 281. Senſus hujus et ſeq. ſententiæ eſt, Hominum indolem in adverſis præcipue manifeſtam fieri. Qui enim in iis prudenter ſe gerunt, eaque generoſa mente perpetiuntur, præclaras virtutes, quæ omnium laudem merentur, oſtendunt; cum e contra illi, qui ea ægre ferunt, ſordideque vivunt, ſe omnium contemptui exponunt.

S. 282. Eadem ſententia occurrit apud Har. ii. 94. hac ſolummodo differentia, quod ibi pro يُكَرَّمُ in fut. paſſ. Conj. IV. legatur يُكْرَمُ, *apud exploratione pretioſus cenſebitur vir aut vilis.* Conf. etiam N. 84.

S. 283. تُسْتَكْشَفُ ita haud dubie legendum pro mendoſo تُسْتَشْكَفُ quod MS. habet.—حِيرَةٌ, *ſtupor* et *perturbatio mentis*, ab حَارَ med. ي, pp. *volvit, convolvit*, et intranſitive *obvolutus fuit.* Adhibetur de *oculorum præſtrictione:* Abulph. H. D. p. 411. de *mente attonita* et *obſtupefacta.* Har. i. 104. et v. 124. Tim. i. 10. Item de *rebus perturbatis.* Abulph. H. D. p. 542. الموصل مدة مدينة في حيرة, *poſt hæc urbis Mauſelæ res diu confuſæ manſerunt.* Quæ poſterior notio hic locum habet, ita ut ſenſus ſit, Virorum prudentiam præſertim elucere, quando negotia publica confuſa et perturbata ſint, ſiquidem in tali rerum publicarum fluctuatione, ſe iis immiſceant, et ſollicite ſibi cavent. Conf. omnino in ſeqq. N. 516. —تُسْتَكْشَفُ 3. fut. paſſ. fœm. gen. X. Conj. radicis كشف, quam Arabes peculiariter uſurpant in *removendis*, vel potius *diſcutiendis* et *deſtringendis rebus*, quibus aliquid obtectum eſt. Abulph. H. D. p. 294. Ham. p. 492. et 493. Unde notio *divinandi* apud Hebr. in radice נשׁף ſemel modo in ſpec. Pihhel lecta 2 Chron. xxxiii. 6. profluxit. Hinc particip. מְנַשֵּׁף ſæpiuſcule occurrens, *Divinatorem* ſignificat, qui nempe familiare cum numine colloquium et commercium ſibi arrogat, et lumine plenus Divina ſe videre et detegere poſſe jactat.

S. 284. Conf. cum hac ſententia membrum poſterius ſent. N. 325. ubi أَجَلٌ et أَمَلٌ ſibi etiam opponuntur.—حَضُورٌ act. radicis حضر, *præſens* et *propinquus fuit*. Peculiariter adhibetur de *morte inſtanti*. Unde in VIII. per ellipſin vocis الموت abſolute notat, *morti propinquus fuit*. Abulph. H. D. p. 96. وكان لها احتضر امر ان يكتب الي امه, *fuitque quum* (Alexander Philippi filius) *morti jam vicinus eſſet, ſcribi juſſit ad matrem ſuam* (literas). Similiter p. 197. 201. 204. Exc. Abulf. p. 61. Elnaw. p. 22. et alibi.—خَيْبَةٌ, *fruſtratio* ſpei. Act. radicis خَابَ, quæ pp. uſurpatur de *ignitabulo* quod fallit, nullas edens ſcintillas. Hinc per metaphoram, *prohibitus, ſecluſus fuit*, ſpecialiter ſpe et votis, neque *conſecutus fuit* quod volebat. Har. iii. 122. لم يخب فيه مناد ولا كبا قدح زناد, *non fruſtra in eo erat confabulator ullus, neque fallebat terebratio fomitum ignis*; iv. 24. وَلَا أَمَالِي مَنْ يُخَيِّبُ أَمَالِي, *neque adjuto qui ſpem meam fruſtratur*; vi. 231. وَالْمُعْوِرُ يُخِيبُ, *et debilis* latus nudans *fallit vota petentis*. Vit. Salad. p. 9. فان الله اكرم من ان يخيب قصدك, *profecto munificentior eſt Deus, quam ut hanc tuam intentionem fruſtretur*. Vide et p. 12. 228. Iſphan. p. 22. Abulph. H. D. p. 136. 387. 483. &c.

S. 285. Conf. ſupra N. 264. et in ſeqq. N. 524.

S. 287. يَنْشُدُ fut. a نَشَدَ, quæ radix inter alias notiones etiam valet, *quæſivit rem amiſſam*. Ita de *camelis amiſſis*. Tharaph. v. 70.

علي غير ذني فلته غير انني نشدت فلم اغفل حمولة معبد

Nulla ob convicia, niſi quod quæſiverim, et non neglexerim camelos *onerarios* fratris mei *Mabed*.

S. 288. Idem docet in Cod. MS. ſub litera ك. كيف يعدل في غيره من يظلم نفسه.

S. 289. Eadem ſententia occurrit in Cod. MS. ſub litera ك. كيف يعرف الله من يجهل نفسه.

S. 290. Convenit cum illo Belgarum,

Wat 'hoeft men toog om hoog te ſtaan?
Elk kruidje wyſt zyn' Godheid aan.

S. 291. Elegantiſſima ſententia, qua docetur, Scientiam, ſi ſit mere theoretica, neque operibus aut virtutibus oſtendatur, nullius utilitatis eſſe, ſicuti arcus, quando nervo non ſit tenſus, nihil valere vel efficere poteſt. Optime huc facit Sent. Sen. et Syr. M. N. 814. *Nil prodeſt bene didiciſſe, facere ſi ceſſes bene*; cum quo convenit illud Themiſt. p. 328. Τὰς ἀρετὰς εἰδέναι ὀδὲν ἢ μικρὸν ἰσχύει, τὰ δὲ ἔργα ὐ μικρὸν, ἀλλὰ τὸ πᾶν, *virtutes cognoſcere ne minimum quidem juvat; opera vero non parum quid, ſed omnia valent.* Virtus enim *non in ſcientia, ſed in actione conſiſtit.*—Porro ejuſmodi ſtructuræ ſententiam vide N. 39.

S. 293. Conf. N. 356.

S. 294. تَأْتِي fut. fœm. gen. radicis أَتَى, pp. *tendere*, et dein *tendere* aliquo, *venire, ſupervenire, invadere inopinato* aliquem. Hinc cum علي conſtr. ſpeciali uſu notat, *abolere, delere, penitus perdere, e medio tollere.* Ita Abulph. H. D. p. 111. ليكون قد اتي علي نفس الصبي معهم, *ut ita puerum illum cum iis e medio tolleret.* Tim. i. 78. الي ان اتي علي اخرهم, *donec ad unum omnes eſſent deleti*; et p. 214. حتي اتي منهم علي الاول والاخر, *donec omnibus ad unum ſupervenit*, i. e. *penitus delevit.* Adde Iſphan. p. 8. واتي بالقلع علي البساتين, *venit cum eradicatione ſuper hortos*, i. e. *funditus eos ſubvertit*; ad quem locum vide Schult.

S. 295. Valde abſtruſum eſt hoc dictum; ſi quidem ſenſum ejus bene intelligo, quem credo hunc eſſe, Quo magis ſit in animo tuo Creatoris reverentia, eo minus tibi videbitur creaturæ pretium.

S. 296. Conf. I. Collect. N. 7. et quæ ibi notavimus, nec non præceptum Salvatoris, Matth. v. 44.—عَذِّبْ Imperat. II. Conj. radicis عَذَبَ,

pp. *ſtrinxit leviter*; hinc in II. *caſtigavit, punivit.* Cor. v. 21. يَغْفِرُ لِمَنْ يَشَآءُ وَيُعَذِّبُ مَنْ يَشَآءُ, *Deus ignoſcit cui vult, et punit quem vult.*

S. 297. مُكَافَأَةٌ act. III. Conj. radicis كَفَأَ in origine, *plicavit*; in III. *ſimilis et par fuit ex æquo,* vel ex *adverſo reſpondit,* aut tranſitive, *oppoſuit ex adverſo* et *contulit,* h. *penſavit, compenſavit, repræſentavit,* q. d. oppoſuit rem rei ad æquilibrium. Ita Har. iv. 16. وَأَفِي لِلْعَشِيرِ وَإِنْ لَمْ يُكَافِئْ بِالْعَشِيرِ, *et ſodali integrum præſto officium, quamvis ipſe ne decimam partem repenſet.*

S. 298. Non diſſimile eſt quod Imperator inquit in Cod MS. ſub litera ع. عَيٌّ تَسْلَمُ بِهِ خَيْرٌ مِنْ كَلَامٍ تَكْلِكُ بِهِ, *blæſitas, qua quis ſalvus evadit, melior eſt, quam ſermo, quo quis perit.* Quamvis hoc dictum magis generale ſit, et ſe latius extendat. عَيِيٌّ, *blæſus,* a عَيَّ, pp. *torquere, intorquere,* h. *impedita* et *inexplanata lingua fuit, ſe explicare non potuit.*

S. 299. Conf. I. Collect. N. 170.

S. 300. خَاوِيٌّ particip. radicis خَوَي, cujus origo in *complicando* et *convolvendo,* h. *eſurivit,* q. d. *complicatus* et *longa inedia collapſus,* ſcil. *convolutus fuit venter*; h. in genere, *vacuus, inanis fuit.* Ita de *arce, urbe, domo, incolis vacua.* Abulph. H. D. p. 226. ودخل العسكر القلعة ووجدوها خالية خاوية, *et exercitus arcem ingreſſus, eam* incolis, jumentis, veſtibus, victu, &c. *vacuam invenerunt*; et p. 493. فوصلوا اليها الفرنج والفوها خالية عن المقاتلين غير خاوية من الارزاق, *et accedentes ad eam* (Damiatam) *Franci militibus quidem vacuam invenerunt, et non rebus ad victum neceſſariis deſtitutam.* Similiter Tim. ii. 168. وكانت خالية من سكانها خاوية من عامري عمرانها, *manſitque* (Niſibin) *vacua incolis et deſolata habitatoribus ædium ſuarum.* Uſurpatur etiam de *palma intus cava,* Cor. lxix. 7. de *loculis vacuis,* Har. i. 4. et h. l. de *corde intellectu vacuo.*

S. 301. عار الفضيحة notat *pudorem*, vel potius *ignominiam*, quam quis *ex re* vel *actione turpiſſima* ſibi contrahit. De voce عَارٌ, *opprobrium, dedecus*, vide ſupra in Auctar. ad I. Collect. N. 9.—فضيحة, *turpitudo, res* vel *actio turpis*. Plena phraſis الامور الفاضحة, *res turpiſſimæ*, occurrit in ſeqq. N. 494. Radix eſt فضح, פצח, in origine, *rupit, prærupit corticem* alicujus, h. alicujus *vitia nudavit* et *vulgavit*. Har. ii. 204. *ad pudorem adegit* aliquem, Abulph. H. D. p. 264. Notat etiam *vitiare virginem*, Hiſt. Sarac. p. 99. *ignominiæ exponere* ſpem, in ſeqq. N. 474.—يُكَدِّرُ fut. II. Conj. a كَدَرَ, כדר, pp. *fuſcari*, opp. صفا τῷ, *limpidus fuit*, Ham. p. 468. et in ſeqq. N. 341. h. *impurus, obſcurus, turbulentus fuit* liquor, color, &c. Uſurpatur de *vita* incommodis et fortunæ adverſæ caſibus *conturbata* et *moleſta*, Togr. v. 54. Item de *ſtatu turbulento* quaſi fæcibus. Exc. Abulf. p. 14.—لَذَّةٌ, h. l. notare videtur *vitæ jucunditatem*, vel, ſi mavis, *voluptates mundanas*, quæ لَذَّاتُ ٱلدُّنْيَا dicuntur, N. 219.

S. 302. عَاشِرْ Imperat. III. Conj. radicis عَشَرَ, עשׂר, in origine, *ſtrinxit, conſtrinxit*, et *compegit*, h. *decimus fuit* et *decimavit*, quia numero denario minores unam in ſummam et quaſi unum in faſcem colligentur et compingantur. Unde in III. Conj. notio *ſocietatem* vel *ſodalitatem ineundi* profluxit. Vide Meſtingh. in Diſſert. Philol. de Auctoritate quorumdam Chetibim, §. 5; ubi hanc *compingendi* notionem jure merito vindicavit loco 1 Reg. xxii. 49. Sine ulla enim ratione עשר ibi a Judæorum Magiſtris corrigitur in עשה, *fecit*, cum ſine tali correctione, verſio iſtius loci ſecundum primigeniam radicis vim bene ſic ſe habet: *Et Jehoſaphat* עשׂר, *compegit*, i. e. *ſtruxit, ædificavit naves*.—اهل الفضايل, *populus virtutum* ſunt homines, qui virtutes præclaras et excellentes colunt.—تُنْبُلُ fut. paſſiv. a نَبَلَ, *ſuperavit ſagittas, earumque præſtantia*; et dein *excelluit, ſolertia* et *generoſa indole fuit*. Ita Abulph. H. D. p. 325. *Fuit autem* Abdorrahman فاضلا نبيها نبيلا, *vir excellens, ingenio* et *acumine præ-*

ſtans; et p. 393. *Fuitque* Ebno'l Talmid وعاش نبيلا جليلا, *dum vixit eminens* et *illuſtris.*

S. 303. وَأُذْنُهُ ita Cod. MS. forſan legendum وازناه.

S. 304. Loco الاقراب, ſicuti Cod. MS. exhibet, lego الاقاريب, quod eſt collect. τοῦ قريب, *propinquus*, peculiariter *cognatione* vel *affinitate*, a قَرِبَ, קרב, *appropinquavit*, item *propinquus fuit.*— أَمَسُّ forma intenſiva *magis tangens, lædens*, a مَسَّ, משש, pp. *fricuit, terſit, palpavit*, uti ſupra dictum. Speciatim adhibetur de *malo* vel *noxa* aliquem attingente et *lædente.* Cor. xii. 88. xxx. 33. xxxv. 35. Har. vi. 246.— لَسْعٌ, *morſus ſcorpionum*, لسع, *punxit* ſcorpio, peculiariter *aculeo.* Sic de *ſerpente*, Gol. Adag. p. 123. N. 62.— عقارب collect. a ſing. عَقْرَبٌ, *ſcorpio.* Fig. paſſim notat non tantum *homines iniquos* ac *nequam*, ſed et *virulenta* alicujus *dicta* ac *facta.* Vide Schult. ad Har. i. 20. دبت عقاربه, *ſcorpiones ejus reptitant*, pro *graſſatur dictis factiſque virulentis.*

S. 306. Huc ſpectat etiam quod Auctor in ſeqq. ait, N. 367.

S. 307. Conf. N. 288. et quæ ibi notavimus.

S. 310. Eodem tendit Imperatoris monitum in Cod. MS. ſub litera غ. غَالِبُوا أَنْفَسَكُمْ عَلَي تَرْكِ ٱلْعَادَاتِ تَغْلِبُوا, *vincere conamini voſmet ipſos omittendo receptas conſuetudines et ſuperiores evadetis.*— دراجات plur. a ſing. دَرَجَةٌ, *gradus* per quem adſcenditur. Peculiariter *gradus* et *ordo dignitatis*, Cor. ii. 229. وَلِلرِّجَالِ عَلَيْهِنَّ دَرَجَةٌ, *et maritis convenit habere ſuper eas* (uxores) *gradum dignitatis.* Ibidem xii. 76. نَرْفَعُ دَرَجَاتٍ مَنْ نَشَآءُ, *exaltabimus gradibus dignitatis, quem voluerimus.* Abulph. H. D. p. 156. *Neque tuo officio deſis* اذا تطاطات من درجتك وانحططت عن مرتبتك, *quod de tuo honoris gradu deſcenderis, et dignitate tua depoſitus ſis.* Ita etiam radix دَرَكَ, דרך, pp. *volvit, provolvit*, et h. *volvit greſſus*, i. e. *greſſus* et *gradatim progreſſus fuit, adſcendit*, peculia-

riter notat in IV. Spec. *ſcandere ſuperiora, ſcandere gradus honoris.* Exc. ex Abulf. p. 7. et Abdall. 117.

S. 312. هَزْل et جَدّ ſæpiſſime ſibi opponuntur. Tim. i. 217. وابراز هزل (في) صورة جد وجد في صورة هزل, *et produxit jocoſum ſub ſpecie ſerii, et ſerium ſub ſpecie jocoſi*; ii. 722. وتعاطي ذلك علي سبيل الجد الهزل, *atque in eo verſatus fuit ſerio et joco*; et p. 980. ubi تَهَزُّل τῷ جدّ opponitur. ونسجت جديد الجد بسحيق التهزل, *et contexui novum ſermonis ſerii cum tritis facetiis.* Prior vox هَزْل, *jocus, futilitas*, eſt a radice هَزَلَ, *macer* et *ætate extenuatus fuit*, quæ notio apud Golium primum locum tenet, et apud Arabes uſitatiſſima eſt. Vide Caab ben Zoheir, v. 19. Amrolk. v. 52. Gol. Adag. p. 121. N. 50. Lib. Colail. p. 77. &c. Hinc tertio loco apud Golium exponitur, *remiſſus, minime ſerius, jocoſus fuit.* Ita et in III. Conj. Abulph. H. D. p. 397. *Dicta quædam in quibus* الي الجد الهازلة, *cum ſeveritate luſus* ſcil. *jocus conjungitur.* Poſterior vox جِدّ, *ſtudium ſerium* et *ſeverum*, item *ſerium, ſeria rei tractatio*, ab *acie ſecante*, quæ non *hebeſcit*, a جَدَّ in origine, *ſecuit in re ſecatio*, i. e. *ſerium fuit ſtudium in re*, quando ea prompte ſuccedit, et ad perfectionem ſuam promovetur; et جدّ الامر, *ſecat res* quæ *ſevera* et *gravis incumbit*, atque negotium faceſcit. Adde Ham. p. 550. ubi جدّ τῷ باطل, *joco*, opponitur.

اِذَا جَدَّ عِنْدَ ٱلْجِدِّ ارضَاكَ جِدُّهُ
وَذُو بَاطِلٍ اِنْ شِئْتَ ٱلْهَاكَ بَاطِلُهُ ۞

Quum ſerius eſſet ad ſeria, placebat tibi ſerium ejus.
Jocoque pollens, ſi velles, delectabat te ejus jocatio.

S. 313. حَارِبٌ et محاربة. Prius imperat. poſterius particip. III. Conj. *adverſatus fuit, repugnavit*, a حَرَبَ, חרב, in origine idem cum خَرَبَ, *findere, lacerare*, unde variæ notiones ſecundariæ tam apud Arabes, quam

apud Hebræos profluxerunt, quales ſunt primo, *ſpoliandi* et *vaſtandi*, quo omnia quaſi lacerantur, ſedibuſque ſuis diffinduntur ac divelluntur. Eſai. xxxiv. 10. Ezech. xxix. 9. Malach. i. 4. alibi. Secundo, *ficcitatis*, et quidem talis, quæ ſe *fiſſione* manifeſtat, ad quam vim alluditur, Pſ. xxxii. 4. *Converſus eſt ſuccus meus in ficcitates æſtivas*; æſtas enim, ejuſque æſtus omnia ita exſiccant, ut ſimul *findantur*. Tertio, *attonitæ mentis in ſtuporem defixæ*, quia mens attonita veluti *finditur*, *diffinditur*, et *fateſcit*, viribus dejectis ac ſtupore defixis. Jer. ii. 12. Eſai. xliv. 27. Quarto denique, *gladii*, et *gladio cedendi*. Eſt enim gladius inſtrumentum *diffindens* et *occidens*.

S. 314. اصلاح المعاد, *aptare, concinnare reditum*, ſpeciali uſu notat, *ſe parare ad diem reſurrectionis* vel *reverſionis ad Deum*; qua notione radix عاد, עוד, pp. *volvi in ſe redeundo*, et dein *redire, reverti*, peculiariter de reverſione ad Deum *in ultimo judicii die* ſexcenties in Corano venit. Unde et المعاد abſolute notat *reditum* ad Deum, *reſurrectionem*, et *extremum judicii diem*, Tim. ii. 434.

قرير العين يرجوا الها
خلي البال لا يخشي معادا

Qui voluptati indulget, timoris Dei facile obliviſcitur:
Curis vacuus non metuit reditum ad judicium.

Et Abulph. H. D. p. 32. من غير ان يذكر لهم شيا من احوال الاخرة وامور المعاد, *ita ut non mentionem illis fecerit rei alicujus quæ ad vitam alteram, aut eorum quæ ad reſurrectionem* (ſpectant).

S. 315. Loco فِي حِكْمَتِهِ alibi legitur فِي قِنْيَتِهِ, et بِمَالِهِ pro بِعِلْمِهِ, quod eodem redit.

S. 316. اسباب videtur mihi h. l. notare *ſupellectilem* ſcil. mundi, ut ſenſus ſit, Omnia mundi bona caduca et putredini ſubjecta eſſe.—رِمَامٌ, *carioſus*, a رَمَّ, רמם, pp. *ſuſtulit ſe in altum*, peculiariter adhibetur de *vulnere intumeſcente* et *computreſcente*, h. in genere, *computruit, carioſus fuit*. Ita de *oſſibus carioſis*, Cor. li. 42. Abdall. v. 46. Gol. Sent. Poet. p. 165. N. 44.

De *cadaveribus putridis*, Tim. ii. 508. et de *vetuſto, putridoque funе*, ibid. p. 890. Eundem uſum exſeruiſſe etiam Hebr. רמם liquet ex Exod. xvi. 20. ubi de *manna verminante* et *computreſcente*. Hinc et רמים, *carioſus, exeſus a vermibus*, Job. xxi. 22. et רִמָּה, *vermis* et *putredo verminans*. Job. vii. 5. Vide Schult. in Jobum, p. 198. 568. et 577.

S. 317. Nimirum, Nemo eſt, qui mortem evitare poteſt; quin imo ſæpe fit, ut ille, qui mortem effugere velit, eo magis ei obviam eat.

S. 319. Conf. Prov. Salomonis, cap. xvi. 14. חמת מלך מלאכי מות, *excandeſcentia regis nuncius mortis*.

S. 320. Cod. MS. mendoſe legit حَبَاةٌ pro حَيَاةٌ, quam lectionem ipſe ſenſus poſtulat. Porro برضي الله, *in beneplacito Dei*, verti etiam poteſt *in favore Dei*, uti رضي الكبار *favorem potentium* notat. Tim. i. 370.

S. 321. Cum priori membro conf. N. 95.—كمال الصلاح, ad literam, *perfectio ſtatus integri*, i. e. *ſumma perfectio*. كمال nominibus præponitur ad ſummum alicujus rei gradum deſignandum. Uti in ſeqq. N. 421. كمال الكرم, *ſumma liberalitas*, et كمال الحلم, *ſumma manſuetudo*.—Phraſis عمل لدار البقاء, *operari pro domo æternitatis*, redibit N. 524.—نيل الفلاح, *conſecutio felicitatis*, i. e. *ducit ad felicitatem* et quidem *æternam*, uti et ipſa radix فلح, פלח, pp. *ſecare, reſecare*, ſpecialiter *partem eximiam*, et dein *proſperitate gaudere*, in IV. Conj. uſurpatur de *felicitate vitæ futuræ*. Cor. vi. 135.

S. 322. غِبْطَةٌ, *felicitas*, a غَبَطَ, pp. *contrectare* et *explorare*, quam *opimum* ſive *pingue ſit animal*, unde transfertur ad *ſtatum felicem* et *opimum*. Mon. V. A. p. 2. وَصِرْنَا أَحَادِيثًا وَكُنَّا بِغِبْطَةٍ, *factique ſumus fabula, qui eramus opimo in ſtatu*. Dubium tamen mihi, an non غبطة exponi poſſet per *lætitiam*, quo ſenſu conjungitur cum الفرح والبشاشة. Abulph. H. D. p. 547.

S. 323. Valde difficile eſt hanc ſententiam verbo tenus reddere. Eam ob cauſam verſionem liberiorem dedi, cujus ſenſus eſt, Quemvis hominem quo-

libet momento morti occumbere poſſe.—فَوْتٌ plerumque *elapſam occaſionem* notat, uti præced. ſententia. Hic vero et ſæpius alibi *mortem* ſignificat, unde et cum موت non raro conjungitur. Sic Tim. ii. 768. ذلها تحققوا موته واستثبتوا فوته, *ſimul autem ac certi evaſerunt de ejus morte, ejuſque obitum accurate explorarunt.*

S. 325. Prius membrum non multum differt a N. 281.—تصاريف collect. τῆς تَصْرُوفٌ, *mutabilitas, viciſſitudo fortunæ*, a صَرَفَ, צרף, pp. *vertit, convertit*; hinc phraſis صروف الليالي, *verſatio noctium*, ſignificat *viciſſitudines fortunarum* ac *rerum*. Mon. V. A. p. 1. v. 2.—جواهر collect. τῆ جوهر, *margarita, res quævis pretioſa*, ſcil. *omne id, quod in re quaque nitet* et *præſtat*, Lib. Colail. p. 21. et h. ſig. *natura, indoles*, peculiariter *præſtantior*, ibid. p. 63. Sic in Prov. خلاصة الجوهر تظهر بالسبك, *ſinceritas metalli inter conflandum apparet*, ubi *ſinceritas metalli* notat *virtutem ſolidam*. Har. ii. 92.—انْقَضَاءٌ, infinit. VIII. Conj. *finitus, confectus, conſummatus fuit*, a قضي, קצה, in origine, *ſecuit, præcidit*, h. *decrevit*, item *abſolvit, conſummavit*.—أَجَالٌ collect. τῆ أَجَلٌ, *terminus*, peculiariter *vitæ, fatalis meta, mors*. Iſphan. p. 9. et in I. Collect. N. 219. ab اجل, אגל, *terminum poſuit*.

S. 326. Vide quæ notavimus ad I. Collect. N. 2.

S. 328. Elegantiſſima ſententia, qua docetur, Quemlibet oportere hac in vita mortali operari pro vita futura, ſiquidem poſt hanc vitam omnis ſe æternitati præparandi occaſio abſciſſa erit. حِسَابٌ act. radicis حَسَبَ, חשב, vic. τῶν حشب et خشب, cujus originem Gjeuhar. apud Schult. in Comm. ad Prov. p. 160. ita pandit, الخشب, pp. eſt *actio, qua quis imponit cotem latiorem rei perpoliendæ, eamque fricat, ut ſi fuerit in ea hiatus aut fiſſura, aut ſcabrities aut inæqualitas, id omne tollatur, ac lævigatum reddatur.* Eandem *elimandi* et *perpoliendi* notionem habuiſſe Hebr. חשב liquet ex 2 Chron. ii. 13. ולחשב כל-מחשבת, *ad perpoliendam polituram*, i. e. in omnibus ibi memoratis materiis id elaborandum manu et mente ſimul, quod

artificioſiſſima ratio poteſt aſſequi et exſequi. Unde חוּשָׁב Exod. xxvi. 31. xxviii. 6. et alibi notat, *artificem politiſſime* et *ſubtiliſſime* aliquid *elaborantem*, et חֻשָׁב, *polituram, perpolitionem, artificium politiſſimum.* Exod. xxviii. 8. et xxix. 5. Adde locum inſignem 2 Chron. xxvi. 15. ubi per חשבנות מחשבת חושב, intelliguntur *Mathematica inventa et fabricata* ad exactiſſimam illam *ſubtilitatem*, qua talia debent *elaborari* et *perpoliri.* Ex hac origine variæ ac diverſæ notiones metonymicæ et metaphoricæ apud Arabes Hebræoſque profluxerunt, quas inter et *computandi rationeſque ſubducendi exactiſſime* imprimis locum habet. Unde noſtrum حِسَابٌ, *computum* notat ſive *rationum exactionem.* Cor. lxxxiii. 26. Peculiariter in ultimi judicii die, qui inde κατ' ἐξοχήν يوم الحساب vocatur, Cor. xxxviii. 17. *Et dixerunt, Domine noſter, accelera nobis portionem noſtram* قبل يوم الحساب, *ante diem rationis*, i. e. ſupremi judicii. Similiter in S. S. Levit. xxv. 50. וחשב עם קנהו, *et perpoliet rationem cum emptore*, i. e. exactiſſime computabit. Vide etiam cap. xxvii. 18. Pſ. lxxiii. 16. lxxvii. 6. cxix. 59. aliaque loca quæ Schult. l. c. adduxit.

S. 329. عين الهداية, *oculus directionis*, i. e. *optima directio*, quemadmodum *oculi* apud Arabes et Hebræos in genere, omnes res et perſonas maxime pretioſas et amatas, ſcil. potiorem ac præcipuam rei partem exprimunt.

S. 330. سعة a وسع, *ſine modo* et *menſura amplus fuit.* Eſt forma infinit. per aphæreſin primæ radicalis notans *capacitatem ampliſſimam*, ſcil. *amplitudinem* omnis rei. E. g. *ſcientiæ, fortunarum* et *opum, potentiæ* et *gloriæ aliarumque rerum*, quas quis ſibi acquirit, qui juſte et æque erga alios agit, cum e contra, qui injuſtitiam amat et exercet, ob pœnam ipſi exſpectandam angore animi arctabitur.—جَوْرٌ, *injuſtitia*, h. l. ſumitur pro *injuſtitiæ pœna.* Radix eſt جَارَ, גור, pp. *flexit, deflexit*, et *exorbitavit a via* aut *ſcopo*, h. *injuſtus fuit contra alios.*

S. 331. Conf. N. 235. et 443.

S. 333. Vide quæ notavimus ad I. Collect. N. 261.

S. 334. فَاقَةٌ, *paupertas, egeſtas, neceſſitas,* a فَاقَ, pp. *frangere* vel *luxare,* h. *pauper evaſit, egeſtate laboravit.*

S. 335. Docet, Eos, qui ſagaci ingenio præditi ſunt, ob amiſſionem rerum mundanarum, quarum vile pretium bene perſpexerunt, non adeo contriſtari, verum multo magis excitari ad bona æterna tanquam prædam opimam quærenda; ſtultos vero, qui in bonis temporalibus omnem ſuam ſpem collocant, eorum jacturam quam maxime dolere.—أَكْيَاسٌ collect. ττ̃ كَيِّسٌ, *aſtutus, ingenioſus, ſagax*; a radice كَاسَ, כיס, pp. *in orbem verti,* h. *aſtutus, ingenioſus fuit.*—حَمْقَى plur. ab حَمِقٌ, *fatuus, ſtultus*; de radice حَمَقَ, חמק. Vide I. Collect. N. 242.

S. 336. Significat, Facilius eſſe aliquamdiu ſine æquo juſtoque alicujus imperio vivere, quam infimæ conditionis hominum, ſubditos ſuos quibuſvis modis vexantium, regimini ſubjectum eſſe. Vide quæ notavimus ad I. Collect. N. 74.—سُفْلٌ, *inferior, infimus*; a سَفُلَ, *infimæ ſortis fuit,* ordine et dignitate vilis et *ignobilis fuit.* Togr. v. 43. et Abulph. H. D. p. 199. 291. 286. et alibi. Reſpondet Hebr. שפל, *humilem eſſe* vel *fieri* tam *ſtatu* quam *animo.*

S. 337. Cum priori membro conf. I. Collect. N. 100.—In Cod. MS. ſententia ſic exhibetur; قد يزلّ الحليم ، قد يرهق الحكيم; verum vocabula الحليم et الحكيم abſque ullo dubio ſunt tranſponenda.—Pro يَرْهَقُ puto legendum يُرْهِقُ ut ſit fut. IV. Conj. *impoſuit quod ferendo non eſſet, difficilis fuit, vexavit.* Iſphan. p. 8. Radix eſt رَهَقَ, cujus origo ſecundum Beidavium in fragm. Hageri ad Cor. lxxii. 13. ſita في غشيان الشي, *in obſcuratione alicujus rei.*

S. 338. قريب h. l. notat *propinquum cognatione* vel *affinitate,* uti Har. i. 16.

S. 340. يَتَرَبَّا fut. V. Spec. *apparuit, ſe oſtendit.* Tim. ii. 447. a رَأَى,

ראה, *vidit*. Porro priori hujus ſententiæ membro non diſſimilis eſt gloſſa quam Golius ſub IV. Spec. exhibet: اري من نفسه الحلم, *præ ſe tulit manſuetudinem*.

S. 341. Optime huc faciunt verba in Exc. Abulf. edit. a Schult. p. 13. et 14. وهذا داب الدنيا لم يعط الا واستردت ولم تحل الا وتمررت ولم تصف الا وتكدرت بل صفوها لم يخل من الكدر, *Hic mundi mos, hæc dos eſt; non dat, niſi ut repetat; non dulceſcit, niſi ut amareſcat; non liquidus fluit, niſi ut conturbetur. Quin imo limpidiſſima ejus turbidis fæcibus ac moleſtiis haud vacant.*—مرّ, *amara fuit res* fig. uſurpatur de qualibet re, quæ hanc vitam acerbam et infelicem facit; uti oppoſita radix حلا, *dulcis fuit* et *ſuavis* ad *omnem felicitatem* ac *proſperitatem* transfertur.—Pari modo كَدَرَ, *turbidus fuit* liquor, fig. de *incommodis* et *adverſæ fortunæ caſibus conturbata* et *moleſta vita*; et صَفَا, *clarum* et *defæcatum fuit* vinum, de vita ſcil. *ſtatu limpido, tranquilloque*, paſſim adhibentur.—Cæterum, eandem oppoſitionem inter مرّ et حلا nec non inter كدر et صفا, vide Tim. i. 10. Carm. Togr. v. 54. Gol. Sent. Poet. p. 171. N. 57. et paſſim alibi.—Porro loco حُلْوًا, quæ forma in Lexicis non comparet, ſuſpicor legendum eſſe حُلْوًا, vel potius حَلْوًا, ut ſic in rythmo reſpondeat صَفْوًا ثَبَّ.

S. 342. Senſus eſt, Stirpem ſcil. ſtemma, ut ut nobile et illuſtre, nihil prodeſſe, niſi cum humanitate, morumque civilitate conjuncta ſit; cum e contra elegantia morum et doctrinæ generis turpitudinem tegat. Uti ſupra docuit Imperator N. 104.

S. 343. Nimirum, *Rari quippe boni.*

S. 344. Conf. N. 14.

S. 345. عُوَارٌ ab Arabibus exponitur per قذى, *feſtuca*, vel aliquid ſimile oculo nocens, لتعويرها وصيرها البصر, *quia excæcant et oculis*

nocent. Fig. notat *vitia,* Tim. ii. 998. Eandem metaphoram vide Matth. vii. 3. 4. Radix eſt عار, *occæcavit,* in originè, *æſtuavit.*

S. 346. Eadem ſententia occurrit in Prov. Arab. edit. a J. Scaligero et T. Erpenio. Cent. i. N. 83. Conf. etiam Syrach. cap. xxi. 28. Ἐν ϛόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν· Ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν ϛόμα αὐτῶν. Quod et innuit Salomo Prov. xiv. 33. בלב נבון חכמה ובקרב כסילים תודע, *in corde prudentis reſidet compactio ſolida: at quod in medio ſtultorum, evulgatur.* Nec non cap. xxix. 11. כל רוחו יוציא כסיל וחכם באחור ישחבנה, *omnem ſpiritum ſuum profert ſtolidus; at ſapiens mulcet eum retrorſum.*

S. 347. Ejuſdem ſenſus cum præcedenti ſententia.

S. 349. الحقّ, *veritas,* et باطل, *vanitas,* ſcil. *mendacium,* ſæpius opponuntur; vide ſupra N. 100. et infra N. 393.—*Veritas* non injucunde comparatur cum *igne.* Uti enim multa ligna vim ignis licet exigui reſiſtere non poſſunt, ſic etiam multæ vanitates vi veritatis licet paucæ facile propelluntur. Eſt enim *veritas,* uti Sophocles bene ait, *ἰσχύον, res præpoteus*; quam ob cauſam etiam comparatur cum *gladio ſecante,* N. 5. et cum *manu* quæ تصدع ردا الشك, *diſcutit peplum dubitationis.* Har. i. 92.

S. 350. Sententia, qua prudentia in verbis factiſque commendatur. Conf. N. 69. et 203.

S. 351. Videtur mihi ſenſus eſſe, Eum qui *miſericordiam,* vel, ſi mavis, *propinquorum amicitiam abrumpit,* omnibus exoſum eſſe, nullamque ab aliis gratiam exſpectare poſſe. Quo ſenſu ſe explicat Auctor in ſeqq. N. 387. ليس لقاطع رحم قريب, *non eſt propinquus ei qui abrumpit amicitiam.*

S. 352. Eodem tendunt verba Davidis, Pſ. xxxvii. 16. טוב מעט לצדיק מהמון רשעים רבים, *bonum eſt parum juſto præ eximia opulentia improborum multorum,* ubi המון, pp. *æſtuatio, tumultus æſtuans,* per metaphoram ſumitur pro *eximia opulentia,* qua quis quaſi circumfluit magno cum ſtrepitu, pompa, et oſtentatione inani, ut Eſai. xvi. 14. et Eccl. v. 9.

S. 353. Conf. I. Collect. N. 112. et 113.

S. 354. Phrasis قَرِيب الشهوة, *socius cupiditatis*, idem dicit quod عبد الشهوة, *servus cupiditatis*, quæ supra adfuit, N. 292. et عبد الطامع, *servus concupiscentiarum*, N. 293.

S. 355. Quod Auctor hic de sapientis deformitate et stolidi formositate testatur, idem affirmat Cicero cum respectu ad virtutes et vitia, de Legibus, lib. i. §. 19. *An corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis; animi deformitas non habebit? cujus turpitudo ex ipsis vitiis facillime percipi potest.* h. Recte Sen. et Syr. M. N. 765. *Ulcera animi sananda magis, quam corporis.* Quibus adde Menandri monitum p. m. 162. Μὴ κρῖν ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον, *forma in judicando non spectanda, sed mores.*

S. 356. Conf. N. 293.

S. 357. Huc pertinet dictum Sen. et Syr. M. Sent. N. 554. *Populi est mancipium quisquis patriæ est utilis*; et N. 834. *Regibus pejus multo ipsis est, quam servientibus.* Nec mirum; nam uti Chrysostomus in Epist. p. 488. bene ait, *Dum subditi dormiunt* et *cubant suaviter*, hi *vim et molestiam sustinent innumerabilem in foro*, illisque *vigilant molestius.* Quare Cicero scribens Pæto Imp. in lib. ix. ad Famil. Epist. 25. non immerito inquit, *Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius; sic enim antiqui loquebantur.*

S. 358. Vide not. ad I. Collect. N. 47.—تَأْوِي fut. I. Conj. radicis أَوَى, אוה, pp. *flectere*, et intransitive *flecti, inflecti, inclinari*, h. *recepit se commorandi* vel *quiescendi* ergo. Usurpatur peculiariter in II. et V. Conj. de *avibus*, quæ simul congregantur. Abulph. H. D. p. 75. Inde apud Golium, طَيْر أَوِيّ et طَيْر مُتَوَيَات, *aves simul congregatæ.*

S. 359. Idem innuit Imperator in Cod. MS. sub litera ك. كُلّ قَرِيبٍ دَانٍ, *omne propinquum vilescit.* Nec non illud Latinorum, *minuit præsentia famam.* Plerumque enim res absentes multo majores nobis

fingimus, quam ſi eas coram contemplemur. عَيَانٌ, forma hæc non comparet in Lexicis. Forte legendum عِيَانٌ ut ſit act. III. Conj. *vidit coram* et *ob oculos, contemplatus fuit.* Har. v. 112. Matth. cap. v. 8. a عَانَ, *manavit, fluxitque aqua, pervenit fodiendo ad aquæ ſcaturiginem.*

S. 360. Veriſſima ſententia. Nemo eſt, qui ſummum ſcientiæ gradum attingere poteſt unquam; quo magis enim quis in ea progreſſus fecerit, eo multa magis agnoſcet, ſe adhuc neſcire, quibus ſcientia ſua continuo augeri poteſt.—وِعَآءٌ, *repoſitorium, vas, loculus,* ubi aliquid *reconditur* vel *continetur,* a وَعَى, יעה, cujus proprietas ſecundum Tebrizium ad Tharaph. Moallak. v. 29. ſita in *firma, compactaque junctura*; h. ſecundario, *comprehendit, collegit* et *aſſervavit* rem; item *memoria retinuit* aliquod dictum, qua notione mox occurret N. 371.— جُعِلَ paſſiv. radicis جَعَلَ, pp. *volvit, advolvit,* h. *poſuit, collocavit.* N. 390. يتّسع pro يوتسع fut. VIII. Conj. *dilatatus fuit, ſe dilatavit* res, a وسع, de quo ſupra.

S. 361. Senſus eſt, Multa obſtacula ac difficultates patientia tandem evinci. Hoc intendit quoque Syrach. cap. i. 21. Ἕως καιροῦ ἀνθέξεται μακρόθυμος, καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνην, *ad tempus ſuſtinet longanimis, et poſtea exoritur lætitia.* Cum quo convenit illud Scn. et Syr. M. Sent. N. 198. *Miſeriarum portus eſt patientia.* Eodem etiam tendunt, quæ Imperator docuit in I. Collect. N. 13. 130. 274. et in Cod. Wahid. paſſim. —غَلَقٌ, eſt *inſtrumentum,* quo *clauditur* porta, *vectis, peſſulus, obex,* a غَلَقَ, pp. *appingere, appactum adhærere.* Sic apud Iſphan. de *ſylva ramis appactis,* h. *claudere portas appacto obice* vel *peſſulo,* Cor. xii. 23. Abulph. H. D. p. 38. Ham. p. 341.

S. 362. Conf. hanc et ſeq. ſententiam cum dicto Salvatoris, Luc. cap. vi. 21. 25. et Jacobi, cap. iv. 9.— وَفَدَ vic. τῆς أَفَدَ, *imminuit* alicui h. *venit, acceſſit.* Ibn. Dor. v. 97. Reſpondet Hebr. אפר, unde אֵפוֹד Exod. xxix. 5. *Amiculum ſuperius humeris injectum* et *reliquis veſtibus ſuper indu-*

tum. Peculiariter Pontificis maximi, ita dictum ab *eminendo*; item אֲפֻדָּה Exod. xxviii. 8. et xxxix. 5. *Superinducta toga, amictus*, peculiariter *ornatior*, ſcil. *cum dignitate* et *ſplendore eminens*, et præ aliis veſtibus *conſpicuus*. Similiter Dan. xi. 45. אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ commode reddi poteſt *tentorium eminentiæ ejus*.— أَبَدٌ, *æternitas*, quæ quaſi perit et fugit noſtram aciem, ab أَبَدَ, pp. *ſecuit, reſecuit, abſcidit*, et intranſitive, *abſciſſus, reſectus fuit*, vide Schult. in Jobum, p. 825.

S. 363. مُخَلَّدٌ, *æternitate donatus, perennis*, particip. II. Conj. a خَلَدَ, pp. *niti, cum niſu penetrare, inhærere, unique ſedi affixum eſſe*, h. *immotum ſtare*, et dein *manſit, duravit, perennavit*, et *ſempiternus fuit*. Plura de hac radice vide apud Scheidium in Cant. Hiſk. p. 50. et ſeqq.

S. 364. Scil. Sine pietate nemo vitæ alteri rite vacare poteſt; jam vero nemo pius eſſe poteſt, cujus in corde amor mundi ſedem fixam occupavit, uti docuit Auctor N. 111. et 118.— يَتَفَرَّغَ fut. V. Conj. a فَرَغَ, origo in *vacuo*, inde *curis* et *labore vacuus fuit*. Tim. ii. 386. Vit. Salad. p. 72. 238. et Iſphan. p. 7. et cum *Lam* conſtr. *vacavit* rei vel perſonæ, Cor. lv. 31. Similiter in V. *vacuus ab* opere fuit, et cum *Lam* conſtr. *omne impendit ſtudium, operamque* rei. Abulph. H. D. p. 92.

S. 366. Ejuſdem farinæ eſt ſententia in Cod. MS. ſub litera ك. كيف ينصح غيره من يغش نفسه, *quomodo quis alium ſincere monebit, qui ſe ipſe decipit.*

S. 368. مُؤَنِّبٌ particip. II. Conj. radicis deperditæ أَنَبَ pro وَنَبَ, in II. conſtr. cum علي, *comminatus fuit, graviter perſtrinxit, increpavit*. Abulph. H. D. p. 55. ووبخ الله علي كفره, *increpavit eum* (Salomonem) *Deus ob infidelitatem ejus*; et p. 514. *Et Patriarcham Arſenium* وبخه علي فعله هذا, *qui ob hoc factum eum reprehenderat, in exilium dedit*. Conſtruitur etiam cum *Lam*, ibid. p. 58. وبخه اليا النبي لعبادة الاصنام, *et increpavit eum* (Achabum) *Elias Propheta, quod coleret idola*. Sic

etiam p. 71. *Et Judæi ipſum* Ezechielem *occiderunt* لاجل توبيخه, *quod eos increparet.*

S. 369. Conf. prius membrum cum N. 324.—مُتَوَكِّلٌ, *confidens,* ſcil. علي الله uti plene ſcribitur in I. Collect. N. 24. et Meidan. i. N. 18. Eſt particip. V. Conj. radicis وَكَلَ, de qua vide not. ad I. Collect. N. 176.

S. 372. Poſterius membrum adfuit in I. Collect. N. 135. vide quæ ibi annotavimus.

S. 374. Conf. N. 66.

S. 375. Elegantiſſima *tum* rhythmo, *cum* ſenſu ſententia, cum qua conferenda prior pars ſententiæ N. 384.—يُؤَدِّينُ fut. II. Conj. radicis آدَ pro أَيَدَ vicin. τῷ آدَ, אוד, med. و, pp. *gravitate ſua preſſit, incurvavitque* onus impoſitum; h. poteſtas *intorquendi in majorem molem,* ſic ut quid *condenſetur* inde, et *ſpiſſum* ac *durum* reddatur. Unde in II. Spec. *firmavit, roboravit, corroboravit.* Cor. ii. 87. lxi. 14. Abulph. H. D. p. 119. Hiſt. Sarac. p. 149. et Tharaph. v. 20. Eandem *incurvandi* vim primigeniam olim reſediſſe in Hebr. radice deperdita איד liquet ex derivato אִיד vel אֵד, *pondus grave, moles prægravans*; unde per metaphoram transfertur partim ad *vaporationem nebuloſam* et *graviorem* imbres parituram, Gen. ii. 6. partim ad *calamitatem,* qua quis ita *incurvatur* et *deorſum premitur,* ut ſe erigere nequeat, donec oneri tandem ſuccumbit. Quo ſenſu adhibetur Pſ. xviii. 19. ubi Jehova dicitur Davidi fuiſſe in fulcrum, quod ipſum firmiter ſuſtentaverit, ne ab *incumbente mole* et *pondere calamitatum* opprimeretur, et elideretur; et Jobi, cap. xxxi. 3. ubi *moles incubans,* i. e. *graviſſimum exitium,* figura graviori pingitur tempeſtatis inſtar a longo paratæ, conglobatæ, et tandem cum pernicie in caput injuſti erupturæ. Conf. Schult. in Jobum, p. 446. et 560. et in Prov. p. 52. et 174.

S. 376. يَسُوقُ fut. I. Conj. radicis سَاقَ, verbum paſtoritium, *pellere, impellere gregem.* Vit. Salad. p. 68. uti cogn. وَسَقَ in X. Spec. valet

gregem impulit in unum agmen. Ibn. Dor. v. 134. سَاقَ notat etiam *tendere* aliquo. Abulph. H. D. p. 468. Conf. Schult. Animad. in V. T. p. 443.

S. 377. Significat, Quemlibet oportere ſe bonis operibus præparare ad mortem, quo magis ea ipſi immineat.—عَمَّالًا ita lego pro مَالًا, uti Cod. M. vitioſe legit.

S. 378. عليه pertinet ad eum qui laudatur. ثَنَى, *laudavit* c. c. علي perſonæ.

S. 379. Senſu non multum differt a ſent. N. 364.—قَضَآءٌ ſæpiſſime notat *decretum*, peculiariter *Divinum*. Tim. i. 6. et 62. a قَضَى, *fecit, præcidit*, et h. *decrevit, prædeſtinavit*; h. l. vero *mortem* deſignat, uti Tim. ii. 142. et ipſa radix in VII. *determinata fuit* res, abſolute valet, *mortuus fuit*. Ibid. p. 970.

S. 380. Oppoſita ſententia adfuit N. 14. et 344.

S. 381. Prouti quiſque in hac vita vixerit, ita in die reſurrectionis mercedem ſuam accipiet.—سَيَلْحَقُ fut. I. Conj. cum س præfixo, quo ad futurum noſtrum reſtringitur. Vide Gramm. Erpenii, p. 52. Radix لَحِقَ, pp. *adhæſit, cohæſit*, qua notione occurrit in Verſ. Arabica Joh. xii. 26.—Phraſis يوم القيامة occurrit etiam Cor. xxxix. 16. Vide et N. 266.

S. 384. Conf. N. 375.—Porro قَوْلٌ et فِعْلٌ h. l. ita opponuntur ut prius *mera verba*, poſterius *praxin*, ſcil. *exercitium bonorum operum* deſignet. Sic etiam Cor. xxi. 73. Har. vi. 256. et alibi.—يَجْدِي fut. I. Conj. radicis جَدَى ult. و et ي, גדה, pp. *uvere, madere*, h. *profuit, commodo fuit*, quatenus *uvida proſunt* et *delectant*. Abulph. H. D. p. 289. et 516. Inde Hebr. גדי, *hædulus tener, mollis, delicatus*, ſic dictus ob *carnem uvidam, ſuccique plenam*, et גְּדוֹת, *ripæ*, quia ſemper *uvent* et *madent*.—يُتَّصَلُ pro يُوْتَصَلُ fut. VIII. Conj. a وَصَلَ, pp. *nexuit, connexuit*, dein *junxit, copulavit*, in VIII. *conjuncta fuit* res rei c. c. ب.

S. 385. Nemo, ſive dives ſive pauper ſit, mortem effugere poteſt. De quo eleganter Horatius Carm. lib. i. Od. 4. v. 13.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumque turres.

et Od. 28. v. 15.

Sed omnes una manet nox,
Et calcanda ſemel via lethi.

Idem affirmat Sophocles apud Grot. l. c. p. 71. Πᾶσι θνατοῖς ἔφυ μόρος, *mors omnes homines manet.* Nec non Euripides, ibid. p. 231. Βροτοῖς ἅπασι καταθανεῖν ὀφείλεται, *reddenda cunctis vita tanquam debitum.* Quod et Apoſtolus teſtatur in Epiſt. ad Hebræos, cap. ix. 27.

S. 387. Priorem partem conf. cum N. 351.

S. 388. مَا زُوِيَ عَنْكَ, *quod remotum eſt a te,* idem dicit ac quod tibi non *decretum eſt.*

S. 389. Loco الْأَنْعَامَ malim legere الْأَنْعَامَ, ut ſit infinit. IV. Conj. نعم uti ſupra ſcribitur N. 177. quæ ſententia cum hac conferenda.—Phraſes تاخير الانعام, *differre beneficia,* et تعجيل الانتقام, *accelerare vindictam,* oppoſitæ ſunt تاخير العقوبة ταῖς, *differre pœnas,* et تعجيل المثوبة, *accelerare præmia,* quæ occurrunt in ſeqq. N. 421.

S. 390. De uſu voculæ غير negationem inferentis vide ſupra I. Collect. N. 240.—انبساط act. VIII. Conj. radicis بسط, quæ ſecundum Scholiaſtem ad Carm. Tograi, v. 8. teritur في كل شي السعة فيه, *de omni rei expanſione* et *amplitudine,* v. g. de *facie exporrecta,* ſcil. *hilari,* Vit. Salad. p. 13. et 24. Similiter in III. Conj. ibid. p. 256. et imprimis in VII. Conj. ibid. p. 108. 137. 236. Exc. Abulf. p. 29. et infinitis aliis locis.

S. 394. Quod hic de inſipientis linguæ teſtatur, idem affirmat Auctor de *aviditate,* Meidan. i. N. 26. Senſus eſt, Inſipientem mala linguæ ſuæ directione cauſam eſſe, qua mortem, ærumnas, et infinita alia damna ſibi ad-

ferat. Vide N. 165. et I. Collect. N. 21.— خَنَقَ notat *mortem* et quidem *violentam*, cujus *uncum impactum* nemo *avertat* vel *avellat*, a خَنَقَ cogn. τῷ خَنَقَ, quod non ſimpliciter *rapere*, ſed ἁρπάζειν, ſcil. *violenter* et *celeriter rapere* aliquid tanquam *unco injecto*, unde ad *raptationem mortis*, quæ fiat veluti *unco ineluctabili*, transfertur. Eandem *rapiendi* poteſtatem etiam reſidere ſub Hebr. חטף liquet ex Jud. cap. xxi. 21. *Et rapietis vobis quiſque ſuam mulierem ex filiabus Schiluntinis*; et Pſ. x. 9. *Nectit inſidias* לחטוף *ad rapiendum pauperem*, יחטוף, *rapit pauperem, eum detrahendo in ſuum rete.* Nec non in cognato חתף Job. ix. 12. ejuſque derivato חֶתֶף Prov. cap. xxiii. 28. uti ex ipſis fontibus demonſtravit Schult. in Prov. p. 296. et ſeqq.

S. 396. Senſus videtur eſſe, Viros qui animo virili aliiſque præclaris virtutibus præditi ſunt, plerumque reſervari ad res adverſas ſcil. perferendas, vel, ſi mavis, eas ita dirigendas, ut eorum conſtantia, ſapientia, prudentiaque minus noceant, quam ſi infimæ conditionis hominibus demandatæ eſſent.— رِجَالٌ, ſcil. hic et ſæpe alibi notat *viros*, peculiariter *principes*, *præſtantes*, *nobiles*, *fortes*, *virtutibuſque* præ aliis *eminentes*, quo ſenſu opponuntur τοῖς أَرْذَالٌ, *infimæ ſortis hominibus*, in I. Collect. N. 74. Uti et ذَلِيلٌ, *vilis*, opponitur τοῖς رِجَالٌ, *viris præſtantibus*. Tharaph. v. 93. Simile diſcrimen videmus apud Hebræos inter איש, *vir*, et אדם, *homo*. Prior enim vox ſæpe notat *virum nobilem* et *fortem*. E. g. Pſ. xxii. 7. *Ego quidem ſum vermis* ולא איש, *et non vir*, i. e. nihil minus quam *dignitate*, *viribuſque conſpicuus*. Iterum 1 Sam. xxvi. 15. *Et dixit David Abnero* הלוא איש אתה, *nonne vir tu es?* i. e. nonne vir fortis et bellicoſus es? *et quis ſicut tu in Iſraele?* Poſterior אדם, *hominem plebeium* et *vilem* deſignat, Pſ. lxxxii. 7. et Jer. ii. 6. ſic etiam בני־איש dicuntur *viri principes* et *eminentes dignitate*, uti e contra בני־אדם appellari ſolent *homines plebeii*. Evidens hujus diſcriminis exemplum eſt, Pſ. xlix. 3. Eſai. ii. 9. v. 15. &c. &c.

تُذَّخَرُ— pro تُذْتَخَرُ 3. fut. fœm. gen. VIII. Conj. radicis ذَخَرَ, de qua vide N. 170.

S. 399. Loco آنْطِقْهُمْ legere malim آنْطِقْ fine affixo—نَطَقَ c. c. ب rei, notatque fimpliciter *locutus* eft, non vero *allocutus eft aliquem.*

S. 400. Radicem رَكَبَ variis floículis Orientalibus infervire fupra vidimus. I. Collect. N. 225.—Phrafis ركب الباطل, *inequitare mendacium*, h. l. notat *mendacium loqui* vel potius *omni fuo ftudio confingere mendacia, iifque fræna* quafi *laxare.*

S. 401. Ita quoque Belgæ, *Met vraagen word men wys.*

S. 402. أَهْبَلَ, *libere pergit*, IV. Spec. radicis هَبَلَ, cujus origo in *fluxu libero* et *foluto.* Ufurpatur de *oculo exundante lachrymis*; de *aqua*; de *cœlo pluviam largiente*; item de *animalibus, camelis*, qui fine paftore nocte dieque libere divagantur. Conf. omnino de hac radice E. Scheid. in Differt. ad quædam V. T. loca, cap. i. ubi Vir ille doctiffimus civitati Hebr. jure merito vindicavit radicem deperditam המל, e cujus fpecies *Pyhal* remanfit derivatum הֲמוּלָה vel הֲמוּלָה, *imber copiofe* et *libero fluxu effufus.* —تَأَمَّلَ V. Spec. ab أَمَلَ cujus vis primaria videtur effe *tendere, extendere, protendere*, h. *fperavit*, q. d. *extendit* mentem ad rem, et alio flexu med. damm. *longa*, fcil. *extenfa facie præditus fuit*; in V. *protendit femet* ad rem, i. e. *attento oculo confideravit*, vel *acie fixa intuitus fuit* et *expendit* eam. Hoc fenfu occurrit, Har. v. 102. Abulph. l. c. p. 87. *Cum ergo ad Philemonem acceffiffent* وقف علي الصورة وتاملها, *ille, vifa confideratafque ac probe oculis notata forma*, dixit, &c. et p. 284. واذا تامل متامل كتابه, *et fi quis attento oculo librum ejus perpenderit.*—Ab *extendendo* etiam notio *debilitatis, infirmitatis*, et *languoris* apud Hebræos in radice אמל profluxit, quatenus id quod *extenditur, attenuatur*, atque adeo *debilis, infirmus*, et *languidus* fit.

S. 403. تَوَقَّرَ, *modefte fe geffit.* V. Spec. radicis وَقَرَ, וקר vel יקר, pp.

gravem esse, unde ad *modestiam, morumque gravitatem* transfertur. Vide not. ad N. 93.— تَكَبَّرَ V. Spec. a كَبَرَ, pp. *compactus, firmus, solidus fuit*; h. *magnus, corpulentus*, et dein *gravis* et *molestus fuit*, unde in V. *semet extulit* et *superbivit*.— حُقِرَ passiv. ab حَقَرَ, חקר, cujus primaria vis est *tenuavit, attenuavit*, et intransitive, *attenuatus fuit ad summam exilitatem*, unde notio *contemptionis* apud Arabes; apud Hebræos vero *scrutationis* et quidem *subtilioris* et *profundioris*, quæ aliquid ad minutissimum usque pulviſculum excutit, perquirit, atque explorat.

S. 404. اِسْتَحْيَى, *se contraxit*, ne quis se videat, atque ita *pudore affectus est*. X. Spec. radicis حَيِّ pro حَيَيَ, חיי, *convolvi, compingi cum convolutione*. De qua vide quæ annotavimus I. Collect. N. 53.

S. 407. Sapientes consulendos esse monet etiam Græcorum quidam apud Grot. l. c. p. 927. Σόφε παρ' ἀνδρὸς προσδέχε συμβελίαν, *tu non nisi a sapiente consilium pete*. Nec mirum, Σοφὴ σοφῶν γὰρ γίνεται συμβουλία, *sapientis enim consilia sunt sapientia*, cum e contrario *insipientia consiliarii perniciosa est ei, qui consilium petit*, uti docuit Imperator, N. 96.— اِسْتَبَدَّ, *solus in opere* vel *aliqua re versatus fuit*, Abulph. H. D. p. 59. a بَدَّ, בדד, pp. *secuit, resecuit*, h. *separavit a se invicem, separavit se ab hominibus*.

S. 408. اهانت et خانت pertinent ad præced. نَفْس, ideo in fœm. gen. scribuntur. Prius est 3. fœm. gen. IV. Conj. radicis هَانَ, הון vel הין, in origine, *laxus fuit*, h. *levis*, item *vilis* et *contemptibilis fuit* alicui. Vide I. Collect. N. 101. Posterius est 3. fœm. gen. I. Conj. خَانَ, pp. *secuit, fidit*, h. *decepit*. Cor. xii. 52.

S. 409. Phrasis حاسب نفسه, *cum se ipso computum inire*, convenit cum ea, qua usus est David. Ps. cxix. 59. ubi inquit חשבתי דרכי, *putatam viarum mearum summam perpolivi*.

S. 410. Optime huc faciunt verba Cor. ii. 9. يُخَادِعُونَ ٱللَّهَ وَٱلَّذِينَ ءَامَنُوا وَمَا يَخْدَعُونَ إِلَّآ أَنفُسَهُمْ وَمَا يَشْعُرُونَ, *decipere stu-*

dent Deum, eoſque qui crediderunt; verum non decipiunt niſi animas ſuas, neque ſentiunt hoc. Immo Deum fallere res impoſſibilis eſt. Παντῇ γὰρ ἐστὶ, πάντα τὲ βλέπει Θεὸς, *præſens enim ubique eſt, omniaque inſpectat Deus,* uti bene quidam Græcorum inquit apud Grot. l. c. p. 933.—خُدِعَ et خَانَ. Prius eſt paſſiv. I. Conj. Poſterius activum III. Conj. radicis خَدَعَ, cujus primaria poteſtas ſita eſt in *ſubducendo ſeſe*, h. *decepit, ſefellit, dolore circumvenit*, in III. *fallere ſtuduit* alium.

S. 411. Prius membrum ſignificat, Eum, qui orphanum injuria afficit, eo ipſo efficere, ut et filii ſui poſt mortem ſuam ab aliis injurioſe tractati ſint.— يَتِيم *orphanus*, a يَتَمَ, cujus primaria vis eſt *rumpere, abrumpere diffindendo*, unde transfertur non ſolum ad *laſſitudinem* et *virium infractionem*, quæ ſecundo loco apud Golium exſtat, ſed et ad *ſolitudinem* et *ſeparationem illam*, qua quid *reſciſſum ab aliis ſolum relinquitur*. Hinc يَتِيم יתום, *orphanus*, ſcil. *pupillus*, qui a parentibus *reſcinditur* per mortem, et *ſolus relinquitur*.—Ad יתם pertinet quoque forma אֵיתָם, Pſ. xix. 14. Refertur quidem ab aliis ad תָּמַם, ab aliis ad אָתַם. Verum præſtat ſtatuere radicem יתם, et totum locum h. m. vertere: *A tumidis ſubſtringe ſervum tuum, ne dominentur in me,* אז איתם, *tunc innocens ero parvuli inſtar ac pupilli, et purus ero a defectione multa:* vel, ſi magis arrideat, poſſunt verba illa etiam ſic verti: *Tunc unionis inſtar eniteſcam*, quatenus يَتَمَ apud Arabes etiam notat: *unicus* et *ſolitarius fuit*. Unde يَتِيمَة, obſervante Mangero in not. ad Tim. i. p. 242. duplicem habet ſignificationem, denotans *tum* quod *unicum eſt abſque pari*, qualis eſt in margaritis *unio*; tum *orphanum*, qui ſolitarius eſt alienæ opis indigus.—عَتَّ, pp. *rupit, fidit*; h. *abrupit vincula neceſſitudinum, rebellis, contumax fuit*. Ham. p. 522. Abulph. H. D. p. 251. فقال له ان ابني يعقني, *et dixit ei, filius meus contumax in me eſt.*—نصر اضداده, *adjuvat adverſarios ſuos*, i. e. efficit, ut eo facilius ipſum evincere poſſint.—أَضْدَادٌ collect. ضد, *hoſtis, adverſarius*, quam notionem Hebr. צד et plur. צדים etiam habuiſſe liquet ex

Jud. ii. 3. ubi verba והיו לכם צדים non vertenda, *et erunt vobis in latera*, ſed, *et vobis hoſtes erunt*, uti in Cor. xix. 81. يكونون عليكم ضدّا, *et ipſis hoſtes erunt.*

N. 412. شفا حسّاده, *medicatur invidis ſuis*, i. e. efficit, ne iniqua videantur invidiæ vulnera.—De verbo فَحَشَ vide I. Collect. N. 266.

S. 413. استنصح, *conſilium rogavit*, X. Spec. radicis نَصَحَ, נצח, pp. *purus, nulliſque ſordibus turbatus fuit* liquor, h. per metaphoram, *fidelis* et *ingenuus fuit amicus*, et dein *ſincere monuit, conſuluit.*—غَشَّ idem cum غشي, pp. *tegere*, h. *decipere*, peculiariter *ſimulando* et *falſa perſuaſione*, ibid. N. 182.—وَعَظَ cogn. τῷ يعظ, יעץ, pp. *plexuit*, et dein *dedit conſilium bene plexum* et *validis* quaſi *nexibus firmum*. Peculiariter uſurpatur de *admonitione ſacra*, quæ fit concionando propoſita pœna vel præmio. Ita de Lockmano filium ſuum monitis in religione inſtruente. Cor. xxxi. 13. Unde et *orator ſacer* κατ' ἐξοχήν, واعظ, יועץ, audit.—توحش 2. fut. IV. Conj. radicis وَحَشَ, cujus origo eadem videtur quæ in حسّ et حشّ, quarum primigenia vis ſita eſt in *re arida* et *præ ariditate ſtrepente*. Unde ad *regionem deſolatam* et *deſertam* transfertur; h. in IV. *deſolatus fuit* et *vacuus* locus; item *contriſtavit* et *mœrore affecit*.

S. 415. اطاع نفسه, *morem gerere animæ ſuæ*, idem dicit quod appetitui ac voluptatibus ſuis obſequi.—وَصَلَ h. l. ſpeciali uſu notat *favere, propitium eſſe*. Inde apud Gol. وصلك الله, *faveat tibi, propitiuſque ſit Deus.*

S. 416. أَغْبَارُ collect. τῷ غُمْر, *inexpertus, indoctus, imperitus*. Elnaw. p. 76. N. 129. a غَمَرَ, עמר, pp. *volvit, involvit.*—انغاب infinit. IV. Conj. a نَغَبَ, *inglutivit, abſorbſit, ſorbendo hauſit* ſalivam, aquam, &c. h. in IV. Conj. qua Lexica augenda, *abſorbere fecit, ingurgitavit.*—اِحْتَكَالٌ act. VIII. Spec. ab حَكَلَ in IV. et VIII. idem quod أَشْكَلَ, *obſcura* et *dubia fuit* res.

S. 417. مِنْ حَقِّ الرَّعِي, ad literam, *de officio,* vel *pars officii paſtoris* eſt. حقّ ſæpe notat *id quod fieri oportet, officium.* Lib. Colail. p. 58. 72. 83. et mox N. 418. 419. et 420. De radice رعي, רעה, vide not. ad I. Collect. N. 158.

S. 420. In verſione ſenſum magis quam verba expreſſi. Valde enim difficile eſt verba, ut jacent, in Latinum ſermonem transfundere.

S. 421. Prius membrum convenit cum ſent. N. 157. Conf. etiam N. 389.

S. 424. قَسَاوَةٌ, *durities, obduratio,* ſcil. القلب, *cordis,* a قَسَى, קשה, de quo vide I. Collect. N. 202. ubi plena phraſis occurrit.— شيم, *ſignum a natura impreſſum, indoles,* a شام, pp. *fixit, notam impreſſit.* Conf. Schult. ad Har. vi. p. 264. et 269. ſeqq. et Tim. ii. 344.— غَبَاوَةٌ, *ſocordia, incuria,* a غَبِيَ, in origine idem cum عَبَا et عَبَأَ, pp. *conſtipatus, ſpiſſus, craſſus fuit,* unde ad *ſtupiditatem craſſiorem* et *ſocordiam* transfertur. Ita Har. iv. 42. et Abulph. l. c. p. 517. Conf. Schult. ad Ham. p. 417. et 418.

S. 425. مُغَارِمٌ collect. ת"ח مُغْرَمٌ, *obæratus, debitis obſtrictus,* a غرم, ערם, *obſtrictus, obæratus fuit.* Cor. ix. 62. et in VIII. Conj. qua Lexica augenda, *æs alienum contraxit.* Har. iii. 162. Vide quæ notavimus ad N. 59.— تَحَمَّلُ infinit. V. Spec. radicis حَمَلَ, חמל, *tulit, pertulitque patienter, miſericordia affectus eſt.* Lib. Colail. p. 19. In V. idem. Vide de hac radice I. Collect. N. 189.

S. 426. Convenit cum dicto Salomonis, Prov. xxviii. 26. בוטח בלבו הוא כסיל, *ſecure recumbens in cor ſuum ſtolidus eſt.*—De radice حَقَرَ, חקר, ſupra egimus N. 403.

S. 427. مَنْ أَحْيَا عِلْمًا, *qui vivere facit ſcientiam,* i. e. qui monumenta ingenii ſui reliquit, et ſic efficit ut apud poſteritatem recenti in memoria maneant.

S. 428. Conf. N. 215.

S. 429. Conf. I. Collect. N. 201.— تَلَفٌ, *exitium, interitus, pernicies,* a تَلِفَ, *periit, interiit.* Ita Abulph. H. D. p. 279. *Utique ſcio, quod ſi miſero iſti puero in mentem veniſſet hoc quod contigit,* لذهب عقله وتلف, *ſane defeciſſet ejus intellectus et periiſſet.*

S. 430. Conf. N. 79. et 108.

S. 431. Conf. N. 26. et quæ ibi notavimus.

S. 434. De voce السراب vide N. 42.

S. 435. Vel, *Euge liberalitatis ſociam verecundiam.* نِعْمَ hic et 3. ſeqq. ſententiis particula eſt *approbandi, Euge, O quam!* ita Cor. iii. 136. viii. 40. et infra Meidan. ii. N. 15. Sæpe etiam eſt particula *aſſeverandi* et *affirmandi,* idemque valet quod خَبَرٌ, *certe profecto, utique,* Lib. Colail. p. 90.

S. 436. Idem Sen. et Syr. Sent. N. 401. *Metus improbos compeſcit, non clementia.* Metus ſcil. pœnarum ſæpiſſime cauſa eſt, qua multi a rebellione cohibentur ac deterrentur.— اَلْحَاجِزُ particip. I. Conj. ab حَجَزَ, pp. *ligavit, conſtrinxit camelum in extremitate pedum,* quæ notio propria apud Golium ſecundo loco comparet; h. *cohibuit.* Ita noſtrum حَاجِزٌ adhibetur de *aggere,* ſcil. *obice* aquarum. Cor. xxvii. 62.

S. 437. طَارِدٌ particip. ab طَرَدَ, *propulit, abegit, repulit.* Abulph. l. c. p. 183. et 528. Gol. Adag. Cent. i. N. 9. Vide de hac voce N. 141.— رِضَاءٌ, *acquieſcentia,* ſcil. in decreto Dei. Plena phraſis occurrit in I. Collect. N. 69. ubi رضاء بالقضاء dicitur *medicina cordis eſſe,* et in ſeqq. N. 449. ubi docet medium eſſe, quo quis *αὐταρκείαν,* ſcil. *animum contentum* adeoque *vacuum* a *ſollicitudine* acquirere poſſit.— لِلْهَمِّ ex ل, art. ال et هَمّ.

S. 438. Significat, Famelico quælibet alimenta perquam gratiſſima eſſe. —اَدَامٌ notat *opſonium,* ſive ما يطيب به الطعام, *quidquid pani additur in condimentum,* ut butyrum, mel, lactuca, carnes, fructus, &c.

S. 439. Non invenuſte comparat Imperator ſtultorum proſperitatem cum horto ſuper ſterquilinio. Sicuti enim hortus ob ſoli pinguitudinem abundantius creſcit, frondibuſque ſuis ſupervagatur, ita etiam ſtulti, quibus ab omni parte opes ac deliciæ affluunt, luxuriare, divitiiſque ſuis ac facultatibus cum faſtu et arrogantia ſuperbire ſolent. Eodem tendit etiam dictum Salomonis, cap. xix. 10. לא נאוה לכסיל תענוג, *non decorum elumbi*, ſcil. *ſtulto diviti faſtoſæ deliciæ*, ſcil. divitiæ ac voluptates, ſiquidem iis plerumque ventoſæ ſuperbiæ et arrogantiæ fræna laxare ſolent; *magnæ* enim *felicitatis comites ſunt ſtultitia et arrogantia*; uti bene Zwing. p. 1279.

S. 441. Idem fere monitum vide in ſeqq. N. 447. et 450.—De radice نَزَهَ egimus N. 268. et de سَاقَ, unde ساقت, N. 376.—رغايب collect. τῆς رغيبة, *res expetita*, peculiariter *multum, amplumque donum, multæ opes*. Ita Abulph. H. D. p. 390. وبذل لهم الرغايب, *iiſque magna præmia erogavit*. Similiter Tim. i. 378. et Lib. Colail. p. 22. *Qui non equitat terrores* لم ينل الرغايب, *non accipiet multas opes*. Radix eſt رَغِبَ, vel رَغَبَ, רעב, cujus primaria poteſtas in *cavitate ampliore*, præſertim *in ventre*, unde ad *inſatiabilem vorandi cupiditatem*, et latius dein ad *omnem cupiditatem avidiorem*, qua quis aliquid flagranter concupiſcit ac vehementer deſiderat, transfertur. Sic Abulph. l. c. p. 8. رغبوا في النسا, *magno deſiderio concupiverunt fœminas*. Vit. Salad. p. 6. وكان شديد الرغبة في سماع الحديث, *et erat percupidus traditionis hauriendæ*. Item Tim. ii. 610. ورغب فيه كل صادر ووارد, *ejuſque amore flagrarunt ad unum omnes*. Vides hinc Hebr. רעב, *eſurire*, originem ſuam itidem habere in *ventre cavo* et *vorandi cupiditate*.

S. 442. Valde obſcurum eſt hoc dictum. Ad literam ſonat, *Admonitio tua inter turbam*, vel, quod præferrem, *inter primores percuſſio eſt*. Senſus, ut mihi videtur, duplex eſſe poteſt. Vel primo, turbæ hominum ſe immiſcere ad monendum, exponit verberum periculo. Vel ſecundo, primoribus viris conſilium dare velle, exponit verberibus. Notum ſcil. admonitiones, quæ

ab inferioris conditionis hominibus primoribus dantur, plerumque ab ipſis ægre ferri.—مَلَأٌ ſæpe quidem *turbam hominum, cœtum,* ejuſque *conventum* notat. E. g. Cor. ii. 247. *An non reſpexiſti* اَلَمْ تَرَ اِلَى الْمَلَإِ مِنْ بَنِي إِسْرَائِيلَ مِنْ بَعْدِ مُوسَى, *ad conventum ex filiis Iſraelis poſt Moſen?* Non raro tamen *primores, nobiles, optimates* deſignat. Sic Cor. x. 74. *Dein miſimus poſt eos Moſen et Aaronem ad Pharaonem* وَمَلَائِهِ, *et proceres ejus, cum ſignis noſtris, ſed ſuperbe ſe geſſerunt*; et xi. 39. *Et fabricabat arcam, et quotieſcunque tranſibat juxta illum,* مَلَأٌ مِنْ قَوْمِهِ, primores e gente ejus *jocum captabant ex eo.* Similiter xii. 43. xxiii. 25. aliiſque in locis. Eandem notionem obſervavit Onkelos in Hebr. מלא Gen. cap. xlviii. 19. ubi Jacob Ephraimo benedicens ait: וזרעו יהיה מלא גוים, quæ verba ita vertit, ובנוהי יהון שליטין, *et filii ejus erunt dominantes in populum.* Videatur Schult. in locum.—تَقْرِيعٌ infinit. II. Conj. radicis قَرَعَ, pp. *quaſſit, quaſſavit,* h. *percuſſit, contudit caput fuſte.* Uſurpatur imprimis de *percuſſione graviori.* Sic de *percuſſione cervicis*; de *colliſione dentium,* &c. &c. in II. idem, in III. verberibus contendere. Vide hanc radicem copioſe illuſtratam ab H. A. Schult. in not. ad Elnaw. p. 122. et ſeqq.

S. 443. Conf. N. 235. et 331. De radice جدا, unde بجدو, vide not. ad N. 384.

S. 444. نِظَامٌ, pp. eſt *linea conſerta margaritarum.* Apud Golium tertio loco exponitur per ملاك الامر, *fundamentum* et *conſtitutio* rei, *id quo negotium conſtat* et *ſtabiliſit,* نظام الكرام, itaque erit *fundamentum honoris,* ſcil. *id quo honor conſtat* vel *acquiritur.*— خَصْلَتَانِ, *duplici ratione*; pp. *duæ proprietates.* Eſt dualis a ſing. خَصْلَةٌ, pp. *portio quæ ſola alicui competit, id quod quis ſolum habet ac propriam,* h. *mos, proprietas,* præſertim *laudabilis,* qua quis ab aliis diſcernitur. Tim. ii. 996. et N. 120. a خَصَلَ, pp. *diviſit, dividendo determinavit,* et dein *portionem alicui dedit.*—

انْصَافٌ, *juſtitia, deciſio juſta*; act. IV. Conj. a نَصَفَ, *in media parte attigit*, in IV. *medium tenuit, juſte* et *ex æquo* rem *compoſuit* cum alio, quod *juſtum eſt, fecit* alteri, et *de ſe tribuit*, pro quo etiam dicunt انصفه من نفسه.—Affixum ك in انصَافَكَ et نفسك docet, ni fallor, h. l. intelligi *juſtitiam*, qua quis *cum ſe ipſo juſte* et *ex æquo agat*. Uti مواساة reſpicit ad *auxilium*, quod aliis et quidem fratribus adfertur.

S. 445. Phraſis قلب البيت, *cor domus*, notat *mediam partem domus*, uti *media acies* abſolute قلب, ſubintellecto العسكر, vocatur. Vita Salad. p. 54. *Et quum* (Sultanus), *cui deſtinatum erat confligere, hoc audiviſſet, ad prælium ſe compoſuit, juſtaque acie inſtructa*, بيمنة ويسرة وقلبا, et ad dextram, et ad ſiniſtram, et ad medium, *fortiſſimis ſubſidiis firmata, hoſti obvius procedit*.—أَمَدٌ, *extremum, terminus, finis*, ab أَمَدَ, pp. *tetendit, extendit*, peculiariter funem.—غَوْرٌ, pp. *æſtus interior aquarum profundarum*, et dein *profunditas, fundus*, et *imum* cujuſque rei. Unde et ipſum Thema غَارَ, עור, *venit in depreſſam, cavamque terram*. Ejus propria notio comparet apud Gol. quarto loco, *ferbuit æſtu* dies, &c.—نَجْدٌ, *altitudo*, a نَجَدَ, נגד, pp. *eminuit, prominuit, elatuſque fuit ante oculos*; h. *manifeſta* ac *clara fuit* res. Unde הגיד apud Hebræos *indicavit, demonſtravit, ob oculos habuit*; et נֶגֶד, *coram*, quod infert *perſpicuitatem eminentem*, vel *eminentiam ante oculos verſantem*.

S. 446. Pro نَغَاقٌ, legere malim نِغَاقٌ, ut ſit act. III. Conj. نَافَقَ, *hypocritam agit*, a نَفَقَ, de quo vide not. ad N. 40.

S. 447. Conf. N. 268.—مَأْثَمٌ, *iniquitas*, act. radicis أَثِمَ, אשם, pp. *tundere*, dein *tundendo impingere*, ſic *tundere pedes* dicuntur, quando ita *offendunt*, ut *lapſus* ſequatur; unde geminus uſus, *labi in peccatum* et *labi in perniciem*.—تَحْرُزٌ, *cuſtodies*, ab حَرَزَ, חרז, pp. *ſtrinxit, inſtrinxit* rem ad eam ſervandam, h. *cuſtodivit*, peculiari uſu adhibetur de *baccis*, aliiſque *monilibus uno filo conſertis*, quales ap. Hebræos חרוזים audiunt, Cant. i. 10.

S. 450. الشُّبَهَات plur. fœm. gen. τῆ شُبَهٌ collect. τῆς شُبْهَةٌ, *res dubia* et *obſcura*, Abulph. H. D. p. 357. Har. ii. 62. et infra Meidan. i. N. 40. Radix eſt شَبَهَ, cujus origo in *obſcuro*, h. in II. *adumbravit*, et dein *comparavit, aſſimilavit obſcurius*, item *obſcurare, incertum reddere*; in VIII. *obſcura mihi fuit* res et *ambigua*. Lib. Colail. p. 43. et Har. vi. 278. وَلَا تَأْتَ أَمْرًا انْ مَا اشْتَبَهْ, *neque aggrediare aliquid, quod obſcurum et ambiguum eſt.*—رِيبٌ collect. τῆς رِيبَةٌ, *ſcandalum dubium*, &c. a رَابَ, ריב, cujus origo ſecundum Teblebium ad Har. ii. 89. ſita eſt in *inquieta commotione* et *concuſſione*, unde ad omne quod *ſollicitat* et *turbat*, ut *ſcandala, ſuſpiciones, dubitationes, lites* ſive *rixus acriores, omnemque vexationem*, qua quis quaſi *concutitur, nulla quiete ei conceſſa*, transfertur. Qui plura de hac radice velit, adeat Schult. in Har. l. c. in Prov. p. 27. et Animad. in V. T. p. 45. &c. مُوبِقَات plur. fœm. gen. particip. IV. Conj. مُوبِق, *perniciosus*, a وَبَقَ, *periit, interiit*, in IV. *exitio dedit, perdidit*. Ita Tab. Ceb. p. 36. أَلَّذَّاتُ الْمُوبِقَةُ, *voluptates perniciosæ*.

S. 453. يَقِين, *fiducia*, ſive *firmitas*, ſcil. *fidei*, uti ſupra N. 117. 153. 205. et 234.—أَشْعَرَ, pp. *findere*, h. *diſcriminare* capillos, et dein *diſtinguere a ſe invicem, ſcire, clare cognoſcere*, q. d. *ſubtiliſſime* et *ad tenuitatem uſque pili intelligere*. Conf. de hac radice Schult. ad Har. ii. 49. et 50.

S. 455. تُسَوِّلُ 3. fut. fœm. gen. II. Conj. radicis سَالَ med. *vaw*, שול, pp. *laxus, amplus*, et *pendulus fuit*; in II. *laxare, liberum, promptum, ſolutum facere*, h. *fingere, adornare* alicui negotium. Cor. xii. 19. *Et quum veniſſent, oſtendentes ſuper tunicam ejus ſanguinem falſum, dixit* (Jacob), بَلْ سَوَّلَتْ, atqui apte compoſuerunt vobis animæ *veſtræ negotium*, i. e. *confinxiſtis hoc*. Similiter v. 83. Cor. xx. 94. xlvii. 25. et alibi.

S. 456. ادَّعَي pro اذْتَعَي VIII. Conj. radicis دَعَي, pp. *pepulit, propulit*, h. *vocem pepulit ex ore præ anguſtia*. Har. vi. 214. hinc *clamavit*,

advocavit, vocavit in auxilium. Abulph. l. c. p. 529. et Ham. p. 448. Item *gloriam ſibi arrogare.* Abulph. l. c. p. 3. Har. ii. 48. in VIII. *gloriatus fuit* de *genere* aut *fortitudine.* Ham. p. 448. Har. iii. p. 179. اِفْتَرَي Conj. VIII. a فَرَي, פרה, origo ſita eſt in *ſecando, findendo, diſrumpendo.* Ita apud Gol. Adag. Cent. ii. p. 123. N. 60. تَفَرَّي ٱلَّيْلُ عَنْ صُحْبِهِ, *diſrumpitur nox ab aurora,* et Caab ben Zoheir v. 33. تَفْرِي ٱلَّبَانَ بِكَفَّيْهَا, *lacerat pectus manibus ſuis.* A *ſecando* orta eſt etiam notio *fingendi mendacium,* q. d. *a veritate diſſecuit.* Unde فرية, *figmentum, mendacium,* ſcil. a *veritate reſectum.* Similiter in VIII. *affinxit* alicui *mendacium.* Cor. xxxii. 3. et lxi. 7. ubi plena phraſis occurrit, وَمَنْ أَظْلَمُ مِمَّنْ اِفْتَرَي عَلَي ٱللَّهِ ٱلْكَذِبَ, *quis autem* eſt *iniquior, quam qui confingit de Deo mendacium?* —A *findendo* porro notio *germinationis* et *fertilitatis* apud Hebræos manavit, quatenus terra finditur, quum e gremio ſuo protrudit germina; uti et פֶּרֶה vel פֶּרֶא, *onager* a celeberrimo curſu, quo viam et auram quaſi *ſecat,* nomen accepit.

S. 458. Conf. N. 427.— اعيانهم, *perſonæ eorum.* اعيان collect. eſt a ſing. عَيْنٌ, *oculus,* unde ad multas diverſiſſimaſque notiones transfertur. Hic loci et ſæpe alibi uſurpatur de *perſona* vel *re ipſa,* ſcil. *rei ipſius eſſentia.* Liceat mihi aliquot exempla afferre. Abulph. H. D. p. 6. *Et creati ſunt* (Adam et Eva) *hora prima* بعينه هذا النهار من, *ejuſdem dici* (Veneris); p. 128. اقول هذا مذهب انبيذوقليس بعينه في الصفات, *dico hanc ipſiſſimam Empedoclis ſententiam de attributis*; p. 167. والثاني اثبت صفة هي بعينها ذات, *ſecundi attributa* (Deo) *aſſerunt, quæ ſunt ipſa eſſentia*; p. 281. *Apud nos conſtat de ſecta Sabæorum,* ان دعوتهم هي دعوة الكلدانيين القدما بعينها, *profeſſionem ipſiſſimam eſſe cum Chaldæorum antiquorum profeſſione*; p. 350. Quando me occupavit vel leviſſimus *ſomnus,* &c. احلم بتلك المسايل باعيانها حتي ان, *de ipſis illis quæſtionibus ſomniabam, ita ut,* &c. p. 356. *Et hoc tibi indi-*

cium eſt de ſummo illius ſtudio et diligentia, وطلب العلم لعينه, *quod ſcientiæ ſui ipſius gratia operam dederit.* Quibus addo locum ex Har. iv. 144. *Dixit Harith ibn Hemman, quum condidiſſem aure id quod inter eos reciprocatum erat,* تُقْتُ إِلَي أَنْ أَعْرِفَ عَيْنَهُمَا, *deſideravi perſonas ipſas cognoſcere.*

S. 459. Senſus hujus ſententiæ facilis eſt. Sed conſtructionem verborum nequeo expedire, niſi pro يَنْتَظِرْ, hic et in duabus ſententiis ſequentibus, legatur يُنْظِرُ, *reſpicere faciet,* et pro الشبابِ, in accuſ. الشبابَ; et ſic etiam in ſeq. ſententia pro الصحّةِ, in accuſ. الصحّةَ.—Porro phraſis أَهْلُ غَضَاضَةِ, vel potius اهل الغضاضة, *populus recentis* ac *nitentis juventutis,* notat eos, qui *recenti juventutis flore* ac *vigore gaudent.* Vox أَهْلٌ obſervante Schult. in indice ad Lib. Colail. p. 100. pro ratione adjecti genitivi varias admittit ſignificationes, quibus plerumque deſignantur, *vel* rei alicujus artiſve periti, *vel* certæ conditionis homines, *vel* præditi aliqua virtute aut vitio inſigni. Sic e. g. اهل العلم, *eruditi,* Abulph. H. D. p. 247. اهل العيافة, *augures,* Tim. i. 16. اهل القبور Pſ. lxxvii. 12. vel اهل المقابر, *ſepulti,* Ham. 540. اهل بيته, *familia alicujus,* Abulph. H. D. p. 59. اهل المدينة, *cives,* Abulf. V. M. p. 31. اهل الحسد, *invidi,* Elnaw. p. 98. اهل الراي, *prudentes,* Mon. V. A. p. 51. lin. 3. اهل الخيانة, *fraudulenti,* ibid. p. 68. اهل الاموال, *divites,* Erpen. et Scalig. Prov. Cent. ii. N. 87. Similes phraſes apud Imperatorem noſtrum paſſim obviæ ſunt, vide N. 101. 302. 460. 461. &c. et Meidan. i. N. 5. 14. &c.— حَوَانِي collect. τȣ̃ حَانِي vel حانية, *incurvans,* ab حنا, חנה, pp. *flectere, inclinare,* et intranſitive, *inclinari, incurvari;* hinc حَنِيَّةٌ, arcus *inflexa habens latera,* ejuſque pl. حَنِيٌّ et حَنَايَا, *arcus curvati.* Ibn. Dor. v. 47. Tharaph. v. 19. et Exc. Iſphan. p. 21. et محنّي pro محنوي, *inflexus.* Ibn. Dor. v. 51.—الهَرَمُ notat *decrepitam* et *extremam ſenectutem,* ab هَرِمَ, *ſeneſcere, ſenio defecit* et *confectus fuit* homo. Hiſt. Sarac. p. 146.

—شَبَابٌ, *adoleſcentia, juventus,* ab *ardore,* qui eſt præcipue in ætate juvenili. Radix eſt شبّ, שבב, pp. *arſit,* h. *adolevit* puer, *juvenis evaſit.* Conf. Schult. ad Ham. p. 380. et 460. et ad Har. iv. 9.

S. 460. Vide quæ de conſtructione notavimus ad ſententiam præced. N. 459.—غَضَارَةٌ act. radicis غَضَرَ, *commoditate vitæ* et *affluentia bonorum donavit* eos *Deus.*—نَوَازِلُ collect. τῆς نَازِلَةٌ, *deſcendens,* a نَزَلَ, נזל, pp. *fluxit, diffluxit*; h. *deſcendit.*—سُقْمٌ, *morbus, ægritudo,* a سَقِمَ, pp. *punctus, compunctus fuit,* h. *doluit, male habuit, ægrotavit.*

S. 461. Pro يَنْتَظِرُ iterum lege يُنْظِرُ—أُزُوفٌ act. radicis أَزِفَ, pp. *movit,* h. *cito* et *derepente venit,* ſive *ſupervenit.* Ita Cor. liii. 57. et Tim. ii. 670. ازفت الازفة, *approperat dies noviſſima*; h. l. uſurpatur de *migratione e vita,* quo ſenſu نَقَلَ in VIII. Conj. ſæpius occurrit. Vide ſupra not. ad N. 33.

S. 462. أَدْهَى الْعَرْبِ lege الْعَرَبِ, *vaferrimus Arabum*; vel, ſi mavis, *infeliciſſimus Arabum.* Radix enim دَهَى non ſolum uſurpatur de eo, qui *aſtutus, verſutus, vafer,* et *ſubtili ingenio eſt,* ſed et de eo, cui *grave infortunium accidit,* vel eo quaſi *complanatur* et *opprimitur,* unde داهية, *gravis caſus,* peculiariter *adverſus, malum, infortunium graviſſimum.* Abulph. H. D. p. 452. وهذا الداهية الدهيا والنازلة الصبّا لهصيبة العميا, *hic malum ingens eſt, infortunium graviſſimum,* et *calamitas ineffabilis.* Sic etiam Tim. i. 456. et Gol. Adag. p. 118. N. 24. Inde etiam forma intenſitiva أَدْهَى, *calamitoſior, infelicior,* Cor. liv. 45. ubi *hora* vel *dies judicii* أَدْهَى, *calamitoſiſſima,* vocatur.

S. 463. هَوَيْنَا non comparet in Lexicis. Eſt diminut. ab هَوْنَى, *levior,* comparat. fœm. gen. a maſcul. أَهْوَنَ a radice هَانَ, הון vel הין, origo ſita eſt in *laxitate,* h. *levis* ac *facilis fuit,* unde ad *fortunam commodiorem* transfertur. Ham. p. 330.

S. 464. Hic agi de ASHTARO liquet e ſententiis quæ in Cod. MS. præcedunt. Erat autem ille Dux NACHAIENSIS, qui cum ſeptuaginta millibus hominum ab ALI noſtro contra MOAVIAM adverſarium ſuum infenſiſſimum, ejuſque numeroſum exercitum miſſus ipſos, inter ERAKUM et SYRIAM caſtra habentes pugna aggreſſus, repulit, et poſtquam per quadraginta dies manus conſeruerant, glorioſam victoriam ab iis reportavit, adeo ut ex ERAKIENSIBUS viginti quinque millia et e DAMASCENIS quadraginta millia occiderunt, uti narrat Abulph. H. D. p. 188. Vocatur hicce AL-ASHTAR سيف الله, *gladius Dei*, qui ab ictu non retunditur, neque acie hebes fit, ob ejus fortitudinem invictam, qua omnes, qui cum ipſo in aciem deſcendebant, vincere ſolebat, cuique nemo reſiſtere poterat.—נבה, נָבָא, pp. *convexus, gibboſus fuit, protuberavit*, hinc de *gladio* qui *retunditur a cædendo*. Abulph. l. c. p. 177. فنبا السيف عن الضربة, *et obtuſus factus eſt ab ictu gladius*. Sic etiam apud Gol. Adag. Cent. ii. p. 115. N. 4. والسيف بالقطع ينبو, *et gladius ſecando obtuſus fit*. Hinc lux oritur loco 2 Reg. iii. 24. ubi Maſorethæ perperam legerunt וַיַּכּוּ loco וַיָּבוֹא, a radice Hebræis reſtituenda נָבָה. Tota ſeries ita decurrit: וַיַּכּוּ, *et percuſſerunt* (gladiis nempe) MOABUM, *fugeruntque* MOABITÆ *a facie eorum*, וַיָּבוֹא et hebetarunt *in iſta* (pugna vel percutione MOABITARUM) *gladios, idque* MOABUM *percutiendo*. Plura de hac radice vide apud Schult. in Lib. de Defect. p. 14. et ſeqq. et in Vindiciis, p. 136. 137.

S. 467. مُعْدَم idem quod عديم, *egenus*. Lib. Colail. p. 4. a عَدِمَ, *expers fuit opum*.—جَافٍ pro جَافِيٍّ, *qui natura durus* et *immitis, ſævuſque eſt*. Tim. i. 48. a جَفَا, de quo vide not. ad I. Collect. N. 78.

S. 468. Conf. N. 59.—مَا hic et ſeq. ſententia eſt particula *admirantis* et quidem cum *ſtupore* ſeq. gemin. accuſ. ut مَا أَحْسَنَ زَيْدًا, *O quam optimus eſt Zeidus!* Sic etiam Abulph. l. c. p. 302. *Maledicat Deus Satanæ, qui abominanda hæc vobis ſuggeſſit* ما اغراه, *O quam falſus eſt!*

Similiter Elnaw. p. 52. N. 81. ويقلن ما اطيب ريح المسك, *et dicunt, O quam fragrans eſt muſcus!* Vide et Har. iii. 174. et in ſeqq. Meidan. i. N. 18. Pari modo Hebræi ſuum מה uſurpant. Exempla ubique obvia. Num. xxiv. 5. Pſ. viii. 2. 10. xxi. 2. xxxvi. 8. lxxxiv. 2. cxxxiii. 1. Cant. vii. 2.—مَا nonnunquam etiam vim habet *minuendi, extenuandi,* et *contemnendi.* Abulph. l. c. p. 517. *Quis eſt Hulacu,* وما تدبيرته, *et quæ ejus vires!* Quo ſenſu Hebræi ſuum מה quoque uſurpant. Vide Pſ. viii. 5. xxxix. 5. &c.

S. 469. رَشَدٌ, *recti ſtudium* et *recta via,* a رَشِدَ, *recta inſtitit via.* Peculiariter *religionis,* Cor. ii. 182. Unde orthodoxi راشدون audiunt. Abulph. H. D. p. 170. et Hiſt. Sarac. p. 2.

S. 470. Continet hæc ſententia miſerrimæ conditionis, ſcil. ſtatus, in quo Adamitæ verſantur, deſcriptionem. Phraſis اسير الجوع, *captivus famis,* notat *eum,* qui *fame* et *inedia continuo laborat.*—اسير, pp. *ligatus, conſtrictus,* ab أَسَرَ, אסר, pp. *flectendo ſtrinxit, conſtrinxit.* Conf. Schult. Animad. in V. T. p. 337. et 492. et in Har. iv. p. 259.—صريع الشبع, *proſtratus ſatietatis,* i. e. *quem ſatietas proſternit,* multoſque in morbos incidere facit. Conf. N. 14.—آفَاتٌ plur. a ſing. آفَةٌ, *pernicies, noxa, calamitas.* Iſphan. p. 25. ab أَوِنَ ſcil. أَيِنَ, *corruptus* et *perniciem paſſus eſt.* Abulph. l. c. p. 448.—عَرَضٌ et خَلِيفَةٌ ſibi ita opponuntur, ut prius per *ante,* poſterius per *pone* vel *poſt* commode verti poſſit, quatenus عَرَضٌ actio eſt radicis عَرَضَ, *ſe obtulit, apparuit* illi res, *adverſus occurrit.*—خَلِيفَةٌ autem *ſucceſſorem* notat, a خَلَفَ, *pone venit,* ut ita ſenſus ſit, Quaſcunque calamitates homini occurrere; mortes vero cujuſvis generis ipſum a tergo ſequi.

S. 472. كِبَارٌ et صِغَارٌ collect. a كبير et صغير. h. l. ita opponuntur, ut *priori* voce intelligantur *majores natu,* ſcil. qui *provectæ ætatis ſunt.*

Abulph. H. D. p. 49. et 527. *poſteriori* vero *parvuli* deſignentur. Abulf. de V. M. p. 25. *Erant omnes—octoginta tres viri et octodecim mulieres,* سوي صغار ومن ولد بها, *præter parvulos et eos qui nati erant.* Eadem oppoſitio occurrit apud Abulph. H. D. p. 533. *Tum vero* HULACU—*interfici juſſit, quotquot in caſtello erant* من الصغار والكبار, *tam minores quam majores natu, ſive viros, ſive fœminas, uſque ad infantes parvulos in cunis jacentes.*

S. 474. Elegantiſſima tum ſenſu tum rhythmo ſententia, qua docetur, Poſt mortem, nec operandi nec ſperandi locum amplius relictum eſſe. Obſerva paronomaſiam inter الاعمل et الامل quæ recurrit in ſeqq. Meidan. i. N. 41.—وَافِدُ ٱلْمَوْتِ, *legatus mortis.* وَافِدٌ partic. *veniens, accedens,* h. *legatus,* a وفد idem cum أَفَدَ, אפד, pp. *micuit, vibravit, motu tremulo* et *reciprocato agitatus fuit,* h. *imminuit* alicui, et dein *venit, acceſſit,* peculiariter ut legatus ad regem. Hiſt. Sarac. p. 9.—De radice فضح, פצח, egimus, N. 301.

S. 475. Conf. ſupra N. 37.

S. 477. Conf. ſupra N. 191.

S. 478. Continet deſcriptionem Muhammedani religioſiſſimi, qui potius quævis dura pati velit, quam aliquid facere, quod Religionis ſuæ officiis contrarium eſſet.—أَبِيتُ 1. fut. radicis بَاتَ pro بَيَتَ, בית, idem cum بَتَّ, בתת, pp. *ſecuit,* et intranſitive *ſectus fuit.* Per metaphoram, *defixus fuit* et *firmiter manſit in loco,* dein peculiariter *pernoctavit.* Abulph. H. D. p. 47. Amrolk. p. 82. v. 70.—حَسَكٌ notat *tribulum ſpinis horrentem,* ſcil. *aculeis horrentibus pungentem plantam*; ab حسك, חשך, pp. *horruit, horrenti fuit aſperitate,* unde apud Hebræos ad *horridam caliginem,* ſcil. *tenebras craſſiſſimas,* quæ *horrent* et *ſtringant,* transfertur, uti liquet ex inſigni loco Eſai. v. 30. *Et ecce* חשך צר, *caligo horrens ſtringit,* i. e. *aculeato* quaſi *horrore perſtringit* et *compungit.*—السعدان, ſpecies *ſpinoſæ plantæ* tribulo ſimilis, quæ in arena creſcit atque a camelis expetita. Conf. Gol.

Adag: i. p. 75. et 76. N. 24.—مُسَهَّدٌ, *excitatus ad vigiliam, inſomnis factus*; particip. Conj. II. radicis سَهِدَ, *vigilavit, inſomnis fuit, non potuit dormire.*—أُجُرٌّ 1. fut. paſſ. Conj. I. radicis جَرَّ, *traxit, trahendo duxit.* Abulph. H. D. p. 269. Vide de hac radice Schult. in Prov. p. 255. et 256. —أَغْلَالٌ collect. ττ. غَلٌّ, *jugum*, uti *boum, vinculum cervicis*, ſive ex *ferro*, ſive ex *loro*, a غَلَّ, *preſſus fuit jugo*, h. de eo, qui ad *fauces prehenſus, captus et profligatus eſt.* Uſurpatur etiam de eo, qui *ardenti ſiti preſſus fuit*, fig. ducta a *vinculo colli, jugo*, q. d. *præcluſus* et *obſtructus fuit præ ſitis ardore.* Conf. Schult. ad Iſphan. p. 9. et Lette ad Caab v. 48.—مُصَفَّدًا, *firmiſſime conſtrictus*, particip. paſſ. II. Conj. radicis صَفَدَ, צפד, pp. *conſtrinxit, ligavit, appactus fuit.* Ita Thren. iv. 8. צפד עורם על-עצמם, *appacta eſt cutis eorum ad oſſa eorum*, ſcil. omni carne per famem abſumpta.—Pro أَلْغَى malim legere أُلْغِي, ut ſit 1. fut IV. Conj. radicis لَغَى, pp. *feriit*, h. *reprehendit, obviam habuit*, &c. &c. in IV. *abjecit, rejecit, projecit.*—غَاصِبًا particip. radicis غَصَبَ, pp. *ſtrinxit arctius*, h. *violenter* aliquem *adegit.* Vit. Salad. p. 121. item *violenter eripuit.* Abulph. H. D. p. 451. 530. et Hiſt. Sarac. p. 83. 111.—Pro لِشَيْءٍ legendum الشَّيْءَ, radix enim غَصَبَ conſtruitur cum accuſ. rei et مِنْ vel عَلَى perſ.—أَلْحُطَامُ verti per *creaturas.* Forſan præſtabit vertere per *res minutiſſimas.* Notat enim id quod *præ ariditate frangitur.* Cor. xxxix. 21. Item *rem exiguam, minutam, quiſquilias.* Schol. ad Amrolk. v. 79. Radix eſt حَطَمَ, חטם, pp. *tutudit*, ſpecialiter *ad perfringendum* aliquid, dein *fregit.*

S. 479. Elegans proverbium, quo idem per figuras docetur, quod ſupra N. 34. et 263. rotundis verbis monuerat Imperator. Scil. Oportere hominem in ſua liberalitate, prudentia uti, ac probe attendere, cui dona ſua dare velit, ne ea in indignos collocentur. ماء جامد, *aqua concreta*, fig. *animum avarum*, uti *liquefactio*, ſcil. *ſtillatio ejus liberalitatem in donando* deſignat. Har. iv. 30. 31. Radix جمد, גמד, pp. *compactus, concretus, con-*

ſtrictus fuit in duritiem. Uſurpatur de *aqua congelata.* Abulf. in Opere Geogr. cit. a Gagniero in not. ad Abulf. de V. M. p. 29. وربما جمد الماء في دروب غزوان, *ſæpe aqua congelaſcit in fiſſuris Gazwan*; et Abulph. H. D. p. 286. *Fuitque una frigus vehemens,* وجمد الماء والخل والبيض, &c. *et congelata ſunt aqua, acetum, ova,* &c. Eandem *compreſſionis,* ſcil. *conſtrictionis in duritiem,* notionem olim quoque reſediſſe in Hebræorum themate deperdito, גמד, liquet ex uno derivato גֶּמֶד, ſemel lecto in loco Jud. iii. 16. *cubitum* notante. Eſt enim *duriſſimus ſane nodus,* et *arctiſſime conſtrictus.*—يَقْطُرُ et يُقَطِّرُ duo futura, *prius* I. *poſterius* II. Conj. radicis قَطَرَ, קטר, pp. *ſtillavit* aqua, lacryma, &c. et tranſitive, *ſtillare fecit,* in II. *guttatim fluere* vel *ſtillare fecit.*

S. 480. تَهَادَى VI. Spec. a هَدَى, in origine, *tetendit, extendit, preſſit cum niſu,* unde in VI. a *ſpatio protenſo* notio *perſeverandi.* Sic *perſeverare in rebellione,* Tim. i. 532. in *inſolentia,* ibid. p. 444. in *ineptiis,* Abulph. H. D. p. 122. in *errore,* ibid. p. 529. &c.—اهتدى VIII. Spec. radicis هدى, הדה, pp. *tendere, protendere recto curſu,* Tharaph. v. 4. h. de eo qui *manum protendit,* et *viam oſtendit,* et dein *ducere, dirigere* aliquem in via, peculiariter *religionis veræ,* Cor. vii. 44. in VIII. *recta via* in religione *inceſſit,* Cor. xxxii. 3. Apud Hebræos הדה ſemel tantum in S. S. occurrit etiam cum notione *extendendi* manum, Eſai. xi. 8. *Et verſus ſpecum viperæ* גמול ידו הדה, *manum ſuum extendit lactens.*

S. 481. عَاصِي, *contumax, rebellis,* a عَصَا, עצה, de quo vide I. Collect. N. 237.—حَظٌّ, pp. *ſectio portionis,* h. *ſors bona, ampla portio felicitatis.* Abulph. H. D. p. 79. Gol. Sent. Poet. p. 156. N. 13. Radix eſt حَظَّ, pp. *ſecuit, reſecuit,* item notione ducta ab حَظٌّ, *bona ſorte, commodorum copia* et *facultate præditus fuit,* et in IV. Conj. qua Lexica augenda, *proſperum reddidit, fortunavit.* Lib. Colail. p. 16. Conf. Pocock. in Carm. Togr. p. 166.

S. 482. Invidiam invido quam maxime pernicioſam ac lethiferam eſſe paſſim docet Imperator. Vide I. Collect. N. 207. 247. et Cod. Wahid. N. 41. 47. et alibi—بَدَأَ, ברה, pp. *fidit, effidit,* præſertim *primus* et *ſolus*; h. *incepit, exorſus fuit,* &c.

S. 483. احكم الحاكمين *judex judicum,* i. e. *ſummus judex,* vel, ſi mavis, *ſapientiſſimus judicum.* Radix enim حكم, חכם, pp. *compactum, conſolidatum eſſe,* non tantum uſurpatur de eo qui *judicis munere fungitur,* Abulph. H. D. p. 38. Vit. Salad. p. 132. 218. Abulf. de V. M. p. 13. ſed et de eo qui *ſolida ſapientia præditus eſt.*—ضمير الضميرين, *arcana celantium* vel *cogitantium,* a ضمر, pp. *ſtrinxit, ſtringendo compreſſit,* unde ad *res maxime reſervatas* transfertur. E. g. ad *conceptus animi, arcana mentis*; in IV. Conj. *occultavit,* item *concepit, cogitavit.* Vide not. ad N. 149.

S. 484. Ultimum ſcil. quartum hujus ſententiæ membrum conf. cum N. 515.

S. 488. Radix عجز, ſi conſtruatur cum عن, notat *impotens, infirmus fuit, defecit viribus,* notione ducta a *ſeſſione ſuper nates*; *reſidere* enim *ſuper nates* dicitur is, qui *aſſurgere nequit* ad aliquid grande moliendum. Conf. Schult. ad Har. vi. p. 197. Eadem conſtructio occurrit Abulph. H. D. p. 18. 78. Tim. ii. 134. Lib. Colail. p. 45. 47. &c.

S. 489. تَسْتَوْضِحُ 2. fut. X. Conj. radicis وضح, cujus origo in *albedine ſplendida,* h. *albicavit,* dein *manifeſta fuit* res; in IV. *evidenter demonſtravit.* Abulph. H. D. p. 134. et in X. *rogavit* alium, ut quid *manifeſtum faceret, exploravit.* Tim. i. 194. Conf. Schult. ad Har. v. 134.—رُشْدٌ actio radicis رَشَدَ, *recta inſtitit via.* Vide N. 469.

S. 490. تَعَامِلُ 2. fut. III. Conj. qua Lexicon Golii augendum. Radix eſt عَمِلَ, עמל, cujus proprietas in *tundendo,* ut *ferrum malleo,* unde ad *labores graviores* et *operoſos* transfertur, *operatus eſt.* Vide Ven. in Pſ.

tom. vi. p. 645. in III. *tractavit* de opere; item *commercium habuit* cum aliquo. Ita Hiſt. Sarac. p. 3. *Anno octavo diploma ſcripſerunt Coraiſitæ,* الا يعاملوا بنو هاشم بني المطلب ولا يخالطوهم, *ne filii* HASJEMI *cum filiis* ALMOTALIBIS *fœdus inirent, aut miſcerentur.* Similiter p. 8.— انتصاف infinit. VIII. Spec. radicis نصف, de qua vide not. ad N. 444.

S. 492. Conf. Salom. Prov. cap. xiv. 33. et xxix. 11.

S. 493. يُعْنِي fut. IV. Conj. radicis عَنَي, ענה, pp. *fluxit,* h. *laſſus, defeſſus fuit, cui* nempe *omnes vires affluxerunt*; h. عَنِيَ pro عَنِيَ eum notat, cujus *vigor* et *ſuccus exhauſtus eſt.* In IV. *laſſavit, defatigavit.* Abulph. H. D. p. 355.—De radice غَلَقَ vide N. 361.

S. 494. Obſerva paronomaſiam inter وَاضِحَةٌ et فَاضِحَةٌ duo fœminina τῶν وَاضِحٌ et فَاضِحٌ, quorum *prius dentes anteriores,* qui *riſu nudantur* et *conſpicui* apparent, a وضح, de quo vide N. 489.—*poſterius* rem *turpem, dedecus* denotat, a فضح, de quo vide N. 301.—Vetat itaque Imperator dentes anteriores riſu nudare, ſi quis aliquid turpe patraverit, de quo ipſum potius erubeſcere ac pudore affici, quam ridere oporteret.

S. 495. كَفَرَ, כפר, pp. *levit, illivit, lineamento obduxit*; h. *ingratus fuit,* q. d. *beneficia obtexit,* ſcil. *lineamento* quaſi *obduxit,* et ſic *benefactorem non agnovit,* quo ſenſu ſæpiſſime τῷ شَكَرَ opponitur. Vide N. 327. Cor. xxxi. 12. &c.

S. 496. خَيْبَرُ, h. l. *fortunam proſperam* notat. Sic etiam Elnaw. p. 44. N. 62. et in Carmine Gjorhamidæ v. 3. ubi الخير طاهر, *fortuna clariſſima.*

S. 497. يُذِيعُ fut. IV. Conj. radicis ذَاعَ med. ي, pp. *fudit, diffudit,* h. *palam factus* et *divulgatus fuit* nuncius; in IV. *divulgavit, palam fecit* nuncium. Cor. iv. 82. item *arcanum,* Abulph. H. D. p. 283.

S. 498. Arcana mulieri non commendanda eſſe ſupra etiam docuit N. 83.—يسترقانك ita legendum cum *Teſdid,* uti mox N. 501. et 510.

In Cod. MS. ſcribitur ſine eo.— تُطْلِعُ 2. fut. IV. Conj. radicis طَلَعَ, pp. *eminuit, ſurrexit in altum.* Sic de *ſideribus,* aliiſque rebus, quæ in altum ſurgentes eminent. Elnaw. p. 78. N. 132. de *dente* qui prodit; item de *gemma* aut *flore* quum promicat. Har. ii. 85. et 86. in IV. *cognoſcendum dedit, fecit imminere* et *inſpicere, communicavit cum aliquo,* Lib. Colail. p. 69. et 72. Peculiariter *impertivit alteri arcanum aliquid.* Ham. p. 572. — تَسْرُقُ 2. fut. a سَرَقَ, *modum exceſſit* in aliqua re. Vide not. ad N. 151.— يَزْرِيَانَ 3. fut. I. Conj. radicis زَرَا, pp. *ſparſit,* ſecundario *diffamavit,* vide not. ad N. 190.

S. 499. تَسْتَصْغِرُ 2. fut. X. Conj. radicis صَغَرَ, צער, ſita eſt origo in *radendo, deradendo,* h. *parvus, exilis, tenuis fuit*; in X. *parvum æſtimavit, parvi fecit.* Tim. ii. 664. Tab. Ceb. p. m. 70.

S. 500. تَتَكَلَّفُ 2. fut. V. Conj. *cum labore* ac *ſtudio incubuit* alicui rei, *deditusque ei fuit*; q. d. *impalluit,* a كَلَفَ, *luruit, luridus evaſit.* Vide not. ad I. Collect. N. 126.

S. 501. Obſervanda paronomaſia inter عُزُوفٌ et عُرُوفٌ, quorum *prius* eſt actio radicis عَزَفَ, *abſtinuit, aliena, averſa, tædioque capta fuit anima: poſterius* actio radicis عَرَفَ, ערף, pp. *exſerto collo aliquid cognovit,* et *longinquius proſpiciendo.* Dein in genere, *cognovit*; peculiariter uſurpatur in *cognitione* pretii, valoris, ac præſtantiæ alicujus rei vel perſonæ. Vide N. 29. 204. 457. 485. &c.

S. 502. تُمَازِحُ 2. fut. III. Conj. radicis مَزَحَ, *jocatus fuit*; in III. *colluſit, jocatus fuit* cum altero. Hinc مُزَاحٌ idem quod دُعَابَةٌ, *luſus, jocus, ſcurrilitas.* Abulph. H. D. p. 182.— شَرِيفٌ, *Scherifus,* peculiariter *eminens, nobilis* et *princeps.* Peculiariter uſurpatur de iis, qui originem ſuam a Mohammede ducunt, quales apud Mohammedanos maximo in honore habentur. De radice حفد vide N. 156.

S. 504. اسْمٌ idem cum سِمٌ, pp. *ſignum eminens, altum,* et dein *nomen celebre, bona fama,* a سَمَا, שָׁמָה, pp. *eminuit, elevavit ſe, altus fuit.* Pari modo Hebr. שֵׁם ſenſu proprio occurrit in exſtructione turris Babelis, Gen. xi. 4. ונעשה לנו שֵׁם, *et faciamus nobis ſignum elatum*; et 2 Sam. viii. 13. ויעש דוד שם, *et fecit David ſignum elatum, tropæum*; et impp. non tantum in genere *nomen,* ſed et in ſpecie *nomen celebre, bona fama.* Pſ. ix. 3. Eſai. lvi. 5. Eccl. vii. 1. et alibi.

S. 506. ثَقَلَ, *appendere, ponderare, ponderoſum eſſe,* item *gravem fecit pondere, aggravavit,* cui reſpondet Hebr. שקל.

S. 507. *Invidiam,* ejuſque effectum *odium,* mala eſſe valde nociva paſſim docet Auctor; vide I. Collect. N. 207. aliiſque locis quam plurimis.— الحَالِقَةُ, *raſura,* a maſcul. حَالِقٌ, *radens, radere aptus*; a radice حَلَقَ, *raſit, abraſit,* h. variæ phraſes; v. g. *abradere caput,* Cor. ii. 197. *abradere comam,* Hiſt. Sarac. p. 120. *abradere Caabam,* ibid. p. 62. *abradere beneficentiam,* Gol. not. in Adag. p. 114. N. 100.

S. 509. تُنَافِسُ 2. fut. III. Conj. radicis نَفَسَ, נפש, pp. *flavit, ſpiravit, anhelavit*; in III. c. c. في, *ſtudioſiſſime adſpiravit* ad aliquam rem. Conf. I. Collect. N. 41.— مَوَاهِبُ collect. *τῶν* مَوْهِبٌ et مَوْهِبَةٌ, *donum,* a وَهَبَ, *dedit, donavit, conceſſit.* Abulph. H. D. p. 141. 495. et Tim. ii. 434.— حقيرة, *vilis, contemptus,* ab حَقَرَ, חקר, de quo vide not. ad N. 403.

S. 510. حرّ, *liber,* ab حُرٌّ, de quo vide not. ad N. 13. Sententiarum, quas e Codice P. et Edit. Erpenii primæ collectioni adjeci.

S. 511. De radice نَدَمَ, *pœnitentia facti ductus fuit, rem factam doluit,* vide not. ad I. Collect. N. 226.— عَفْوٌ, *condonatio, venia, indulgentia,* a عَفَا, עפא vel עפה, pp. *texit, obtexit, obliteravit,* peculiariter ventus manſionis locum. Tim. i. 412. Sic de *veſtigiis deletis.* Mon. V. A. p. 70. Exc. ex Abulf. p. 45. Abulph. H. D. p. 515.— تَبْهَجُنَّ 2. fut. I. Conj. cum *Nun*

paragogico, quod in *interrogando, imperando,* et *optando,* futuris additur cum *Teſdid.* Radix eſt بَهَجَ, בהק, pp. *ſplenduit, nituit,* ſic de *ſplendore* et *gloria,* Hiſt. Sarac. p. 127. h. *hilaris* et *exhilaratus fuit*; q. d. *ſe nitentem fecit.* Abulph. H. D. p. 54. Fab. Lockm. N. 2.

S. 512. مَلُوكَ, *faſtidient te,* ex ك et 3. plur. præt. مَلَّ, pp. *cineribus calidis, pruniſve ſuppoſuit coquendam* carnem, panem, &c. *lento igne excoxit.* Tharaph. v. 90. h. *urenti tædio* aliquem *afficere,* et intranſitive *pertæſus fuit.* Ham. p. 326. Har. v. 124. Eadem *coquendi* et *excoquendi* notio, et quidem lento igne, qui ſuccum et vigorem paulatim abſumit, conſpicua in Hebr. מלל Pſ. xc. 5. 6. *Torrente avehis eos, ſomnus ſunt*; *ad auroram ſicut granum, quod repullulat, ad auroram emicat et repullulat, ad veſperam* ימולל (ex ſpec. *Pohal*) *ſemet excoquit* et *exareſcit.* Et Deut. xxiii. 26. ubi מלילות ſunt *ſpicæ,* quæ ſole ita *coctæ* et *excoctæ* ſunt, ut grana hiaſcere et diffindi inciperent. Ad hanc radicem referendum quoque אֶמְלָל, ex ſpec. *Hophhal,* pro הֻמְלָל, more Aramæo א pro ה ſubſtituto, quod in hoc verbo conſtans eſt. Uſurpatur nempe de arboribus ac vitibus æſtu aeris et pluviæ defectu ita *excoctis* ut *exareſcant.* Eſai. xvi. 8. Joel i. 10. et 12. &c. De radice غشّ, pp. *texit,* vide not. ad I. Collect. N. 182.

S. 513. اسْتَقَلَّ, *parvi fecit, leve reputavit, paucum parumve cenſuit,* quæ notio in Gol. Lex. ſub X. Spec. radicis قَلَّ, קלל, *omiſſa* quidem, ſed apud Scriptores Arabum paſſim obvia. Har. iv. 17. v. 154. Gol. Adag. p. 144. N. 31. Radix ipſa notat *paucus, imminutus fuit*; in IV. *diminuit,* item idem quod افتقر, *pauper evaſit,* h. مُقِلٌّ, *pauper,* I. Collect. N. 44. et اقْلَالٌ, *paupertas,* N. 89. et 385. ubi opponitur كثرة مال τῷ πλούτῳ, *multitudo opum.* Sicuti et h. l. اقلل et اكثر ſibi opponuntur.

S. 514. De radice فرح, פרח, *lætus* et *lætatus fuit,* vide N. 271.— تَغْتَمّ 2. fut. VIII. Conj. *mœſtus fuit, mœrorem concepit,* ſcil. *mœrore affectus eſt.* Hiſt. Sarac. p. 121. 130. et Abulph. H. D. p. 81. ubi pro اعتمام legen-

dum اغتنام, a radice غنم, de qua vide I. Collect. N. 263.—تُجَرَّبُ fut. paſſ. II. Conj. radicis جرب, גרב, pp. *raſit, derafit,* item *probavit,* ſcil. *tentavit* aliquem, in II. *expertus fuit* et *probavit.* Hiſt. Sarac. p. 122. Tim. ii. 154. من جرّب المجرّب حلت به الندامة, *qui tentat eum a quo tentatus eſt, in eum deſcendit ſera pœnitentia.* Inde et تَجْرِبَةٌ, *experientia,* qua quis *teritur* quaſi *et expertus redditur.* Ibid. et Abulph. H. D. p. 161.

S. 515. تُقِيٌّ idem quod مُتَّقٍ. Particip. VIII. Conj. *timuit, coluitque* Deum, *pius fuit,* a وَقَى, *cavit, cuſtodivit ſemet.*—تُخَالِطُ 2 fut. III. Conj. radicis خَلَطَ, חלט, *miſcuit, commiſcuit.* Abulph. H. D. p. 236. in III. *immiſcuit ſe rebus, hominibuſque,* atque cum iis commercium habuit familiarius. Ham. p. 373. et Tim. i. p. 626. ubi eadem phraſis quæ h. l. occurrit فاني خالطت العلماء, *ego enim familiariter utor ſapientibus.* Apud Hebræos vero *miſcendi* et *commiſcendi* notio transfertur ad *properationem* et *inflantiam,* uti ſupra obſervavimus N. 117.—زَكِيٌّ, *ingenuus virtute, pius* ac *juſtus,* a زكا, זכה, cujus primaria virtus in *nitore,* ſcil. *nitente candore, niteſcere,* unde ad *purum, mundum, pietate* et *juſtitia eminentem,* facilis eſt tranſlatio; in II. *purificavit,* ita זִכָּה Pſ. lxxiii. 13. זכיתי לבבי, *purificavi cor meum.*—وَفِيٌّ, *qui promiſſis ſtat.* Ita Meidan. i. N. 38. a وَفَى, de quo vide I. Collect. N. 265.

S. 516. Docet ſententia, Valde periculoſum eſſe ſe rebus publicis, quando confuſæ ac perturbatæ ſint, immiſcere: quam ob cauſam virorum prudentia eo tempore manifeſta fit, uti ſupra vidimus N. 283.—تَلْتَبِسَنَّ 2. fut. VIII. Conj. cum *Nun* paragogico, *immiſcuit ſe* negotio, a radice لَبَسَ, לבש, cujus primaria poteſtas ſita eſt in *plicando, complicando,* cum *plicatione involvendo,* unde omnes uſus qua metaphoricæ, qua metonymicæ apud Gol. manarunt.—اضطراب, *perturbatio,* infinit. VIII. Spec. radicis ضرب, vide N. 35.—كَادَ, כיד, pp. *excitavit ignem ex ſilice ignitario*; h. *prope fuit, parum abfuit, quin fuiſſet*; item *vix potuit facere,* anſa deſumpta a *ſcintillis*

ex tali *lapide* vel *ſilice excuſſis*, quatenus interdum ignem capiunt, interdum exſtinguuntur.—Obſerva inſuper hanc radicem ſæpe poſt ſe habere futurum reddendum per infinitivum, ſubintellecta particula ان, quæ aliquando adſcribitur. Cor. ii. 20. 71. Iſphan. p. 19. Gol. Adag. p. 118. N. 23.—Phraſis ركب البحر vel ركب في البحر, *equitare*, i. e. *vehi* vel *navigare per mare*, tritiſſima eſt. Abulf. de V. M. p. 24. Vit. Salad. p. 17. Abulph. H. D. p. 117. I. Collect. N. 225. et ſæpius alibi.—اختلاف, *diverſitas, varietas*, peculiariter ventorum huc illuc ſpirantium. Infinit. VIII. Conj. *diverſus varius, fuit*, a خلف, חלף, de quo egimus N. 42.—أَمْوَاجٌ collect. τῶ مَوْجٌ, *unda, fluctus*, peculiariter maris. Amrolk. v. 44. Abdall. v. 106. a radice مَاجَ, מוג, de qua vide N. 206. Obſervo tantum hanc radicem fig. uſurpari de *commotis* Imperii *undis*, Tim. i. 458. ومرج بحر امر الهند وماج فجعل كل يخوض خوضا فعز بعض الناس وبعضهم ذلوا, *et mare Imperii Indici ſibi permiſſum tumidis fluctibus fuit agitatum, atque omnes inceperunt ſeſe diſceptationibus immiſcere, prædominantibus aliis, dejectis aliis.*

S. 517. Conf. quæ Salvator noſter contra inutiles ſollicitudines monet, Matth. cap. vi. 25. et ſeqq.

S. 519. صُرُوفُ ٱلزَّمَانِ, *viciſſitudines fortunæ*. Similes phraſes ſunt صروف الليالي, *verſatio noctium*, i. e. *viciſſitudines fortunarum* ac *rerum*. Mon. V. A. p. 1. صَرْفُ ٱلْمُنَا, *viciſſitudo fati*. Ibn. Dor. v. 112. تصاريف الاحوال, *viciſſitudines infortuniorum*, ſupra N. 325. ubi de radice صرف, צרף, egimus.—زمان a زَمِنَ, זמן, origo forte ſita eſt in *ſecando, inſecando, incidendo*, unde زمان, זְמָן, *tempus præfinitum*, et dein *fortuna* tum *adverſa*, Tim. ii. 144. Gol. Sent. Poet. p. 155. N. 11. tum *proſpera*, ibid. p. 272. N. 155.—نَوَايِبُ ٱلْأَيَّامِ, pp. *incurrentia dierum per vices*, i. e. *infortunia*, quæ quotidie per vices recurrunt. نَوَايِبٌ eſt collect. τῆς نَائِبَةٌ, *caſus fortunæ*, ſcil. *viciſſitudo fortunæ adverſæ*, Tim. ii. 480. cujus plur.

ſanum نَائِبَاتٌ, *calamitates, infortunia* notat, Ham. p. 308. a radice نَابَ, נוב, *incidit illi,* et *ſupervenit per vices, affecit eum mali quid,* h. in VIII. de *calamitatum nigrarum repetitis identidem incurſationibus,* Har. iii. 132. ubi vide Schult. et in Ham. p. 311.

S. 520. يُدْرِكُ fut. IV. Conj. radicis دَرَكَ, דרך, *aſſecutus fuit,* in IV. idem, item *attigit viſu* rem. Sic de *viſu,* Cor. vi. 103. لَا تُدْرِكُهُ الْأَبْصَارُ وَهُوَ يُدْرِكُ الْأَبْصَارَ, *non comprehendunt eum oculi, ſed ipſe comprehendit oculos.*—مشاهدة act. III. Conj. a شَهِدَ, שהד, cujus origo in *ſtipando, conſtipando,* h. *ſtipavit, replevit locum,* mox *præſens adfuit*; in III. *coram ſpectavit.* Tim. i. 40. *Et præſentiſſimam mortem ſuſtinuerunt,* وشاهدوا اهوال الغوت, *terroreſque exitii coram adſpexerunt,* et Abulf. de V. M. p. 16. ubi de Muhammede dicitur يشاهد جبريل, *Gabrielem coram contemplatus* eſt. Vide et Vit. Salad. p. 31. et alibi.—الحقايق الايمان, *præſcripta religionis,* notat veritates, quas ipſa religionis natura præſcribit. الحقايق collect. τῆς حقيقة, *veritas,* ab حَقَّ, חקק, *præſcripſit* jus, de quo vide I. Collect. N. 45.

S. 521. Loco بِمَرَارَةٍ puto legendum بِمَرَارَةِ, *in amaritudine,* opponitur enim τῇ حلاوة, *dulcedini.*

